

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

88. f. 2
87. h 14.
1109.



Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

~~88. f. 2~~
~~87. h 14.~~
1109.





Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ulrichs von Hutten

Schriften

herausgegeben

von

Eduard Böcking.



Zweiter Band.

Briefe von 1521. bis 1725.

Leipzig.
Druck und Verlag von B. G. Teubner.
1859.

Digitized by Google

VLRICHI HVTTENI

EQVITIS GERMANI

OPERA

QVÆ REPERIRI POTVERVNT OMNIA.

EDIDIT

EDVARDVS BÖCKING.



VOLVMEN II.

LIPSIÆ
IN ÆDIBVS TEVBNERIANIS.
A. CIↃIↃCCCLIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLÆ
VLRICHI HVTTENI
EQVITIS

ITEM

AD EVNDEM DEQVE EODEM
AB ALIIS AD ALIOS SCRIPTÆ.

COLLEGIT RECENSVIT ADNOTAVIT
VARIAQVE QVÆ AD HVTTENI VITAM LIBROSQVE SPECTANT SCRIPTA
ADIECIT

EDVARDVS BÖCKING

IVR. VTRIVSQ. ET PHILOS. D. AA. LL. M. IN VNIV. LITT. BONN. IVR. PROF. PVBL. ORD.
BORVSS. REGI AB INTIMIS DE IVRE CONSILIIS.



VOLVMEN ALTERVM.

LIPSIÆ
IN ÆDIBVS TEVBNERIANIS.
A. CIↃIↃCCCLIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLÆ ET DOCVMENTA

QVÆ

AD ANNOS CIↃIↃXXI. ET SEQVENTES

PERTINENT.

Digitized by Google

Digitized by Google

EBERNBVRGI. **CCXVIII.** 13. IAN. 1521.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DN.
IOANNI PALATINO RHENI
BAVARIÆ DVCI ET SPANHEYMENSI COMITI
VLRICHVS AB HVTTEN EQVES
SALVTEM.

Nuper cum aperuisses te mihi, princeps illustrissime, et de caussa §. 1.
publicæ libertatis quid sentias ostendisses, efflagitasti si quid liberioris
scripti in lucem postea ederem, ut eius facerem te quam primum parti-
cipem, facile impetrasti. nam cui legenda mea rectius misero, quam ei
qui et cum iudicio leget et scripta tueri poterit? En hoc igitur nomine §. 2.
petunt te novi tres dialogi, in hac specula, quae se libertati iampridem
aperuit, tumultuaria lucubratione a me compositi, eius argumenti quod
pene unice tractandum mihi tempestate hac relinquitur; in quibus si non
nitide omnia, expolite et cum gratia, tamen Libertas est, quam te quæ-
rere dicebas in scriptoribus. Nunc propositum est irritare modis omnibus §. 3.
amentiam istorum: tantum abest ut metuam territanteis eos; scio enim
diuturnum non esse quod possint in quamcunque partem. Quare etiam §. 4.
confirmo eos qui formidine correpti nuper sunt, quando videbant stipatum
tot cardinalibus et prothonotariis Cæsarem ad nos accedere: nam ibi no-
stræ quidem caussæ metuendum nihil est, sed illius miserendum potius qui
se in hoc rerum fastigio invertendum iis monstris præbeat. Vale optime
ac libertatem tuere. Ex Ebernburgo Idib. Ianuarii. 1521.

CCXVIII. 1 = Dialogi (Indic. bibliogr. n. XXXVI. 1.) 2 = Burckhard. (Ind. bibl. n. 67.) II. p. 159. sq. 3 = Wagenseil. (Ind. bibl. n. 71.) n. LVIII. p. 299. sq. 4 = Hutt. Münch. (Ind. bibl. n. 78.) IV. p. 67.

WITTEMBERGÆ. **CCXVIIII.** 14. IAN. 1521.

[MARTINVS LVTHERVS]
AD D. IOHANNEM STAVPITIVM
EREMITARVM S. AVGVSTINI VICARIVM.

IHESVS.

Salutem. Cum Augustæ essemus, reverendissime pater, inter cætera quæ

CCXVIIII. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) I. fol. 298b sq. 2 = ibid. 57,4. I. p. 542. n. CCXXXII. (Germanice in *Luthers Schriften ed. Walch.* XV. *Anhang* XX.

5 VLR. *etc. omis. 2...4.* 7 quum *2...4.* causa *4.* 9 æderem *1.* 11 iuditio *1.* 14 pæne *2...4.* 17 territantes *2...4.* 20 Protonot. *2...4.* 21 illius] Caroli V.

Digitized by Google

de hac mea causa tractabamus, dicebas ad me 'Memor esto, frater, te ista in nomine domini nostri Iesu Christi incepisse'. quod verbum non a te, sed per te mihi dictum accepi et memori valde mente repositum teneo. . . . . Apud nos florent omnia sicut hactenus. Huttenus Bullam postulavit salsissimis notis in Papam, et varia in hanc rem meditatur. Mea ter arserunt, Lovanii, Coloniæ, Moguntiæ: sed Moguntiæ cum magno contemptu atque adeo periculo comburentium. Thomas Murnar quoque in me scripsit furens. nam Barfotum illum asinum Lipsensem nihil moror. Vale, mi pater, pro verbo dei ac me ora; ego fluctibus hic rapior et volvor. Wittembergæ, die Felicis. Anno M.D.XXI. Martinus Lutherus August.

EBERNBVRGI.

CCXX.

16. IAN. 1521.

VLRICHVS AB HVTTEN GEORGIO SPALATINO SALVTEM.

§. 1. Etsi alioqui daturus eram ad te litteras, tamen nunc vel Francisci nomine oportuit dare: is iubet te rogem ex se primum omnium, ut principe tuo intercessore utaris apud Cæsarem in Capnionis caussa, quam ille §. 2. nunc litteris agit: scripsit enim Cæsari copiose ea super me interprete; deinde ut Lutherum moneas, quo modis omnibus in omnes angulos sibi prospiciat: se enim certo scire huiusmodi ei esse insidias, quas evitare difficulter possit. Timet vero ob id magis, quod videtur sibi Lutherus nimis esse securus et periculum contemnit. Etiam ipse ea in re monui. §. 3. Verum quid in caussa est, mi clarissime Spalatine, quod non scribit Lutherus vel verbo ad me? Atque igitur responde mihi num acceperitis tu et ille apud Saxones libellos meos cum litteris: nam fasciculos duos eo misi. in tanta rerum commotione caussam esse non putat Lutherus cur ad me scri- §. 4. bat? Tu etiam de omnibus, in primis de tuo principe quid sperandum sit, certiorem me fac. scripseram binis aut ternis ad te litteris de explorando eius animo, quo futurus esset si ad arma pervenerit res curtisanica. si quid intellexisti et prodere audes uni et bona fide, confidenter scribe, ac vale. Ex Ebernburgo. XVII. Calend. Februar.

Inscriptio: Georgio Spalatino preſbytero, inuictiſſ. principis Friderici a ſacris, Amico integerr. ſuo.

CCXX. 1 = Burckhard. III. p. 200. sq. [„transcripsi ex T. I. Altenburg. Scriptor. Lutheri p. 930. acceperat illam Io. Christfr. Sagittarius, ipsius Hutteni manu exaratam, a generosissimo viro Io. Diterico de Schœnberg".] 2 = Wagenseil I. p. 301. n. LIV. 3 = Hutt. Münch. IV. p. 292.

[4] postulavit] i. e. in iudicium; accusavit, publice ream fecit. [6] Mogunt.] cf. supra p. 436. v. 30. [7] Barfot.] nudipedem; vult Alveldium. [10] literas *3.* [15] regem *2. 3.*! [16] causa *3.* [17] literis *3. et sic infra.* me *posuit pro* re, *ut edd. habent. cf. seq. epist.* [30] MDXXI. *add. 2. 3.*

Digitized by Google

EBERNBVRGI. 16. IAN. 1521.

CCXXI.

VL. AB HVTTEN EQ: VVOLFGANGO CAPITONI PRESB. SAL.

Petit abs te Franciscus, ut obnixissime apud Cardinalem instes quo ille causam Capnionis, in qua nunc ad Cæsarem scripsimus, iuvet. Multum potest uno verbo, si volet; volet autem si tu non dormias. Multum turbatus est bonus senex: friguit sanguinis, cum senectute imbecillitas una incessit. Vocavimus huc, quo fortasse veniet proximo vere. Sed non oportet pluribus obstrepere tibi, homini adeo aulico, ut non scribas ad necessarios tuos nisi tria verba, tantum in maximis rebus occuparis, sed et illa tria verba non scribis ex professo, sed schedium aliorum literis involvis, adeo te pudet aut piget nostri. vale. ex Ebernburgo. XVII. Calñ. Febr.

Inscriptio: Vuolfgango Capitoni
preſbytero Theologo
viro doctiſſ. amico ſyn
cero amabili S.

CCXXI. 1 = MS. antistitii Basileensis fol. cui in tergo inscriptum est VARIÆ ANTIQVIT. ECCLES. BASILIENS. TOM. I. WOLFG. CAPITONIS SCRIPTA. fol. 111. 2 = *Röhrich* (Ind. bibl. n. 85.) p. 627. n. VI.

WITTEMBERGÆ. 16. IAN. 1521.

CCXXII.

[MARTINVS LVTHERVS] AD GEORGIVM SPALATINVM CHRISTI SERVVM ET A SACRIS PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIÆ.

IHESVS.

Salutem. Mitto Hutteni literas ad me datas, cum Bulla aliisque eiusdem opusculis, mi Spalatine, et omnia quæ vides, literas quoque Buceri, quarum unæ mihi redditæ sunt læsæ, ut cernis, forte attritu quodam nunciorum . . . . . Emser in me surrexit: Dominus consiliarius meus esto. Quid Huttenus

CCXXII. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) I. fol. 332b. sq. 2 = ibid. 57,4. I. p. 543. n. CCLXXXIIIb (Germanice in *Luthers Schriften von Walch.* XV. *Anh.* LXV.)

3 'Cod. Basil. Ianuar. 1520.' *neglegenter 2.* 4 cardin.] Albertum Mog. 5 scripsi *2.* 7 sanguinis *1.* sanguis *2. legerim* sanguis eius 8 Vacavimus *2.* 9 plurib. *1.* 10 tria] duo *2. et sic paullo post iterum.* 12 XVII.] X. *dedit 2. neglegenter.* 16 *Recentior manus adiecit* An. XXI. men. Ianuarij | Hutten.

25 literas] Cf. supra p. 435. sqq. d. 9. Dec. a. 1520. dat. epist. aliisq.] 'inter quæ carmina de incendio Luther.' *de Wette.* 27 nuntiorum *2.* 28 Cf. Isai. IX. 6.

Digitized by Google

petat, vides. Nollem vi et cæde pro Evangelio certari: ita scripsi ad hominem. Verbo victus est mundus, verbo servata est ecclesia: etiam verbo reparabitur. sed et Antichristus, ut sine manu cepit, ita sine manu conteretur per verbum. Mitto etiam epistolam meam ad principem. . . . . Vale. Wittembergæ. Die S. Marcelli Papæ Martyris. Anno M.D.XXI.

Martinus Luth. Aug.

WITTEMBERGÆ. **CCXXIII.** POST 21. IAN. 1521.

[MARTINVS LVTHERVS]
WENCESLAO LINCO.

IHESVS.

Salutem. Conqueritur super te prior noster . . . . . Præpositus Henningius obiit, Emser in me furit Lipsiæ, alia non sunt apud nos nova: nam Hutteni opera in hanc rem edita credo apud vos esse. expectamus autem quotidie nova ex Wormatia: non optant Papenses meum illuc adventum, sed simpliciter damnatum et perditum. Scribit Spalatinus Alexandrum fuisse ausum dicere 'Etiamsi vos Germani, qui minimum omnium dependitis æris Romano pontifici, iugum servitutis Romanæ excusseritis, tamen curabimus ut mutuis cædibus absumpti vestro cruore pereatis'. Hæc ille nova: et hoc monstrum ali in nos a Romanis ego semper dixi et scripsi; nunc vide ut pascat oves Christi Papa. Vale. Vitembergæ, Anno M.D.XXI.

Tuus Martinus Lutherus.

CCXXIII. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) II. fol. 8. 2 = ibid. 57,1. I. p. 555. sq. n. CCXCI. (Germanice in *Luthers Schriften v. Walch.* XV. *pag.* 2036. sq. n. 527.)

[ARGENTORATI.] **CCXXIIII.** [INCIPIENTE A. 1521?]

OTTOMARI LVSCINII ARGENTINI IVRIS CONSVLTI
DE AVLI GELLII LAVDIBVS
AD VLDRICVM HVTTENVM EQVITEM
VIRVM DOCTISSIMVM ET GERMANICÆ NOBILITATIS PRÆCIPVVM ORNAMENTVM
CARMEN.

Gellius en, decus hoc ingens, Huttene, Quiritum,
Tibi prodit hic, renatus;

CCXXIIII. AVLI GEL|LII NOCTIVM ATTI=|CARVM. LIBRI VN|DEVIGINTI. | In eaſdem, Encomiũ carmine Luſcinii | ad HVTTENVM uerſa pagella. | *etc.* 8°. *In fine:* ARGENTINAE IN AEDIBVS KNOB|LOCHIIS, IMPENSIS COM=|MVNIBVS PAVLI GOETZ | ET IOANNIS KNOB. | MENSE MARTIO. | ANNO. M. D. XXI.

2 Cf. ep. I. Ioann. V. 4. sqq. 3 cœpit 2.
11.12 Henningus Göden obiit die 21. Ian. a. 1521. 13 ædita 1. 15 Cf. infra p. 15. i. f. 18 absumti 2. 20 Wittembergæ, 2.

Digitized by Google

Gellius ille semel fatis obnoxius, at non
Posthac videndus orco;
Gellius æternis victurus tempora chartis
Fœliciora multo;
Gellius insigni genere editus, ipse vicissim
Avosque posterosque
Gellius attollens, macta virtute coruscus.
Inde eruditione
Gellius exemplo docuit Pandionis arva
Petenda qui Latinis;
Gellius et medio noctes vigilasse profundum,
Die ille clariores,
Dictus, quique favis edoctus Hymettia mella
Conflare multa, quæ his
Condidit alveolis, ni malis dicere conchas
Candentis unionis
Ripa vel rapidi lento sub sydere Rheni
Tagique Celtiberi,
Imbribus immodicis udas radiante cavernas
Auro optimo refertas.
Seu varias cella distinctas plurima merces,
Transenna quas recondit,
Copiæ et an cornu libeat dixisse, merasque
Veneres, sales, lepores.
Denique sint Noctes qui appellent usque licebit;
Lucesque, Amœnitates
Me iuvat ut vocitem. Quæ sit mihi causa, requiris;
Prodam lubensque paucis:
Nosti quam lippis oculis cæcutiat, ut grex
Captus tetris tenebris,
Cui Scotus insignis quia præsidet, ille magister
Nocte involutus atra,
Sexcentique alii, fæx obscurata virorum,
Quam odit cohors novena
Pieridum, fugiunt lucem vespertilionis
Bufonisve instar atri:
Pondera telluris proscissos carmine vatis
Et vana iure dicas:
Impius est illis doctos qui evolvere Graios
Manu stridet diurna

---

15 Hymetia 16 hiis 23 refertos 35 Sexcentiq; alii, fex 37 Pyeridum

Digitized by Google

Nocturnaque, genus scriptorum excusserit omne
Veterum, simulque cyclum
Curat pedias absolvere, quodque poesim
Miratur eruditam.
Oderunt mentes præclaras, scripta, labores,
Et siquid est venustum.
Quo minus invisum stupidis mirabere nostrum
Hunc Gellium videri.
Quæro igitur mecum, quem mox a limine primum
Salutet hic patronum
Nobilis, ingenio fœlix multaque disertus
Laude Aulus, artibusque
Omnigenis clarus, candor cui pectore summus
Inest amorque recti,
Sedulus ut Musam rogito precibusque lacesso,
Ait „Parem requirat
„Moribus, Huttenum, columen præstantius illud
„Germaniæ decusque.
„Illius ostendi quid possint indole vires
„Nostræ; velim sub arcto
„Condi Cecropias si nunc feliciter arces,
„Fastidiat vetusque
„Aspectu regio, lubeatque relinquere sedes
„Multum sibi senecta
„Dissimiles". Sic stat sententia fixa sororum,
Huttene, dulce pectus,
Delitiumque mei: solidum tibi præstet amorem
Versatus sæpe hic ille
Gellius, atque Midæ spernet Luscinius aurum.
Vive valeque longum!

---

[45] pedias] παιδείας. Vult ἐγκυκλοπαιδείαν, quam Vitruv. præf. lib. IV. § 4. definit encyclium doctrinarum omnium disciplinam, Quintilianus autem (Inst. orat. I. 10. init.) orbem doctrinæ.

Digitized by Google

WITTEMBERGÆ. **CCXXV.** 9. FEBR. 1521.

[MARTINVS LVTHERVS]
REVERENDO ET OPTIMO VIRO
IOANNI STAVPITIO
S. T. MAGISTRO AVGVST. EREMITÆ SVO IN DOMINO MAIORI
SALVTEM.

Mitto literas et libellos meos R. P.; ad te nondum pervenisse . . . . . Huttenus et multi alii fortiter scribunt pro me, et parantur in dies cantica, quæ Babylonem istam parum delectabunt. Princeps noster ut prudenter et fideliter, ita et constanter agit, cuius iussu Assertiones istas utraque lingua edo . . . . . Vale in domino et ora pro me. Wittembergæ. Die S. Apolloniæ. Anno M.D.XXI.

Filius T. Martinus Lutherus.

CCXXV. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) I. fol. 303. sq. 2 = ibid. 57,4. I. p. 556. sqq. n. 292. (Germanice in *Luthers Schriften v. Walch* XV. *Anh.* XXI.)

LOVANII. **CCXXVI.** 16. FEBR. 1521.

ERASMVS ROT. GVILHELMO BVDÆO S. D.

En, Budæe charissime, quasi parum esset malorum, ita præcipuum e Guilhelmorum numero fatorum ademit iniuria: periit enim, ut scis, Guilhelmus Croius, archiepiscopus . . . . . Amabam et festivum Hutteni ingenium. id Lutherana tempestas Musis eripuit . . . . . Lovanii, quartodecimo Calend. Martias, Anno MDXXI.

CCXXVI. 1...5 = Erasmi Epp. Ind. bibl. n. 53,1...5. 1) p. 557. 2) p. 493. 3) p. 470. 4) p. 682. sq. XIIII. 23. 5) p. 634. n. DLXV.

WITTEMBERGÆ. **CCXXVII.** 17. FEBR. 1521.

[MARTINVS LVTHERVS]
AD GEORGIVM SPALATINVM.

IHESVS.

Salutem. Spero venisse tandem ad te et literas et libellos, mi Spalatine; miror autem quid intercedat obstaculi, quo minus iam diu acceperis, cum iam

CCXXVII. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. 57,1.) I. fol. 305^{b}. sq. 2 = ibid. n. 57,4. I. p. 560. n. CCXCIV. (Germanice in *Luthers Schriften ed. Walch.* XXI. p. 747. n. 234.)

11 Assertio omnium articulorum &c. quæ m. Dec. a. 1520. prodierat. 12 Apoloniæ *1.* 17 GVILIELMO *et sic infra 4. 5.* 19.20 Guilh. Croi] cardinalis tit. S. Mariæ in Aquiro, archiepiscopus Toletanus, † d. 4. Ian. sive secundum Spalatini Chronicon d. 10. Ian. a. 1521. Vormatiæ, æt. 23. Cf. supra p. 315.

Digitized by Google

binas a te interim acceperim literas, et de acceptis nulla mentio. Iam Hutteno quoque quas scripsi copiosissimas quis ventus abstulit? Quid moliar deinceps in scribendis et mittendis nescio . . . . . Vale. Dominica Invocavit. Wittembergæ. Anno M.D.XXI. Martinus Lutherus August.

WITTENBVRG. 20. FEBR. 1521.

Epistolam Conradi Zärtlin ad Ioannem Schottum libro de Conciliis habendis insertam dabimus infra ad n. CCLVII.

LOVANII. 25. MART. 1521.

CCXXVIII.

ERASMVS ROTEROD. R. P. ALOISIO MARLIANO EPISCOPO TVDENSI CAROLI CÆSARIS A CONSILIIS S. D.

Ex amicorum aliquot literis neque vulgarium neque levium, sed haud scio an amoris nimium soliciti, cognovi isthic per nescio quos clancularios obtrectatores subinde spargi novos rumores ac suspitiones me favere Luthero, mihique tribui nescio quos libellos maledicos, quos audio istic subinde novos provolare aliunde alios. Scio temporibus his regnum esse calumniæ, nec ulla tempestate plus licuisse effreni maledicentiæ, sed tamen apud eruditos, cordatos et graves viros, inter quos R.D.T. vel in primis numero, non oportet esse locum huiusmodi delationibus. Admonuerat me pridem tua prudentia, etiamsi memorem ut aiunt monebat, ne me admiscerem Lutheri negocio. Adeo me non admiscui, ut summis viribus obnixus sim, ne res in hunc locum progrederetur quo minime volebam: tantum initio priusquam viderem quorsum tenderet Lutherus, non probavi seditiosos clamores apud populum; suasi ut res inter eruditos libris transigeretur; malebam Lutherum correctum quam extinctum, aut, si perdendus erat, malebam absque magno orbis tumultu confici. Hoc consilium etiam nunc probaret Romanus pontifex, si pernosset quibus modis hic res geratur et quo studio plurimæ nationes prosequantur Lutherum. sed illud fuit commentum quorundam monachorum, quibus non aliter charus sum quam bonæ literæ, ut me volentem nolentem involverent Lutherano negocio: qui Luthero favere videntur, modis omnibus conati sunt me in suas partes attrahere; qui Lutherum insectantur, conati sunt me in illius factionem propellere passim in publicis concionibus debacchantes in nomen meum odiosius quam in ipsum Lutherum. ego tamen nullis machinis a statu mentis dimoveri potui: Christum agnosco, Lutherum non novi; ecclesiam Romanam agnosco, quam opinor a catholica non dissentire; ab hac nec mors divellet, nisi illa palam divellatur a Christo. Seditionem semper abhorrui atque utinam eadem mens esset Luthero ac Germanis omnibus. Video in plerisque regionibus Cisalpinis plurimos esse qui fato

CCXXVIII. 1...5 = Epp. Erasmi Ind. bibl. n. 53,1...5. 1) p. 597...599. 2) p. 528...530. 3) p. 503. sqq. 4) p. 727. sq. XVI. 11. 5) coll. 543. sqq. n. DI.

10.11 R. P. *et* CAR. ... CONS *om. 2. sqq.* Aloiso *3. 4.* Etiam hic in conventu Vormaciensi obiit. 14 suspiciones *2 et c.* 18 R. D. T.] te *2...5.* 20 negotio *4. 5. et sic infra.* 34 cf. infra Expost. c. Erasmo §§ 158. 169.

Digitized by Google

quodam favent Luthero; ac mire fit, ut Lutherum hostes sublevent, ipse vicissim hostes, quasi mutuo colludentes: nemo magis officit Luthero quam ipse sibi novis subinde et odiosioribus libellis; rursus quidam tam indocte, tam stulte, tam seditiose vociferantur apud populum, ut et seipsos faciant omnibus invisos et Lutherum commendent affectibus hominum, et pontificis causam gravent quemadmodum solent gravare clientem mali patroni. Laudo eos qui favent Romano pontifici, cui nemo pius non favet: quis enim non faveat ei qui proximus imitator Christi totum se impendat saluti populi Christiani? sed optarem illi cordatiores patronos; isti nihil aliud quam esuriunt Lutherum, nec mea refert elixum malint an assum. Certe quod me negocio admiscent quod ad me nihil attinet, et impie faciunt et parum prudenter: citius enim Lutherum conficerent me non admixto. Atque hac in re cogor in Alcandro, viro alioqui tum humanitate non vulgari, tum eruditione singulari prædito, desiderare prudentiam tam periculoso negocio dignam, si modo vera sunt quæ de illo scribuntur ac prædicantur. Fuit olim inter nos arctissima familiaritas, commendavi eum proficiscentem in Galliam literis meis, ubique apud omnes de homine honorificentissime prædicavi, etiam scriptis; suspexi doctrinam hominis, mores amavi, quanquam eos habet ille suos, nec male videbatur convenire inter utriusque genium. Habebat in mandatis ut modis omnibus eos etiam pelliceret qui ante fuissent factionis Lutheranæ: tantum aberat ut summus pontifex quenquam innoxium cuperet alienari: sed huius ingenium, per se non inhumanum, alio perpulit quorundam instigatio . . . . . Nullum adhuc Lutheri librum, quamvis pusillum, legi totum, nullum illius paradoxum unquam defendi, vel ioco. Quorundam indoctos et seditiosos tumultus nec probo, nec quisquam vir probe cordatus hic probat. quorsum tendant video, nimirum in exilium bonarum literarum et ad stabiliendam suam tyrannidem. Sic igitur fugio Lutherum, ut hos tamen probare non possim: pauci sunt, sed hi multos concitant. non damno ordinem, sed ipsi suo ordini pessime consulunt. Habes, ornatissime præsul, totam animi mei tabulam. quodsi quid isthic iactatur quod repugnet religioni Christianæ, quod turbet publicam tranquillitatem, quod adversetur dignitati sedis Rhomanæ, certo certius habeto non esse profectum ab Erasmo, quocunque titulo circumfertur. Id ita esse, tempus nihil non proferens in apertum olim declarabit, et nunc paratus sum quocunque argumento testificari me nec unguem latum velle discedere ab iis qui consentiunt cum ecclesia catholica. scio quidvis esse ferendum potius quam ut publicus orbis status turbetur in peius; scio pietatis esse nonnunquam celare veritatem, eamque neque quovis loco neque quovis tempore neque apud quosvis neque quovis modo neque totam ubique promendam; neque quenquam eruditum fugit esse quædam recepta vel paulatim obrepente consuetudine vel adulatione iuris consultorum recentium vel temerariis definitionibus scholasticorum vel arte denique technisque principum, quæ præstaret rescindi: verum illud erat prudentiæ Christianæ sic tentare remedium, ne sinistre tentatum morbum non tolleret sed exacerbaret ac pro morbo mortem acceleraret. Nec enim ausim pronunciare an aliquo pacto Christianis probanda sit Platonis sententia, qui permittit sapientibus illis custodibus, ut populum ipsius bono fallant mendaciis, quandoquidem veris ac philosophicis rationibus contineri promiscua multitudo non potest, ne prolabatur in deterius. Illud semper cavi ne aut tumultus essem autor aut

---

29.30 orn. præs.] R. P. *1.* 36 Ad hæc cf. infra Expost. c. Erasmo §§ 158. sqq.
41 Plato (de rep. III. p. 412. sq.) non sic mendacia defendit, Erasme.

Digitized by Google

novi dogmatis asseverator. Rogatus sum a multis ac magnis, ut me Luthero adiungerem: rescripsi me fore Lutheri, si ille sit in parte catholica. rogarunt ut præscriberem fidei regulam: rescripsi me non nosse aliam fidem quam ecclesiæ catholicæ. hortatus sum illos, ut se Romano pontifici reconciliarent, et querimoniam illorum dilui. Lutheri libellis primus omnium obstiti, ne excuderentur. mox egi cum homine, ut abstineret a seditiosa scriptione. semper enim hunc exitum metui, maiora moliturus, ni me præter alia religio quædam deterruisset, ne forte imprudens repugnarem spiritui Christi. Hortatus sum et hortor multos, ut abstineant a libellis famosis, præsertim anonymis, quibus tantum irritant animos hominum, male consulentes non solum Christianæ paci, verum etiam illi cui videntur favere. Monere possum, cogere non possum. Mundus plenus est officinis typographicis, plenus poetastris et rhetoristis: quid isti tumultuentur, ut mihi in manu non est, ita iniquissimum sit mihi imputari temeritatem alienam. Atque hac sane in parte minus sum iniquus Hutteno, etiamsi supra modum discrucior illud ingenium, illam in utroque genere dicendi felicem venam non dedicatam esse felicioribus argumentis, siquidem is suam phrasim suumque titulum ubique præferens neminem alium gravat invidia præterquam seipsum: isti cum sibi fidem abrogant, dum ceu diffisi causæ non audent addere verum nomen, tum innoxios, eosque multos degravant invidia. Iam isthic adessem una cum illustrissimo Ferdinando, si certum scire potuissem vos adhuc esse Wormaciæ. Sed mirum quam hic nihil est certi, ne apud proceres quidem aulicos. Bene vale, præsulum decus et aulæ Cæsareæ non infimum ornamentum . . . . . Lovanii octavo Calend. April. Anno M. D. XX[*I*].

[EBERNBVRGI.] **CCXXVIIII.** [M. MARTIO A. 1521.]

INVECTIVA IN HIERONYMVM ALEANDRVM.

VLRICHVS HVTTENVS
HIERONYMO ALEANDRO ORATORI ROMANO
εὖ πράττειν.

§. 1. Nequaquam hanc ego omnem in te culpam, quæ eius maxima est a quo tu missus es, transferam; sed cum sic cupide provinciam persequendi nos obieris, ut eo in negocio inveneris tu quæ ab illo cogitata etiam non §. 2. esse putandum sit, primas tibi optimo iure deferendas inibi existimo. Et auferes tu hanc quidem hinc laudem, quod non alius conatus hæc sit avidius, non studiosius et sedulo magis. Sed interim esse puta qui in omnia tua dicta ac facta intentos habeant oculos et mentes; ac illud tandem cre-

CCXXVIIII. *H* = Indic. bibl. n. XXXVII. A. 1.2 = ibid. 1.2. 4.5.6. = ibid. 3.4.8.

12 plenius poetastris *1.* 18 isti] illi *2 etc.* 21 Anni numerum XX. falsum esse ex ipsa epistola satis apparet. 25. Martii, Anno 1520. *5.* 33 inibi] mihi *1.6.*

Digitized by Google

dere sustine adhuc liberos esse in Germania homines. Quodsi sanus mente §. 3.
esses, ne sperare quidem auderes hunc tanta cum fiducia positum in libertatem a nobis pedem tam nullo negocio extracturum te. At etiam per- §. 4.
fectum hoc tibi impotenti quadam animi elatione præsumis qua alia dei optimi maximi voluntate, quove permissu, quam quia tuum te quoque fatum manet? Nam quomodo tu aliter huc amentiæ prolabi potuisses, ut crederes uno ab edictulo calliditate, versutiis, fraude et dolis ab adolescente principe per te expresso totam repente Germaniam conterritam deserturam libertatem suam, deserturam fidem, religionem et veritatem? Quinetiam ita nullo consilio nullaque prudentia quæstionem hanc institui- §. 5.
stis, ut facile credat aliquis voluisse vos, cum hoc adgrederemini, iuvare caussam nostram et promovere, non oppugnare et impedire. Quod de te §. 6.
quidem præter opinionem non est: neque enim unquam prudenter aliquid fecisse audio: illum miror socium tuum Caracciolum, aliquando si non bonum, circumspectum tamen et cautum hic putatum, tanta cum inconsyderantia tantaque stupiditate conari ista tecum. Neque tamen hoc dico §. 7.
quasi quicquam hic vobis astutiæ, quicquam impii vaframenti defuisse adhuc existimem, sed quod tanta confidentia videam in hac rerum Germanicarum admirabiliter immutante se ratione, hac temporis inclinatione, his inevitabilis fati minis omne adhuc incontinentiæ vos, omne immodestiæ exemplum prætergredi. Quod ego aliud profecto non censeo quam coactos §. 8.
vos divina necessitate non videre quæ videtis maxime, nec audire quæ auditis plurimum, et imprudentes accersere malum vobis ipsos ac ferri manifestum in exitium præcipites. Ubi tuo sane furore nihil vidi conci- §. 9.
tatius, nihil impetuosum magis: nam quæ (malum) ista est insania existi-

---

3 negotio *2. 6. ubique.* 4 hoc] *H.* illud *edd.* 5 quam] *H.* nisi *edd.* 7 edictulo] Hoc edictulum, ut temporum ratio ostendit, neque est famosum illud Aleandri 'edictum imperiale contra Mart. Lutherum et novatores religionum', promulgatum Vormatiæ d. 26. Maii (per mendacium in ipso scriptum est d. VIII. Maii), quod Latine e. gr. ap. Bzov. Annal. eccl. XIX. p. 390...393. s. Gerdes. Hist. reform. II. Monum. p. 34...37., Germanice in *Luthers Schriften v. Walch.* XV. p. 2264...80. n. 585. extat, neque est Rescriptum Caroli V. postero post Lutherum iterum in concilio auditum die (19. April.) editum, quod ap. Bzov. l. c. p. 384. et Germanice ap. *Walch.* l. c. p. 2235...37. n. 572. legitur. neque Huttenus h. l. vult opinor imperatoris edictum de Lutheri libris exhibendis d. 7. Martii compositum, Vormatiæ d. 15. Aprilis publice propositum, de quo Lutherus in epistolis CCCII. CCCIII. (*de Wette* I. p. 574. sqq.) s. ap. Walch. XV. p. 2052...56. n. 535. 536.; sed (ut etiam § 44. epist. ad Carol. V. scriptæ idque ostendit, quod Lutherus tum ad concilium a Cæsare vocatus nondum erat) invehitur in id edictum, quod m. Febr. Carolus V. de Bulla *Decet Rom. pontificem* (d. 3. Ian. 1521. datam, repetitam e. gr. ap. Bzov. l. c. p. 380...82., Germanice ap. Walch. XV. p. 2030. sq. n. 526.) exsequenda proposuerat, de quo Rankius (*Deutsche Gesch. im Zeitalt. der Ref.* I. p. 474.) sine fontis indicatione verba fecit. 7 verfucijs *1.* 9 et] ac *6.* 11 adgrediremini *2.* agrederemini *6.* 15 circunsp. *1.* 24 exilium *1.*

Digitized by Google

mare tantillo tuo interposito terrore extinctum iri tam validum iam tamque conceptis viribus incendium hoc? ausus es putare tamen exustis nuper libris infractos nostrorum animos, non irritatos magis et exacerbatos? Sed
§. 10. hæc mens sit maneatque; neque tu quicquam aude posthac segnius, atque isti habenas da impetui tuo, furorem laxa, effunde amentiam: aliquando illud aderit optabile tempus, ista se necessaria dabit hora; profecto enim nunquam inultum feret inustum hunc sibi Germania dolorem, neque igitur quia diu fert, non aliquando vindicabit suam iniuriam: nam quid tu hanc arbitraris aliter devorasse nos iniectam abs te molestiam quam ut cædem
§. 11. paulo post et exitium in te revomamus? Proinde ne ita supine existima agere nos aut ita esse cæcutientes, ut dum tu agis hæc, nihil interim cogitemus nos, nihil prospiciamus aut inveniamus. scimus quo istam intendatis animorum vestrorum effrenationem, quo ruatis consilio isto vestro præcipiti et devio; scimus. neque ita imparati sumus, ut occurrere, ubi
§. 12. visum fuerit, non possimus. nunquam a vobis oculos divertimus: etiam qui locorum spaciis disiungimur, animis tamen prope constituti sumus; ex quadam quasi vigilia in opera omnia vestra, etiam in orationem inten-
§. 13. dimus. Quid est enim hoc, quod cum tu illam præclaram habuisses orationem paucos ante dies, ego quid pridie dixisses nona statim hora postridie hic intellexi? sic desidemus, Aleander, satagentibus vobis, sic
§. 14. dormimus. Cum valde admiror interim, quid sit quod diffisi evangelio, diffisi sacris literis et Christiana veritate oppugnandos edictis nos putaveritis. quasi ullum possit esse tam validum imperatoris edictum, quod illam labefactet divini verbi soliditatem, aut vero perpetua sit hæc principis voluntas, nec momentis in contrarium mutabilis. finge vero esse, non
§. 15. feret tamen Christus hanc fieri contumeliam sibi, non feret. Quanquam consyderare te iubeo quid concessurus aliquando putandus sit a bonis viris commonitus, annis tum melior et experientia factus prudentior, qui hoc ætatis, abs te tali impostore circumventus, istud quod tu sic exultas, sic
§. 16. triumphas, nunc edicere sustinuit? certe aliud respondebit tunc: iam ex[illegible] circumsessus a rubellis galericulis non suus est; quippe ubi esse vult, vos religionem infertis. Sed quousque tandem, quousque, improbi, optima
§. 17. indole præditi iuvenis bonitate abutemini? Tu vero quando tandem cognosces quibus in te animis sint hic homines? quando senties quos habeas operum tuorum æstimatores? Nihil intellexisti proxima auditione cum multis quidem excusares Iudaicam originem, nemo obiiceret? nam esse malum, quacunque etiam gente editum, sciebant omnes; itaque nemo magnopere putabat generis prävitatem tibi obiiciendam; adversum mores fremebant infense multi.
§. 18. et poterat sentiri iam manifeste quæ esset animorum commotio; tu tamen quasi illic potissimum expurgatione opus esset. multis tractabas locum cum

---

2.3 Cf. n. CCX. 10 revocamus *6*. 13 effren. *2*. 29 circunsessus *1*. 35 quidem *delevit H*.

Digitized by Google

ad fastidium usque audientium, sed tanta cum fiducia, ut plane certus tibi esse videreris neminem intelligere quam impudenter ibi mentireris omnia. Illo enim post multa erupisti, ut ad nobilissimum comitum, qui §. 19.
te penitus ignorant, et quos tu haud satis nosti, genus originem tuam refer-
5 res. Sed ut sis tu eius generis vel nominis antiquioris adhuc multo et vincas §. 20.
nobilitate reges, quid cum nostra libertate tibi, nequam homo, quam proculcatum advenisti? quid cum libris et literis, quæ perditum ades? tam sordidam negociationem, præsertim sceleris et impietatis plenam, tractare decet hominem nobilem? ad talem legationem offerre se, ubi veritati locus
10 non sit, mentiri omnia oporteat? Quæ tibi tanta vero incessit pecuniæ sitis, §. 21.
ut optimarum literarum studia, quæ nisi fuissent, tu fame periisses multo ante, vili mercede persequaris? hanc iis gratiam reddis quæ toties esurienti tibi subvenerunt, quæ inopem te et destitutum (nam tunc comes non eras, neque nobilis opinor eras, nisi, quantum arbitrabantur homines, Iudaici
15 generis) conservarunt et foverunt? Omnia debes literis et literas perseque- §. 22.
ris. quid fingi potest hac ingratitudine odiosius? Etiam hoc quod inter pontificis adulatores numeraris, (quid enim aliud vocabo id ministerii?) literarum est beneficium, et tamen moliris perniciem literis: iam enim multum non quæro in animum quomodo inducere potueris, ut oppugnes veri-
20 tatem, evangelium et ipsum pertinaciter Christum ut oppugnes: neque enim puto viveres tu, nisi peierare scires et deum esse non crederes. Vides §. 23.
me nota inculcare tibi? aut in tantum nihil agere in hac specula arbitraris, ut compertum non habeam quæ tu haud multos ante dies, apud quos homines caussæ tuæ præsidia iactaveris, quam ultimam negocio huic spem
25 statueris? Sed ne putes non optime nosse me quicquid est, quandoquidem §. 24.
haud scio an futurum unquam sit ut coram hæc loquar, describam hic. Sic loquutus es apud virum honestum, non cui tu fideres quidem, sed ea confidentia, qua existimare soles cerebrum non esse Germanis, neque sensus esse aut rationem: 'Ut pontificium (aiebas) excutiatis iugum etiam, §. 25.
30 'Germani, suam nihilominus dignitatem et regnum tuebitur pontifex; etsi 'iam eo res deducta est, ut futurum sit vestris vos telis confici: tantum

---

[5] Ipse Aleander in orat. Vormatiæ die XIII. Febr. a. 1521. publice habita exclamaverat „Deum immortalem, multi hic sunt boni viri, quibus notus sum ego et familia mea, et asserere ego vere possum maiores meos marchiones in Istria fuisse; quod vero parentes mei ad inopiam redacti sunt, fato tribui debet. natales meos ita legitimavi, ut in canonicum Leodiensem receptus sim, quod factum non foret nisi ortus essem ex familia illustri vel spectabili. Quodsi maxime Iudæus fuissem, sed baptismum suscepissem, reiici propterea non deberem" *etc.* Seckendorf. de Lutheranismo. 1692. fol. p. 149. *Luther v. Walch.* XV. p. 2040 sq. n. 528. i. f. [4] quod *6.* [5] tu *omis. 2.* vel nobis antiquioris *2.* vel antiquioris *1. et edd. emendationem adpositam se legere non potuisse adnotat 6.* [10] vero] viro *2.* [13] subvenerant *1. 6.* [24] iactaveris] disposueris *corr. H.* [29] Cf. supra p. 6. v. 15. [30] Et si *edd.*

Digitized by Google

'enim valet ingenio ille, ut certum sit cum primum hoc vos ausi fueritis,
'exitiabili vestra clade expiatum iri facinus. Quasi grave incusatis iugum
'hoc quod non nisi longe graviori commutabitis. Ecce autem divinas iam
'in vobis ultiones, tantam annonæ difficultatem, tot annorum pestilentiam,
§. 26. 'intestinam principum discordiam'. Haec loquutum te quis in hanc spe-
culam, ubi vos aliquo cum metu latitare me iactatis, retulit? Sed o vocem
per iugulum statim redituram tibi, si se nunc tandem agnoscat Germania!
Tu iugum esse fateris pontificum iussa, et regno dignitatem illius metiris,
eamque illum vi, arte et ingenio propugnare haud negas, et significationes
nobis das tam manifestas turbaturum illum Germaniam, inter principes
§. 27. bella excitaturum, ac naturæ vices pœnam interpretaris. Haec tu facis,
inquam, et tamen consequuturum te hic Leonis Decimi nomine quæ petis
speras, atque apud illum inire gratiam? Stupidissime omnium qui hoc
ante te munus obierunt, non vides quantum possint hæc morari te, quan-
tum impedire caussam tuam, tibi odium concitare, magnam rationibus tuis
§. 28. disturbationem inducere? Sed fortis tyrannus odium non times, quum
præsumis metum; neque tui conturbationem prospicis, qui ut alios con-
turbares, huc venisti. At vero, nisi me omnia fallunt, videbis brevi multa
§. 29. præter opinionem casura tibi. Sic spero futurum enim, ut qui te nunc
tuentur, mitrati isti et galeriti, ii, ut sint tuti ipsi, omnium opem omnium-
que consilia implorent atque invocent, neque ita fore bonorum atque ma-
lorum immemorem Christum, ut te, omni improbitate affectum hominem,
omni imbutum scelere et sacrilegio, impunitum ire hinc patiatur, præser-
§. 30. tim ad ultionem et pœnam cum nos ultro provoces. Scias tu autem esse
in Germania animos, qui arma et viros non dubitas. itemque scias ex
tali tantoque circum tui odio emersurum aliquando unum aliquem qui pro
§. 31. malitiosa tibi in hoc imperium opera dignam persolvat mercedem. De me
certe quantum in ipso erit, non habeas occultum posthac, sed indictum
iam et denunciatum, omnem advertam diligentiam, omne adhibebo studium,
omnia tentabo conaborque, ut qui furore, amentia, scelere et iniquitate
gravis accessisti, vita inanis hinc efferaris: neque enim expectandum adhuc
tibi est, ut stilos doctorum hic virorum sentias, sed futurum crede, ut for-
§. 32. tium gladiis confodiare. Interim vicem dolebo bonarum artium, quæ in
tantam malitiam, tam depravatum ingenium inciderint, ac invidebo lingua-
rum peritiam tibi, neque aliud me tuo nomine torquebit et afficiet, quam
esse quod invidere aliquis tibi possit.

---

[2] Quasi *corr. H.* Ut *edd.* [5] locutum *6.* [8] iussu *6.* [10] das nobis *6.* [15] causam *h. l. 1. et semper 6.* concitiare *2.* [22] inmemorem *2.* [26] pro *omis. 2.*

Digitized by Google

[EBERNBVRGI.] # CCXXX. [M. MARTIO A. 1521.]

INVECTIVA IN MARINVM CARACCIOLVM.

VLRICHVS AB HVTTEN EQVES MARINO CARACCIOLO ORATORI ROMANO

εὖ πράττειν.

1 | Non ego illis credidi quidem, Marine Caracciole, qui te magna con- §. 1.
tentione frugi hominem prædicabant biennio abhinc agentem Mogunciæ:
neque enim audieram frugi oratorem demissum ab urbe Roma unquam
huc: sed tam confidenter malum non putassem, ut frequentissimo hoc
principum et populi Germaniæ conventu, quo libertatis caussa agitur et
Romana iniquitas, ut nunquam prius, in accusationem venit, nihilo secius
interim audeas nundinari tu ac peculatui, prædæ et compilationibus operam
11 | dare. Nam quid iam ultra cogitabimus quidve proponemus nobis, cum §. 2.
tu eo tempore quo maxime adnitimur iugum abiicere Germani, pecuniam
qua nos oppugnes non aliunde quam ab ipsis nobis cogas et extorqueas?
Reclamamus tyrannidi vestræ crudeli et abominandæ, contra vim reluctamur, imperium detrectamus, potentiæ resistimus, ad libertatem passim
conspiramus, atque hæc omnia obfirmate adeo et pertinaciter agimus, ut
putatum nuper sit satis invidiosos vos infestosque vulgo redditos: tu nihilo- §. 3.
minus quasi nihil horum ad te pertineat, sceleratas tuas negociationes
secure ut nunquam ante exerces, et aliis quidem precio peccata indulges,
aliis vero pacta pecunia ut peccent permittis. iuventutem Germanicam
precium pro connubiis postulas; ius, fas, licitum et honestum emi abs te
pateris; fidem, religionem, æquum et iniquum precio addicta habes, contra
leges aurum et argentum accipis; nefario instituto a pauperibus nostris
pecuniam exprimis. O audaciam singularem! Cui licebit conuicere autem §. 4.
qua tu spe præditus hæc facias? ubi putabimus præsidium disposuisse,
qua fretum ope? an in pileatis istis fiduciam collocas? Certe haud ignoramus connivere ad hanc improbitatem tibi quosdam, ut vicissim liceat

CCXXX. *H.* 1. 2. 4. 5. 6. ut ad n. CCXXVIIII. adnotavimus. 3 = Indic. bibl. n. XXXVII. B. Partem huius invectivæ a Tittelio Germanice versam continet Walchii exemplum scriptorum Lutheri tom. XV. Ibi adpositos capitum numeros parvis Romanorum numerorum signis ad marginem repetendos iussi.

7 predicabant *2.* Moguntiæ *4.* agente Moguntiæ *6.* 10 causa *4. 5. 6. ubique.* 12 et] ac *6.* 13 iam *omis. 3.* nobis *omis. 3.* 14 adnitimur] *sic 2. in erratis, 4. et Tittelii versio, ceteri cum 1.* adnituntur, *sed correxisse H. neque vero se legere posse quid scripserit Huttenus adnotat Münch.* 16 abhominandæ *3.* reluctamus *2. sed in errat. corrigitur.* 18 respiramus *4.* 20 negotiationes *6.* 21 p̃cio *1.* pretio *6.* 23 postulas tuis, fas *1. 6.* 26 Cui licebit .... et defendat (§ 5.) *omis. 4.* 27 posuisse *3.* 29 hanc *omis. 3.* quosdam] Moguntinensem etiam cardinalem.

Digitized by Google

§. 5. ipsis quoque non probe admodum vivere. Tu tamen audaciæ homo es
nunquam satis admirandæ, qui ullam vim satis esse, ullam potentiam suf-
ficere arbitraris quæ tantam indignitatem, præsertim resipiscentibus iam
hominibus, tueatur et defendat. Neque te ab hoc consilio absterret aut | III
rerum ut nunc est ratio, aut ista valde animadvertenda vobis temporis in-
§. 6. clinatio. Quid enim putem morari te potuisse aut pudorem quem nullum
habetis Romani, aut timorem dei quem esse non creditis? En 'frugi lega-
tum, probum ex omnibus unum pontificis oratorem' prædicatum a curti-
§. 7. sanis mihi magna cum iactatione sua magnaque gloria. Quid ageres, im-
probissime, si in illa incidisses tempora, quando nulla in Germania vox,
ne gemitus quidem liberi fuerunt, quando contra vestram iniquitatem nemo
aliquid mutire, nemo vel torve obtueri audebat? qualem te tunc habuisses,
cum iam bene sperantibus nobis, etiam non pessime habentibus sic avare,
sic intemperanter audeas quæstum facere et in patria hic nostra inque
oculis hominum ad libertatem undique concurrentium confiscari nos et pe-
§. 8. cuniam hinc avertere? Quinetiam non occulte facis cauponationes has aut | IV
celare tuas sordes aliquo modo cogitas. Quare iam pridem ægre adduci
potui ut crederem cum nunciatum mihi esset, a quodam qui uxorem pe-
tebat eam cui compater erat, petiisse te trecentos aureos, cumque ille et
quia te propter sordes contemnebat, et quia videbat negociationem tuam
esse longe iniquissimam contraque fas omne, omnem honestatem et Christi
leges institutam, octo obiiceret, respondisse 'te pro octo aureis non solere
§. 9. verbum mittere, nedum signa et literas velle perdere'. At paulo post alia
super alia nunciata sunt. quorum unum responde mihi, 'Quæ æquitas est
cum qui uxorem duxit cuius aliquando filium confirmationi adhibuerat, pe-
tere septuaginta aureos?' Et tamen adeo obstinate egisti hoc, ut cum decem
tibi offerret, excedere hominem a tuo conspectu iusseris, quasi qui molestus
§. 10. tibi esset tam parvi æstimans nugas tuas. Porro licentiam mensarum | V
quanta mercede vendidisti tota iam hyeme? nam cui tu butiri esum gratis
indulsisti, cui lactis et ovorum, cum vescaris ipse quadrupedum et avium
carnibus indiscretissime? Sed hoc quoddam interpretor malum populi Chri-
stiani fatum, qui dementari sic potuerit, ut non videat si quidpiam nisi a
pontificibus ante permissum usurpandum non sit, quantum tamen non conve-
§. 11. niat pecunia illud emercari. Tua vero incomparabilis hæc audacia est, | VI

---

[3] respicientibus *1.* [4] tueatur ac *3.* abstinet *2. 3.* [5] vobis animadv. *3.* [6] enim *omis. 5.* [7] non esse *6.* [15] liberrtatem *4.* [16] aut *delevit H. tum addendum erat* nec *vel* non *sive potius scribendum* dum non occ. f. c. h. ne celare quidem t. *etc.* [16] cælare *4.* [18] michi *3.* [20] hanc tuam *3.* [22] objeret *2.* respondisse: te *6.* [23] mittere] emittere te non sol. pro o. aur. *3.* [24] nunciata] numerata *1. 3. 6.* [28] tuas nugas *3...4.* [29] butyri *4...6.* usum *1. 6.* [30] cui *omis. 4. 5.* [32] quicpiam *3.* quippiam *5.* [33] Pontifice *3.* usurpare. dum *3.* [32. 24] conueniat, putari illa *3.* [34] hec inc. hec *3.*

Digitized by Google

qui quod sani quidem homines ferre nullo possent tempore, hoc tu facias in his motibus, hac ad res novas hominum aspiratione. Non vel tantillum §. 12.
moræ iniici potuit cupiditatibus tuis, quo hæc transirent comitia, quæ ad hoc habentur maxime, ut in libertatem vindicetur Germania, vobis rapere amplius hic, fraudare et furari non liceat, tributarii deinceps Urbi non sint quos imperare Orbi convenit, morum aboleatur hæc a vobis inducta istinc contagio, liberæ sint hominum conscientiæ, veritas in luce versetur, evangelium in auribus vulgi sonet, pontificum constitutiones ultra Garamantas et Indos exulent, bullis vexari posthac Germaniam non liceat, tantumque absint hæ a nobis quantum ab urbe Roma lites, siquæ de sacerdotiis nostris oriantur; breviter, ut et liberi sint Germani et recte Christiani? non tantillum, inquam, potuit moræ abs te ferri? Sed pervicturum te certum §. 13.
habes; scis nihil effecturos, qui adversum conamur, fretus tot hic episcoporum, quorundam etiam nunc cardinalium præsidio, qui tamen nunquam una facerent, nisi metuerent ex hac oppugnatione tyrannidi etiam ipsi suæ. At mea longe alia spes, alia ratio est: futurum enim brevi confido, ut §. 14.
quia non habent hæc quo ulterius progrediantur, tandem iam consistant et expirent. At magna contra vis est: obluctabimur; difficultas est: expediemur; etiam periculum incumbit: audebimus perrumpere, audebimus. Quod cum dico toties, ne puta aut surdis dicere me aut solum dicere: §. 15.
non omnes animo carent qui vocem temperant; ego liberius loquor, alii non minus libere sentiunt, etsi loquuntur etiam alii quidam; ego strenue hortor, multi facient fortiter. Nam quid tu credis edictis statim debellari §. 16.
posse tot liberos? scias, ne terreri quidem. haud ita summus rerum impe-
VII | riti, ut placita principum subito et momentis variabilia ignoremus. Nacti opportunitatem quiddam suasistis adulescenti principi, suam adhuc sortem, suum statum ignoranti: cessit, permisit. idem quid faciet expertus statim §. 17.
post quod omnes ante Germani imperatores, fidem non tenere Romanos episcopos, non stare fœdere, non præstare promissa, non servare pacta? quid faciet callide a vobis (quod futurum est) delusus, fraudulenter circumventus, flagitiose et impie falsus et deceptus? nonne sentiet recte nos monuisse gratis, vos tanta mercede dolum intentasse? Sed o infelicem §. 18.
illum, nisi statim intelligit fucum sibi fieri tam aperte agentibus vobis, nec ulterius in insidias progreditur; etiam miserum, si a vobis seductus tantum procedit, ut ei nisi gravissimo accepto detrimento retrocedere non liceat. Iam hoc vereor enim, et in tempore illum moneo. sed modo non §. 19.

---

5 fraudari *6.* 8 Gar. et Ind.] Verg. Aen. VI. 794. 9 vexari *H.* vexare *edd.* posthac vexare *6.* 11 *prius* et *omis. 1.* 11.12 non tantillum ... ignoremus (§ 16.) *omis. 4.* 13 habes] *H.* est *edd.* conamur] *H.* conantur *edd.* 19.20 Eexpediemur. *1.* 21 animo] ajo *5!* *scilicet* aĩo *est in 1.* 22 quidam] quidē *2.* ſtrēnue *1.* 23 fortiter facient. *2. 3.* 26 adolescenti *4.* 34.35 tantum] tm̃ *1.* *unde fecit* tamen *6.* 35 ei] cui *3.*

Digitized by Google

audit; vos enim habetis illas mihi debitas aures; vos occupatis et insidetis. at aperientur aliquando sanioribus etiam consiliis, utinam ante acceptum malum: nam nullæ Syrenes periculosius a navigantibus quam a Christianis prin-
§. 20. cipibus Romana audiuntur delinimenta. Quod tibi dico, Marine, atque | VIII
edico, 'Desine probissimi iuvenis mentem depravare, desine principum ac populi Germaniæ capiti illudere', scias cum sint qui agentem hæc te spectent tacite, non defuturos qui ulciscantur cum tumultu. an ulterius ferri hic te posse speras, cum non tantum nos compiles, sed peiores
§. 21. etiam facias? Quin etiam dico tibi 'Move hinc te et statim discede'. etsi enim novit Germania, magnis suis diu iam edocta incommodis, innocentem ab urbe Roma oratorem aut legatum mitti neminem, ea tamen in te præcipue perspexit, quæ tantum abest perpetuo ut patiatur, ut verear etiam
§. 22. prius quam cavere tu in animum induces, vindicaturam. Nescire non potes quanta tua in vulgus emanarunt flagitia; vides te digitis notari et indicari nutibus; vides, neque obscure intelligis non posse ultra differre nos vim doloris huius: nimis diu mente capti iam resipiscimus; tot annis fascinati
§. 23. prætigiis oculos recepimus. Facesse improba furta, perdite, nefariam expilationem, iniquissima iudicia! hactenus hæc tulerimus; ablata illa est | IX
a vobis inducta olim nostris oculis caligo; prædicatur evangelium, veritas annunciatur; vestræ leges frigent, Romanæ despicatui habentur nugæ;
§. 24. spes est libertatis. Desine ulterius prædam tuam certissimam putare quotquot nefas sibi licere volunt: non dabitur posthac mores corrumpere tibi, conscientias iugulare, mentes depravare; intercessum est facultatibus tuis.
§. 25. Acerbissime hoc senties, nisi credis maturrime: iam enim nisi istum tollis maximarum nugarum mercatum tu, nisi desinis alter Verres pecuniam ver-
rere hinc et opibus inhiare nostris, iubebo gladios expediri adversum et
§. 26. arma sumi iubebo. Dubitas me aliquid hic posse, vel auditorium esse mihi hæc proclamanti negas? Dubita, nega. at paulo post, nisi penitus a pio-
§. 27. rum mentibus aversus est servator Christus, senties. Non contineo diutius me, non. nam qui ob pessima tua scelera, ob sacrilegam mundinationem et inductum vitæ contagium stomacho et iracundia exarsi, ubi pertinacius videro hæc agere te, manibus temperare non potero. certe profecto conci-
§. 28. liabo malum tibi, si vivam, nisi modo desinis, modo abis. perrumpam | X
illas tanto iam tempore obturatas mihi Caroli aures, perrumpam: audiet aliquando, audiet utilia suadentem, et te invito operam dabit necessaria
§. 29. monenti: indicabo illi tua præclara opera, tuam sanctissime actam lega-

---

[3] Syrenes *commune temporis Huttenici mendum.* [4] Romona *2.* [6] Scias ... tumultu *omis. 4.* [12] verear] existimem *corr. H.* [14] flagita *2.* [15] nutibus vides *6.* [21.22] quotquot ... volunt] *i. e.* unumquemque qui ... velit. [26] hic *6.* (hĩc *1.*) nostris, conciliabis tibi grande malum. Perrumpam illas [§ 28.] *4.* [33] perrumpam] Penetrabo *hic et paullo post corr. H. et sic dedit 6.* [34] obthuratas *2.* [36] mouẽti *1.*

Digitized by Google

tionem exponam; docebo quid hic quæsieris, quid inveneris; dicam omnes, quotquot hic missi fuistis aliquot iam seculis Romanorum episcoporum legati, proditores fuisse Germaniæ, spoliatores nationis huius, omnis iuris et æquitatis perversores; dicam. neque tu cum dicam, docere diversa §. 30. poteris. Itaque abige hinc te, abige: nam quid cunctaris, scelerate? quid moram nectis, omnium qui unquam furati sunt hic furacissime, omnium raptorum violentissime, omnium impostorum vaferrime, astutissime, iniquissime, sceleratissime? Hæc scias et saluberrima tibi et ultima esse monita. disce autem parere stilo, ne cogaris cedere gladio.

[EBERNBVRGI.] **CCXXXI.** [M. MARTIO A. 1521.]

INVECTIVA IN LVTHEROMASTIGAS SACERDOTES.

VLRICHVS AB HVTTEN EQVES
CARDINALIBVS EPISCOPIS ABBATIBVS PRÆPOSITIS
ET VNIVERSO SACERDOTVM CONCILIO
LVTHERVM ET VERITATIS AC LIBERTATIS CAVSAM APVD WORMACIAM NVNC IMPVGNANTIBVS
RESIPISCERE.

I | Si per machinationem istam vestram, qua tutum non est inter homi- §. 1.
nes versari nobis, licuisset, quæ nunc scribo, coram istic auribus magno
animo et optima conscientia ingessissem; nunc quia vos per potentiam
video æquitatem opprimere et leges conculcare, continebo præsentiam quidem meam a vobis, sententiam tamen et veritatis testimonium non continebo. Qui possem enim cui propositum est, si moriendum etiam sit, non §. 2.
deesse æquitati et pro patria libertate contra oppressores et tyrannos ad ulti-
II | mum usque spiritum depugnare? Neque hoc tantum, ubi ad me (quem §. 3.
nescio cui novæ calamitati reservatis nunc,) ventum fuerit, sed vel maxime iam quando Martinum Lutherum, hominem vita et moribus sic probatum, ut ne ab inimicis quidem vobis improbatus adhuc ibi sit, prædicatorem veritatis et evangelicæ doctrinæ dispensatorem fidelissimum, per scelus et
iniquitatem adfligi a vobis, lacerari et concerpi video. Ubi egregios habeo §. 4.
concertatores vos, qui desperata probatissimarum scripturarum authoritate diffisi ratione et testimoniis, mutantes clypeos Danaumque insignia vobis

CCXXXI. Cf. ad n. CCXXX. adnotata.

1 inveniris *4.* 9 Discè *et r. omis. 4.* 13 Abbatibus, Episc. *4. 5.* 15 ET CHRISTIANÆ VER. *corr. H.* ac libertatis *omis. 6.* 19 quæ scr. n. vris coram a. *3.* istic *addid. H.* vestris coram aur. *edd.* 21 proculcare *3.* 24 contra ... tyr. *omis. 3.* 30 affligi *3.* 31 autoritate *4.* 32 clipeos *3.* mut. &c.] Vergil. Aen. II. 389. sq. „Mutemus clipeos Danaumque insignia nobis

Digitized by Google

aptantes, id est ad pessimas artes inito refugio, armati fraude et dolis, novo certandi usurpato genere, edictis oppugnare nos paratis. Rem novam
§. 5. et inauditam vestroque indignissimam officio et instituto! Quid autem | III vi et coactione opus vobis est, qui huiusmodi certamen decertatis, in quo cogi nemo debet? aut quid imperatorum epistolis et diplomatibus experi-
mini qui tot habetis quæ tueri vos debeant sacras et irrefragabiles scri-
§. 6. pturas? Sed etiam ultra leges et Christi instituta extulistis potentiam vestram, et iam non scripturæ testimonio, sed vestræ maiestatis intuitu vincere vultis: estis enim episcopi ac sacerdotes, et Christi vicem geritis hic; quare obsistere vobis non licet, neque dicere quicquam adversum licet, iam etiam non sentire: nam et conscientias vobis nostras subiicitis, et quod a vobis dictum aut fictum fuerit, pro sacro et sancto haberi decet; nulla contra ratio, nulli testes valere debent; vos audiendi, vos sequendi estis,
§. 7. quocunque abduxeritis. At iam amplius non sequemur, quandoquidem | IV non sequimini ipsi Christum. si sequeremini enim, utique posthabitis opibus, delitiis, ambitione et luxu crucem eius ferretis; sed quia discessistis ab
§. 8. illo, donec quidem abestis, non accedemus ad vos; quo minus enim a cæcis ductoribus in errorem abstrahamur, melior apostolus Paulus multo ante cavit iubens se suique similes, qui exemplaria vitæ nobis esse possint, sequi, neque unquam abire post eos qui male ambulent, 'inimicos crucis, quorum' inquit 'finis perditio est, quorum deus venter est, et gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant'; conversationem enim apostolorum
§. 9. (qui vere sunt) in cœlis esse. En propheta apostolus quam graphice | V vos descripsit, quam omnium oculis atque animis vitam vestram exposuit. An parum agnoscitis de vobis dictum, quum huiusmodi vitæ conscii vobis sitis, neque aliter ambulare vos omnes sciant, omnes videant quam post voluptatem carnis, ac odisse crucem Christi, cum dura omnia fugiatis, neque unquam adversi aliquid pro Christo feratis, in omni mollitie, inertia et
§. 10. delitiis vitam agatis? Sed quomodo vim ferretis quibus iustitia gravis est? aut quomodo maledictum audiretis qui veritatis sonitu offendimini? verbera autem, tormenta et mortem pro Christo pateremini, cum siquis a somno

---

Aptemus: dolus an virtus, quis in hoste requirat?" [2] generee *1.* edictis] dictis *1. 6.* Rem] Quā *3.* [5] dyplomatib. *1. 2. 4.* [5.6] *pro* experimini *1. 2.* (*sed 2. in errat. vocabulum addendum esse expressit*) *6. habent* opus vobis est, *5 habet* opus vobis; *ut dedimus, est in 3.*, experimini opus vobis est *4. Münchius pro* opus vobis est *aliud quicquam, sed quod legere non posset adscriptum esse ab H. adnotat.* [8] testimoniū *1.* testimonium *2. 5. 6.* intuitū *1.* intuitum *2. 5. 6.* [9] geritis *corr. H.* agitis *edd. et 3.* [10] quidquam *4.* [11] quod] qd *1.* quid *6.* [12] habere *1. 3. 6.* [16] deliciis *6.* crecem *4.* [17] cecis *3.* cœcis *6.* [18] abstrahamur. Melior *6.* Paul.] ep. ad Philipp. III. 18. sq. [20] abire] abs re *1. 6.* eos] uos *3.* inimici *1. 2. 5.* inimicos *corr. H. et sic habent 2. in erratis, 3. 4.* [22] apoſtorum *1.* [23] celis *3.* [25] cum *2. 4. 5.* [28] mollicie *2. 4. 5.* [29] deliciis *5. 6.* iusticia *4.*

Digitized by Google

vos excitet aut aliquid voluptatum istarum interturbet, bellum indicatis?
VI | Ergo igitur ex irrefragabili sanctissimi vatis prædicto finis perditio manet
vos: nam deum ventrem colitis et gloriam posuistis in dedecore, nullamque
habentes in cœlis conversationem, neque aliquid minus quam Christum expe-
VII | ctantes omni cura et sollicitudine ad terrestria vos accommodatis. Et §. 11.
6 tales cum sitis, legum tamen morumque regimen ad vos trahitis; cumque
in vobis dissoluta sint omnia et confusissima, tamen sine provocatione im-
perium vobis pertinacissime vendicatis. Ubi sunt isti patientes qui hæc §. 12.
ferre possunt? Vos autem quando erit ut in tanta improbitatum et sce-
10 lerum licentia modum inveniatis? nihilne ubique temperabitis vobis, nihil
curabitis, neminem respicietis? Certe periculosam istam vobis securitatem
arbitror. nam ut non tangat nos indignitas, neque pudor vos turpitudi- §. 13.
num vestrarum apud homines subeat, illos perpetuo in vos excubantes dei
oculos non verebimini, et pœnam quæ huiusmodi facta manet, non time-
15 bitis? Sic vivitis, ut pudicam coniugem nolit quis domus vestras adducere,
et tamen imperare publico vultis? Possemus ferre imperium quorum fugimus §. 14.
VIII | consuetudinem? Ecce autem quam nihil cum Christo, nihil cum apo-
stolis convenit, et tamen spiritualem vocatis sectam vestram, homines adeo
carnales, ut studio voluptatum mundi huius omnem saniorem mentis cogi-
20 tationem longissime a vobis relegetis, nihil quærentes aliud quam regalem
istam vestram opulentiam quod sustentet. Divitias autem fraude et per- §. 15.
fidia expeditis vobis, neque in alium finem quam ut male partis utamini
longe adhuc peius, nihil prius affectantes quam ut profundissimam vestram
gulam expleatis, toti luxuriæ dediti, inertiæ devoti in desidia longe igna-
25 vissima torpentes, ut rectius popinam hanc aut cauponam quam ecclesiam
IX | dixeris. Neque tamen cum habetis hæc, adhuc contenti estis, sed ur- §. 16.
bem quoque Romam cervicibus nostris imponere cogitatis, iugum et gravius
quam ut a quoquam ferri possit, et fœdius quam ut a viris debeat; quasi
29 nec usquam sit nec esse debeat libertatis vindex, et sic animos vobis de-
X | sponderimus, ut revocare nunquam ab errore liceat. Quin aliquando §. 17.
vos recognoscitis et facta istiusmodi vestra perpenditis, ac illud prospicitis fieri
non posse, quin aliquando isti vestri mores summam in vos licentiam in-
fimo cuique faciant. videlicet ut vobis pecuniæ sint, non ad usum neces-
sariæ, sed ad luxum iam superfluæ, ut in voluptatibus degatis, in deliciis
35 molliter versemini, neque aliquid non adsequamini inexplebili ista vestra

---

4 habentem in celis *3.* aliquid] aliud *6.* 5 folicit. *4. 5.* 6 vindic. *6.* 9 possint *3.* 12 nos] uos *1. 6.* turpidinum *1.* 15 vestram *omis. 1. 6.* 23 profundiss. *1.* profundissime *6.* 24 totiq; *3.* 26 hæc] hijs *3.* 27 cogitatis iugum, et a quoquam *omiss. edd. et 3. addid. H.* 30 ut r. nunq. ab *corr. H.* ut ne r. unquam ab *edd.* ut ne revocari unq. *3.* 31 ac] et *3.* 32 isti *omis. 1. 3* (?). *6.* 34 iam deg. *3.* delitiis *2. 4.*

Digitized by Google

avaritia, cedantque omnia ambitioni vestræ, cupiditati omnia pareant, ut, inquam, sitis voti ubique compotes, omnia omnium commoda averti par
§. 18. est, omnium detrahi necessitati neque suum cuiquam esse. quinetiam ut caussam defensam habeatis, evangelium mori oportebit. Quis tam trito est collo et sic adsuevit iugo, ut in tanta scelerum vestrorum accumulatione, præsertim rerum oblata opportunitate iam excutere illud non velit? aut si homines nolint, neque usquam mens, usquam ratio sit, Christus tandem
§. 19. suis deerit? Vos apostolorum loco habeant homines, ab illorum instituto | XI cum vivatis alienissime, et clericos vocent, quasi quos ut meliores deus sortitus sibi sit, quibus dicat 'Ego sum pars vestra', cum minus nihil agatis, nihil minus cogitetis quam quod apostolorum est et ad clericos pertinet; immo, cum perversius nemo vivat, nemo deum minus esse putet, nemo
§. 20. sic fas nefasque, sacra et prophana omnia misceat et confundat? nam quis vel in re nummaria audet fidem habere vobis, cum soleatis interpretari lucrum esse ecclesiæ, ubi quid fraude et impostura, vi et violentia acquisivistis, et a iureiurando sciant omnes facillime absolutionem dare pontifi-
§. 21. cem Romanum? Proinde aut sinite haberi vos ut vivitis, aut opere, factis | XII et vita ostendite esse vos quod vocari vultis; et tunc ubi facta convenient, noveritis esse sacerdotes vos, non dominos, dei ministros, non seculi gubernatores. opes vestræ cælestes sunt, non terrenæ. nam siquid aliud habueritis præter dominum, non erit iam dominus pars vestra, neque vos
§. 22. clerici eritis. qua ratione iam statim non estis: omnia enim præpostere agitis et transverse; cum interim tamen de nostra vivatis eleemosyna et patrimonia nostra indigni atque immeriti devoretis, nulla etiam cum gratiarum actione, sed contemptu adhuc dei atque hominum: tanta mercede,
§. 23. ut scelera evcherentur, tyrannidem nobis comparavimus. Olim clericorum sanctitatem venerabantur seculares homines, nunc opes et potentiam formidare cogimur; et iam evangelium neque ipsi prædicatis, neque prædi- | XIII cari ab aliis nisi magna interposita cautione sinitis, timentes ne quod vobis ulcus tangatur; ac Luthero, quia veritatem dixit vobis, exitium molimini, alios qui optima conscientia tyrannidi vestræ reclamamus, auferre e medio
§. 24. cogitatis. Quid tandem futurum est, quibus non malis caussam aliquando dabitis? Siquando dei mandata exponeretis nobis et evangelium prædicaretis, interim tamen, ut nunc, viveritis, utique optimo iure admussitaremus. cur

---

[1] avaricia *4.* [2] soli sitis v. ubi comp. *3.* [4] causam *1.3...6. ubique.* [5] assueuit *5.* accumilatione *2.* [6] oportunitate *2.* iam, exc. *4.5.* [7] nusquam ratio *5.* [10] sit sibi *6.* dicit (*sed in errat.* dicat *2.*) *2.5.* [12] Imo *2.4..6.* [13] profana *6.* [16] facilimè *5.* [18] vbi vbi *3.* [19] ſeculi *2.* [20] cœlestes *2.4...6.* [21] Cf. Psalm. LXXII. 26. [23] vivitis (*sed in errat.* uiuatis) *2.* eleemosina *3.* [25] contempta adhuc d. a. hominum tanta *1.6.* contemtu *5.* [26] tirannidem *3.* [27] ſeculares *2.* [28] cogimus (*in err.*cogimur *2.*) *2.5.* [32] malis *omis. 1.6.* [33] Siq.] quando *3.* [34] viueritis (*sed in err.* uiueretis) *2.* admusitaremus *1.6.*

Digitized by Google

ergo sic ipsi non vivitis? at iam et docere vos, si sciatis etiam, pudet, pessime vivere non pudet. Quid adhuc sacerdotum et episcoporum nomina §. 25.
adscribitis vobis et ecclesiasticorum classe censeri vultis? potest quicquam
4 minus convenire quam cum his nominibus vestri mores vestraque vita?
III | Tandem si vultis sedere in sublimitate honorum, etiam perfectitudinem §. 26.
vitæ induite nec ab episcoporum titulis sed onere gloriamini. nam quousque carnalia nostra metetis, cum spiritualia interim nulla nobis adseminetis? semperne nostra de pecunia vestri erunt sumptus, etiam ad vitæ turpitudinem confovendam? Paulus cum evangelium prædicaret Thessalonicensibus, §. 27.
10 ne oneri esset ipsis si penitus eorum sumptibus aleretur, die ac nocte opus interim fecisse se scribit; atque is quasi vitæ rationem suæ reddens testificatur exhortationem suam non fuisse ex impostura neque ex immunditia aut cum dolo, neque evangelium prædicantem se quæsivisse ut placeret hominibus sed ut deo, atque igitur nihil studio avaritiæ vel inanis
15 gloriæ admisisse, unum laborasse ut optimis eos doctrinis et institutionibus foveret et enutriret. Tale quippiam vos agitis, aut cum non agere vos, §. 28.
sed ex toto contra factos atque aptos sciatis, tamen in apostolorum locum audetis succedere, atque hoc prætextu immunitates, privilegia et libertatem quam nulla respublica ferre possit, vendicatis? Omnia in omnes licere
20 vobis vultis, in vos nemini quicquam? Quis modus indignitatis, aut quem
IV | impotentiæ finem statuetis? Proripite a purissimis fontibus vos, immundi §. 29.
porci; excedite sacris adytis, scelesti negociatores; ne tangite manibus toties pollutis sacra altaria! nam quid cum Christo domino vobis qui servi facti estis Mammonæ iniquitatis? secundum carnem estis, atque igitur quæ
25 carnis sunt sapitis; huc spirituales homines, qui quæ spiritus sunt sentiant, quæruntur. atque igitur quid vobis cum eleemosyna parentum no- §. 30.
strorum, quam in pauperes Christi erogandam illi concesserunt, et idcirco ad ecclesias conferentes heredibus nobis ademerunt? quid ad pios usus contributis ad crapulam, scortationem, fastum et pompam abutimini, cum
30 interim boni multi et religiosi homines esuriant? quid vos in luxu abun- §. 31.
datis, cum meliores vobis et quos hunc tenere locum oportuit, fame atque algore conficiantur? quid pecuniam ecclesiæ quam egentibus distribui decet,
VI | in popinationibus et nequissimis nequitiis profunditis et dilapidatis? Vos §. 32.
Lutherum damnabitis, divini verbi adnunciatorem invictum, cum e vobis

---

1 docuere *6.* scitatis *2.* 2 et pessime *1. 2. 4. 5. recte* et *omis. 3. nisi* at *repetas.* 3 quidquam *4.* 4 vestris *6.* 5 sedere] fidere *1.* fidere *2. 4. 5.* 8 sumtus *5. et sic in sqq.* 9 Paul.] cf. ep. ad Thess. II. 3. sqq. 10 ipsis *del. H.* 11 int. opus *3.* 12.13 immundicia *2. 4. 5.* 14 ftudio, auaritia, uel inani gloria *1.* avariciæ *4.* 15 eos *omiser. edd. et 3. addid. H.* institut.] uisitationib. *1. 6.* 19 vindic. *6.* 20 quidquam *4.* 22 aditis *3.* negotiat. *6. ut ubiq.* t 24 mammone *3.* Cf. Luc. XVI. 9. carmen *1.* 26 queruntur *3.* vobis quid *6.* 28 hæredibus *2. 4. 5.* 29 contribuitis *6.* scort.] si hortationem *1. 6.* 34 annunciatorem *5.*

Digitized by Google

idoneus nullus sit doctrina vel cohortatione excitare fidem Christi? vos in ocio et desidia ac omni levitatis genere luxuriantes summis viribus et opere maximo laboranti in vinea domini molestiam obiicietis? immo quia fructum
§. 33. facere videtis, per scelus opprimetis? Sic alienæ industriæ ignavi ipsi et nullius bonæ frugis invidebitis? quinetiam idcirco persequimini, quia veritatem docet, quam postergantes vos in locum eius pontificum constitutiones, meras nugas sed quæ seria vobis ducant (nam lucro sunt), supposueratis;
§. 34. et nunc irreprehensibilem eius doctrinam novis mendaciorum cuniculis adgressi ipsum authorem optimi meriti conscium sibi invidia virtutis eius et
§. 35. dolore interversi vobis lucri evertere et pessundare conamini: timetis enim ne si reviviscat evangelium, vestræ authoritati decedat nonnihil: nimirum frugalitatem cum doceat ille, ac pure omnes sancteque velit vivere, et iam passim accipiatur eius doctrina, vos qui in copia et luxu, in stupris et flagitiis supini decubantes ætatem degere consuevistis, periculum vobis fu-
§. 36. turum intelligitis. neque non erit. quare etiam libros eius, plenos omnis probæ institutionis, exuri passim curastis eorumque lectione humano generi interdicitis, manifestamque voluntatis vestræ significationem datis cupere vos nec ingenia esse in Germania et virtutem omnem depressam atque extin-
§. 37. ctam. Ubi tam placidum est ingenium, quod tam atrox iniuria non | XVII accendat? quem reliquistis ulteriori iniquitati locum? obtenebrata iam diu veritas fuit et obscurata Christi doctrina: hæc divinitus oborta lux est, vos extinguitis? En pastores Christianæ plebis, quos cum orare deceat ut sermo domini currat et glorificetur, impedimentum obiicere illi videmus et
§. 38. dedecus admoliri. Inspiciat hæc ab alto servator Christus et iudicet tandemque efficiat ut in capita invenientium regerantur tam nova, tam insolita sceleris et impudentiæ exempla! Sed unctis vobis et consecratis manum admoliri nemo audet. Ubi pulchro prætextu verba Christi | XVIII et sacræ scripturæ authoritatem ad tutelam scelerum et fraudis vestræ detorquetis, et cum religioni nusquam, vestro ubique lucro consulatis, religionis tamen summam ad vos contrahitis et isti Christianismi totius fastigio
§. 39. audacissime et impudentissime vos ingeritis: nihil enim pudet vos aut dicere iam aut facere. sed non succedet in perpetuum fraus, neque | XIX semper proficient doli; et iam forte periculosissime nutat res. id quod nec ipsi ignoratis et intelligere alios ac sentire videtis quam metuatis caussæ

---

[2] otio *6.* [3] Imo *2.4...6.* [5] persequemini *6.* [6] prostergantes *3.* [7] dicant (*sed in err.* ducant) *2.* [8] cumulis *1.6.* [9] autorem *4.6.* [10] pessumdare *6.* [11] ne *omis. 1.6.* autorit. *4.6.* [13] omnes *corr. H.* nos *edd. et 3.* [16] curauistis *3.* [17] manifestumque (*in err.* manifestamque) *2.* vestræ vol. *6.* et manifestam v. *3.* [19] tam *in err. add. 2. omis. 5.* [22] extinguitis *corr. H.* extinguetis *edd. et 3.* plębis *2.* [23] illi obi. vid. (*omiss.* et dedec. adm.) *3.* [24.25] tandemq.] tum denique *3.* [27] Christi] dei *corr. H.* [28] autorit. *4.6.* [30] Christianissimi *1.6.* [31] Nichil *3.* vos iam a. d. a. f. *3.* [32] succedit *3.* [33] mutat *1.6.* [34] causæ *ut ubiq. 4...6.*

Digitized by Google

vestræ. ipsis enim factis documenta datis palam salvis veritatis et fidei monumentis consistere vestram tyrannidem non posse. Ubi miror spem §. 10.
fuisse unquam vobis pervicturos. an in mentem non veniebat vobis divini illius oraculi, 'cælum, terram et omnia transitura, Christi verba non transitura'? Itaque oppugnate nŏs quantis omnino potestis viribus, nunquam tamen expugnabitis: fundamentum habemus Christum, atque igitur ruinæ
II | securos constitutos nos arbitramur. Quanquam recte summo in precio §. 11.
haberemus vos, si inter nos laboraretis et in domino nobis præessetis. nunc crapulari vos, scortari et per omnia ineptire, graviter nihil agere vel cogitare cum videamus, hoc permittemus vobis ut de fide quam nullam habetis, et religione quam nullo opere agnoscitis, iudicetis? Quibus tandem §. 12.
præstigiis ita creditis destitui posse nos, ut non aliquando resipiscamus? Præcipit Paulus et per Christum obtestatur, ut nos subducamus ab omni qui inordinate se gerit, et Timotheum vult seiungi ab iis qui quæstum putant esse pietatem. Quod cum oculis obiectum sit et auribus insonet, tamen sperandi finem non facitis in servitutem delapsos nos haud unquam remersuros, et perpetuo successurum arbitramini ut precario quasi sub vobis victu agamus homines extreme dementes et iam animis pariter ac sensibus destituti. Quid enim non videtis moveri hæc posse, auferri non §. 13.
posse? nam concutietis forsitan, nunquam tamen convelletis. Vestra autem ista quis diuturna fore credat, qui quidem viderit, etsi speretis adhuc, tam
III | auxie tamen interim metuere vos? Quare hunc desinite inanissimum §. 14.
obvertere nobis metum, et terrendi finem facite. Scimus a quibus abstinere vim oporteat, quorum veneratione teneri et maiestatem vereri conveniat; neque ignoramus quid debeatur veris dei sacerdotibus, et quam non sit hoc polluere religionem aut sacra prophanare, homines nihili et non virtutis tantum inanes, sed per fraudem etiam et dedecus sacratissimum nomen pessimis moribus obtegentes ab ecclesia dei vi ac violentia repellere, eorumque ab oppressione manibus et gladiis vindicare nos. Quia §. 15.
enim stomachum movistis mihi, audeo dicere ex vobis neminem esse episcopum: omnes enim emistis episcopatum, neque aliquem ex vobis merita, sed aurum provexit ad gradum hunc; illam gratis dandam gratiam pecunia æstimastis, et ideo gratiam non habetis, quare etiam episcopi non estis.
IIII | Quanquam ut non intercesserit ista nummatio, et tantum per manus §. 16.
impositionem facti episcopi sitis, tamen abhorret vita, nec episcoporum

---

[1] Ipsi *1. 6.* [4] oraculi] Evang. sec. Luc. XXI. 33. cœlum *2. 5. 6.* [7] constituros *1. 6.* [8] prodessetis *3.* [9] nichil *3.* [11] indicetis *1. 6.* [13] Paul.] ep. II. ad Thessal. III. 6. [14] Thimoteum *3.* vult] Paul. ep. I. ad Timoth. VI. 5. ab is *2.* ab his *3. 4.* questum *4.* [17] remers.] inuersuros *3.* precario *2.* [21] credet *4.* [26] profanare *6.* [28] obtegentes *edd.* obtegentibus *3.* prætendentes *corr. H.* vi ac violentia *omis. 4.* [29] manib. et glad. *omis. 4.* [34] Quamquam *5. 6.* et] ut *3.* [35] nec in v. ep. op. vid. *3.*

Digitized by Google

opera in vobis videmus, quod non sequimini ea quæ haudquaquam redarguendus ordinis istius institutor Paulus in episcopis et presbyteris de-
§. 47. syderat. nam inculpatos et irreprehensibiles vult esse, vigilantes, sobrios, modestos, dei dispensatores, hospitales, bonarum rerum studiosos, temperantes, pios, iustos, ad docendum aptos, veræ et solidæ eruditionis tenaces, ut idonei sint qui exhortentur doctrina sana et contradicentes convincant, non præfractos, iracundos, rixosos aut percussores, non vinolentos, nec turpiter lucro deditos aut avaritiæ studiosos; etiam fama integros et in quos ne suspicio quidem mali cadat: vult enim in opinione quoque hominum de se bona versari tales, nec utcumque calumniæ obnoxios esse.
§. 48. Et ut videatis quam non ferat corruptos in episcopis mores, ab eorum etiam familia integritatem et vitæ innocentiam postulat. Qui si episcopos censeat hodie, creditis in vobis ferat depravatam vivendi consuetudinem, cum episcoporum liberos et ministros voluerit probatis esse moribus?
§. 49. Proinde animum aliquando advertite, ut vos cognoscatis; ac illud de- | XLIII sinite hominum iudicia cogere et velle per terrorem a nobis extorquere, ut cum sitis ab episcoporum officio alienissimi, plus tamen quam veris
§. 50. episcopis debetur, vobis tribuamus. Audite vero Christum, ut ad eius doctrinam cum vos formaveritis, non sine fructu nobis quoque præceatis; atque ut non tantum nomine, sed re quoque ipsa beati sitis, mittite caducas sæculi opes, et frugalitatem hic colentes thesaurum in cœlis constituite; pro lascivia vero et vitæ petulantia luctum deligite, pro ferocitate mansuetudinem, pro ebrietate et crapula ieiunium et sobrietatem, pro sævitia misericordiam, pro mala conscientia mentis puritatem, pro turbulentia et seditione pacem induite, ac tandem discite non molliter delicias sectari, sed fortiter dura pati; convicia ab aliis ferte, non ipsi priores fa-
§. 51. cite. Quales cum esse cœperitis, tum in vos congruent magnificæ illæ | XLIV appellationes Sal terræ, Lux mundi et siquid est huiusmodi; tunc etiam vos fertilissimos vitis illius palmites vocabimus, et ius ligandi ac solvendi hic quod in cælis quoque ligatum et solutum sit concedemus: neque enim, ut nunc, videbimus ex hominibus quærere gloriam vos, sed dare illam deo; aut fraudare in negocio fratrem vel per invidiam opprimere, sed
§. 52. fideliter conversari, in charitate exhortari et doctrina fovere. præterea non ut nunc propter rapacitatem intolerabiles, sed propter obsequium et liberalitatem eritis omnibus desyderabiles: tunc enim videre licebit, non mul-

---

[2] Paul. ep. I. ad Timoth. III. 2. sqq. ep. ad Tit. I. 7. sqq. [2.3] desiderat *3...6.* [6] qui idonei *5.* [7] perfractos *edd. præter 4. 5.* (p *pro* p̃) [8] auariciæ *4.* [9] suspitio *1.* in hom. q. op. *3.* [10] utcunque *4...6.* [13] in *omis. 1. 6.* [14] libros *1. 6.* [20] 'beatus' 'beatitudo vestra' *honoris causa appellatur episcopus.* [21] feculi *1. 4. 5.* [22] vero ista *3.* diligite *1. 5. 6.* [25] delitias *2. 4. 5.* [27] ceperitis *1. 2.* (*in err. iterum* ceperitis *2.*) [28] Ev. s. Matth. V. 13. 14. [29] ac] et *6.* [30] cœlis *2. 4...6.* concendemus *2.* [33] addécet *post* fovere *add. 5.* Propterea *5.* [34] intollerabiles *3.* [35] desider. *3...6.*

Digitized by Google

IIV | tis nocere vos, sed prodesse omnibus. Huc animos advertite, hunc §. 50.
vitæ scopum vobis statuite. nam quid vanos titulos et inanem appellationem satis esse arbitramini, cur honorem habeamus vobis? Vita æstimatur hoc et factis. Nosse autem decet vos secundum Pauli doctrinam, quomodo versari oporteat in domo dei, quæ est ecclesia dei, columna et basis veritatis. ille certe episcopum formans 'Stude (inquit) te ipsum probatum §. 51.
exhibere deo, operarium non erubescendum, recte sequentem sermonem veritatis', et 'Sectare iustitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem, certa bonum certamen fidei'; atque iterum 'Esto forma fidelium in sermone, in conversatione, in dilectione, in spiritu, in fide,
IIVI | in puritate'. Quale est hoc autem de se quod profitetur ille 'Si §. 55.
adhuc hominibus placeam (inquiens), Christi servus non essem'? et quod a Ioanne dicitur 'Si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo; quoniam omne quod est in mundo, veluti concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et fastus vitæ, non est ex patre sed ex mundo est'? Ne §. 56.
vero (quod Hieronymus cavet) lucra seculi in Christi quæritē militia; sic autem agite episcopos, ut non sitis oneri sed adiumento et, quemadmodum ille ait, non ut vos expleamini, sed ut ne nos inanes remaneamus, pro quibus omnia decet expendere vos, vitam etiam, exemplo eius pastoris qui animam suam posuit pro ovibus suis, vobis exemplum dans quod imitaremini.
IIVII | Sed quid hæc ego frustra apud vos, animales homines, non ac- §. 57.
cipientes ea quæ sunt spiritus dei? Utinam autem acciperetis: nam in vestram hoc rem esset, qui valde metuo ut citra ingentem reipublicæ Christianæ concussionem redigi in ordinem possitis: sic pertinaciter enim errorem defenditis, ut acerbissima opus esse medicina videatur, quo gravissimo languentes morbo in sanitatem restituamini. Quod reputanti mihi in §. 58.
mentem venit hæc illa esse periculosa tempora, quibus de nunquam falsus vates Paulus prædixit cum ait 'Erunt enim homines sui amantes, avari, fastuosi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impii, carentes affectu, nescii fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, negligentes, bonorum proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes potius quam amantes dei, habentes formam pietatis, sed qui vim eius abnegarint'. Ex §. 59.
quibus verbis non obscure sentitis quos homines futuros impedimento fidei

---

[4] hec *3.* Nofce *1.* Pauli] ep. I. ad Tim. II. 15. [6] Paul. ep. II. ad Tim. II. 15. sq. [7] sequentem] secantem *5.* [8] Sectare] Paul. ep. I. ad Tim. VI. 11. 12. iusticiam *4.* fidem piet. fidem *et* caritatem *omis. 3.* charit. *4. 5.* [9] iterum] Paul. ep. I. ad Tim. IV. 12. [11] ille] Paul. ep. ad Gal. I. 10. [13] Iohanne *4.* Ioann. I. ep. II. 15. sq. charit. *4. 5.* [15] vita *1. 6.* [16] Hieron. ad Paul.? cf. ep. LII. § 13. [18] ut in. rem. nos *3.* Cf. Paul. ad Phil. IV. 17. [19] vos *ante* decet *3.* eius past.] cf. Ev. sec. Ioa. X. 11. [21] hæc *omis. 3.* ego hæc *4.* Cf. Pauli I. ep. ad Cor. II. 14. [22] Utinam ... restituamini *omis. 4.* [24] concussonem *2.* [26] michi *3.* [28] Paul.] ep. II. ad Tim. III. 2...5. præd. P. *3.* [30] inmites *2.* [33] non *omis. edd. præter 5., post* prædixerit

Digitized by Google

et religioni prædixerit; aut non agnoscitis vitam moresque vestros hoc in speculo? Sed quemadmodum pessima tentaturos vos ille et id- | XLVIII circo fugiendos præmonuit, ita exitum quoque rei eodem prævidit spiritu, 'Quemadmodum, inquiens, Iannes et Mambres resistebant Moysi, ita et hi resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem; sed non amplius proficient, siquidem amentia istorum evidens erit omnibus, quem-
§. 60. admodum et illorum fuit'. Atque hoc est quod sæpe ego monui, fore ut nimia ista immodestia ac impotens tyrannis vestra exitium vobis accerseret necessario. iam enim omnes vident et cognoscunt fraude et versutiis coalitam vestram audaciam in immensum progredi, ipsos vos indignissime rerum capita haberi, ut exemplo vitæ meliores alios reddatis, qui estis ipsi magna
§. 61. ex parte ob luxuriam et libidinem muliebriter infames. Sed ibi con- | XLIX silium fallendi exquisivistis, ut ne liceret in mores vestros cuiquam declamare. atque igitur Lutherum invasistis primum, cuius damnatio si procedat, certi me quoque oppressum iri: quanquam mea longe alia ratio est: etiam enim victoriam spero, tantum abest salutem mihi ut desperem.
§. 62. Vos autem quomodo credemus viam virtuti patefacturos, cum claudatis veritati? illa tamen non latebit, sed ostendet se invitis vobis, ut iam quoque videre licet oculis atque auribus hominum passim ad veræ pietatis prædicationem patefactis; certe non abscondetur lucerna hæc, vel lapidibus et
§. 63. roboribus, si nos taceamus, proclamantibus. Sed non tacebimus. de me enim quod polliceor, addam stimulos libertati, subdam calcaria, incitabo, impellam; quos non habebo statim adsentienteis, vincam adsiduitate commonitionis salutaris, cogam pertinacia necessariæ; neque aut cura mihi aut metus est nequa hanc sortem fortúna adgravet, paratus in utrumque, seu perniciem excitare vobis magno patriæ huius commodo, seu nulla mea
§. 64. mala conscientia strenue occumbere. Nec stulta hæc temeritas est, falso enim interpretamini, virilis et summa cum honestate coniuncta libertas est. Quare ut videatis quanta vestras minas fiducia contemnam, donec quidem aut Lutherum aut huiusmodi quenquam persequemini, hostem me vobis profiteor infensissimum. atque hanc voluntatem mihi nulla vestra vis, nulla fortunæ iniuria auferet, ne mutabit quidem. porro vitam cum abstuleritis, hoc meum tamen quo minus permaneat in patriam bene meritum,

---

ponentes? signum, et ita etiam 5. [3] exitium *6.* [4] Quemadm. *etc.*] II. Tim. III. 8. et Hieronym. ad h. l. Iames et Iambres *1.* Ianues et Ianbres *2. 5.* Iannes et Iambres *3. 4. 6.* Mosi *4...6.* [6] proficiunt. *1. 6.* [8] inmodestia *2.* [10] indignissima *6.* [13] inquisivistis *3.* [14] si damn. *3.* [15] certe *4. 5.* [18] sed v. i. v. ost. *3.* [19] fieri videre *3.* passim ad ... lucerna hæc *adscr. H., in edd. non extant.* [21] robor.] arboribus *3.* Sed non tac. *omis. 3.* Sed non ... adspernati (§ 66. i. f.) *omis. 4.* [22] pollicear *1. 6.* irritabo *1. 6.* [23] affentientes *5.* adsentientes *6.* adfsiduitate *2.* assid. *3.* [25] aggravet *5.* paratus *omnes, non* parato [27] strēnue *3.* [30] perfequimini *1. 6.* [31] michi (*om.* nulla v. vis) *3.* [32] ne] nec *5.* [33] in patr. *omis. 3.*

Digitized by Google

hoc recte factum, ut moriatur, non efficietis. Quod in cursu est forsitan §. 65.
sistetis, quod futurum prævenietis, quod factum vero infectum non red-
detis: fieri enim non potest ut cum vita simul auferatis vitæ memoriam.
non. Mihi quidem sicut dubium est ad quem hæc tendant exitum, ita
certum proponitur optimæ conscientiæ opinionem ad posteros venturam:
hunc maximum vitæ fructum cepero: et ut alia quoquè de caussa perti- §. 66.
nacissimam esse mihi persequendi vos obstinatiam cognoscatis, a deo præ-
mium mihi siquid contra vos obtineam spero, quo minus arbitremini
pœnam me timere: gratum enim esse illi scio, ut amotis a sacrorum con-
trectatione talibus locus sit iis qui digne administrent; et in extremo illo
iudicio tutum magis fore confido offendisse vos quam demeruisse, et cum
tumultu exegisse melius quam per quietem patienter tulisse, præsertim piam
III | commonitionem cum sitis adspernati. An memoria excidit vobisim- §. 67.
peditæ alioquin per vinum et crapulam cogitationis, quod cum aliquan-
tum ante modesta exhortatione adgressus essem, bellicum cecinisse me
clamabatis: ita insuetum fuit hoc vobis, ita indignum factu visum. Quare §. 68.
etiam mathematicum illum nuper veriti non estis apud gravissimum con-
cilium quasi læsæ maiestatis reum agere, quod vos in reti aucupario quod
nescio quis captabundus attraheret, depinxisset: ita teneros habemus vos et
delicatos, atque omnis iniuriæ impatientes; non describi vultis, non pingi,
IIII | non fingi; siquid omnium fiat, capitale esto. Quod ut obtineatis, ta- §. 69.
men ita modum dissolute et turpiter vivendo exceditis, ut perire vos vestro
iudicio necesse sit. Prius quicquid foris fuit depasti estis, nunc hærentes
in medullis nostris et viscera iam adgredientes quis vel mediocriter for-
tium potest continere se quin impetu, vi et violentia invadat vobisque cædem
et exitium moliatur? Ipse immo non feret diutius indignitatem dei eccle- §. 70.
siam onerantem populus Christianus, passim iam patrimoniorum exitium,
corruptionem morum et vitæ pestem clamitans vos et diris ac devotionibus
insectans. Vos tamen quasi in omnium sensibus quæ insita sunt ulla per- §. 71.
tinacia vinci queant, ambitione quadam plus quam pharisaica inflati non

---

[3] enim] autem *3.* [4] quem licet t. *3.* [6.7] pertinacissime *6.* pertinaciss. *ceteri.* [9] me poen. *3.* illi esse *3.* [10] talibus vobis l. s. hijs *3.* [14] alioqui *4.5.* cogitationis] *H. addidisse aliquid, sed se legere non potuisse adnot. Münch.* aliquantulum *3.* [16] clamabitis *6.* [17] mathematicum] Lucam Cranachium? De quo Seckendorfius (de Lutheranismo. 1692. fol. p. 148.) „Ausus est figuras ligno insculpere et inde chartas excudere, quæ Christi et Antichristi gesta sibi opposita dissimilemque exitum repræsentarent. quibus iconismis inscriptiones adiecit Lutherus et ad Spalatinum misit die 7. Martii, quæ habentur in tom. I. Altenb. Germ. fol. 597. sqq." [18] rheti *1.2.* [20] impatienteis *2.* [22] videndo *6.* vos v. per. *3.* [23] iudicio *5.6.* [23] quidquid *4.* [24] aggr. *3.5.* aggredimini. Hanc indignitatem (§ 70.) d. e. o. non feret diutius pop. *4.* [26] imo *1.3.5.6.* [28] et diris ... insectans *omis. 4.*

Digitized by Google

desinitis Luthero viam veritati facienti, et ob id magis adiuto omnis generis hominum favoribus mortem et siquid inveniatur morte adhuc gra-
§. 72. vius sævissime et atrocissime intentare. Quem virum fingite er- | XXXII
rasse, quanquam minime cura vobis est in ecclesia erret quis an bene sentiat vel dicat, neque hoc negocium accepissetis unquam nisi de vestro luxu et potentia agi vidissetis, tamen ut[7] erraverit, utrum ut inimi-
§. 73. cum hostiliter infestare an ut fratrem pie commonere decuit? Agite vero ubi (quamdiu conati hoc estis) ulla in vobis apparuit vel imago charitatis? ubi cordium puritas emicuit et animorum synceritas? nonne præcipites irruistis, neque cum ratione[8] egistis quicquam? nonne ut innocentem damnaretis, multa a vobis in eum ficta et ementita protulistis? nonne in gratiam Romani episcopi per insidias conati estis opprimere? nonne etiam nunc omnibus honestissimis viris reclamantibus hoc agitis, ut non auditum, non convictum sine crimine et testibus damnatum pronunciet imperator Ca-
§. 74. rolus? En præclaros vitæ magistros, qui in omni synceritate et man- | XXXIII
suetudine præeant aliis! est hoc episcopos esse, aut Christianos est hoc esse? si nos vexarent alii, vos consolari debebatis. quam præpostere aguntur igitur omnia: a quibus bonum sperare conveniebat, ii mali inferunt
§. 75. abunde satis ac molestiis nos, dolore et afflictionibus aggravant. Nonne igitur rectissime cum Ambrosio, authore gravi et sancto, vobis dixero 'Nomen habetis inane et crimen immane, honorem sublimem et vitam deformem, deificam professionem et illicitam actionem, religiosum amictum et irreligiosum provectum, gradum excelsum et deformem excessum; in ecclesia habetis cathedram sublimiorem et reperitur conscientia vestra humilior; locutionem simulatis columbinam et mentem habetis caninam, professionem monstratis ovinam et ferocitatem habetis lupinam; ut per prophetam possit responderi vobis "Populus hic me labiis adorat, cor autem
§. 76. eorum longe est a me"': etiamne hæc in vos non competunt, aut modus et mensura est eorum quæ ex probatissima scriptura in vitam et mores vestros dici possunt? Verum surdis cantilenam hanc, ut priora omnia. Sic in Luthero estis, ut neque oculis neque auribus uti recte liceat: talis est invidia; sic vos occæcatos reddidit furor; ita stuporem mentibus incussit
§. 77. iracundia. Ubi ut reliquorum omnium gratiam vobis faciam, ista excogitata a vobis ingeniorum supplicia minime omnium ferenda videntur: quid

---

[7] an] cui *3*. Cf. Matth. XVIII. 15. [8] caritatis *2*. [9] enituit *2. 3. 5*. [9] sinceritas *5. 6*. [10] quidquam *4*. [11] in eum a vob. *6*. [14] pronunt. *6*. [15] sincer. *4...6*. [15] male *3* (?). *6*. [20] recte *6*. Ambrosio] de dignit. sacerdot. c. 3. „.. ne sit nomen inane et crimen immane, ne sit *etc*. auctore *3*. autore *4...6*. [21] imm.] inane *3*. [23] profectum *3*. [26] ouiam (*sed in err.* ouinam) *2*. [26.27] proph.] Isai. XXIX. 13. [32] occœc. *6*. mentib. inc. irac. *corr. H*. mentis incussit iracundia uobis. *edd*. excussit irac. vobis. *3*.

Digitized by Google

indignius enim quam proscribi ingenia, exuri libros, aboleri literas, interimi scripturam? etiamne studendi nobis solatium adimetis, et scribendi fructum, colloquendi et familiariter conversandi usu interdicetis, homi-
XXXV | nes extreme inclementes et barbari? Sed hæc si vulgo moveritis et §. 78.
in populo conaremini, tamen bello et cæde vindicanda viderentur: nunc in illis (o patientiam Germanicæ nobilitatis) imperatoriis auribus hæretis, quas pessimis institutis et conatibus supra modum impiis et sacrilegis opplevistis; et iam edictum extorsistis illi, magnum damnationis nostræ præiu-
XXXVI | dicium. Verum agite, furite, utimini successu, neque a quoquam §. 79.
in cogitationem quod venerit dicto aut facto continete vos, ruite per fesaniam, ite præcipites, impellite, vastate, proterite, vecordes et amentes invadite et invehimini: etiam nostra aliquando aderunt nobis tempora: quan- §. 80.
quam interim videte qui rectores iam nunc estis imperatoriæ iuventæ, quo abducatis hoc ingenium, reddituri procul dubio consiliorum omnium istius-
modi rationem apud eos apud quos minime voletis. Scio qua est indole, §. 81.
diu renuit iniquissimam postulationem; verum efflagitationibus fatigatus, etiam minis compulsus (nam et huc impotentiæ pervenistis), ut et molestia vacaret et periculum declinaret, dedit quod dare non potest, si possit, non
XXXVII | debet. Hoc vos exultatis, hoc invicem gratulamini, et quasi Ba- §. 82.
bylone debellata sic triumphatis, cum nos minime id moveat, quemadmodum illa quoque ulterius quæ deminamini, exilium et mors, digna ut vobis videtur præmia quæ libertatis adsertoribus rependantur. nam ut per- §. 83.
suadeatis illi, inceptam proscriptionem ut exerceat acerbissime, nos rebus, patria, etiam vita exuat, tamen multa et interim et in futurum metuenda
vobis sunt: primum enim videtis nobis quoque coniurandi pro partibus nostris et caussam esse et occasionem; deinde meminisse vos decet, siquid in his rebus (ut varia est fortuna) male cadat, fore ut innocentissimi prin-
XXXVIII | cipis lapsum a vestris manibus requirant homines. Discite vero, §. 84.
mortales homines, inter blanda fortunæ obsequia eius mutabilitatem habere
suspectam: non possunt diuturna hæc esse, cum sint fortuita. Sed ita forsitan deo visum, ut ipsi provocetis exitium prius vestrum quam inferre alii cogitent, ipsi persequendi caussam ante detis quam alii quærant: certe enim spe finiendæ potestatis vestræ multi aguntur nunc, multi ubique, præsertim tot fortes viri non ferent libidinose et crudeliter imperanteis vos;

---

[1] litteras *3.* [4] extremæ *4.* moneretis *5.* [5] tamen *etc.* Nunc in illis *4.* [6] o pat. ... nobil. *omis. 4.* [8] edictum] Cf. supra adnot. pag. 13. [11] vesaniam *2.* lasciviam *3.* væcordes *2. 4.* [15] apud eos *omis. 3.* apud Deũ. Scio *4.* [20] Babilone *4.* cum id min. nos *5.* [21] mors] mores *6.* [23] ineptam *1. 6. ineptissime.* [25] sunt &c. Discite (§ 84.) *4.* [28] vero] vos *4.* [29. 30] hab. susp. ei. mut. *3.* [31] vestrum prius *3.* [32] causam *4. 6.* quęrant &c. Iterum (§ 87.) *4.* [34] imperantes *5. 6.*

Digitized by Google

§. 85. non ferent. Ut autem pervincatis libertatis adsertores nunc, fore prædico ab huius motus compressione novi et acrioris multo initia vobis: nam duorum hominum res tanta æstimanda non venit; sciatis multos esse Lutheros, multos passim Huttenos, et siquid nobis accidat, eo maius futurum ab aliis periculum vobis, quod cum libertatis adsertoribus innocentiæ vin-
§. 86. dices et iniuriæ ultores coniungi videbitis. Unum omnium certissimum proponite, non defuturos evangelio suos defensores, non defuturos libertati vindices. ubi si astuta vobis ratio est, etiam forte non deerit necessarium
§. 87. nobis consilium. Iterum vero commonitos volo, quia se nimiam | XXXII superfudit vobis fortuna nunc, ut rerum vicissitudinem cogitetis et cupiditatibus aliquando vestris frenum ingeratis. ad summum pervenistis: iam non est, quod incrementum concipiatis animo ulterius; de lapsu posthac cogitandum est: nam labi proclive est omnibus in edito qui consistunt.
§. 88. Introrsus referte istos ambitionis fines, istam avaritiæ metam arctius circumscribite et luxuriæ modum ponite. nam quo se tandem illa porriget cupiditas vestra? quem accumulandi modum statuetis? non aliquando vos
§. 89. respicietis et non quo tendatis sed unde veneritis consyderabitis? Redite in viam, redite, et ab errore quando integrum hoc est vos recipite: semper fuit melius recurrere quam periculose procurrere. estote non bonorum hostes, sed malorum vindices; aliis prodeste, non vobis concupiscite; sic agite ut medicinam a vobis sperare liceat, non timere venenum; imperate cupiditatibus vestris et rationi parete ac istum moderamini fraudis et
§. 90. imposturæ successum! Non perpetuo cæcutient qui aliquot iam annos male usi sunt oculis. videtis illam spirare libertatis auram, homines tædio præsentium innovare hunc rerum statum cupere. ubi nescio an tuto possimus nos contemni: aliquando ex modica favilla ingens statim incendium
§. 91. emicuit. Hæc si in mentem vobis venerint, non poterunt non esse | XL salutaria; sin vero ulterius fortunæ fidendum videbitur, et Lutherum pertinacissime, ut instituistis, persequemini, eadem opera (videor enim quod
§. 92. futurum est præsentire) fatum quod vos manet accersetis. Mementote autem vindices esse dei oculos in infima hæc semper directos, et desuper imminere vobis iudicium. Certe profecto innocentis viri damnatione capita vestra consecrata sciatis.

---

1 lib. ads. (ass. 5.) *delevit H.* 4 Huthenos *3.* maius] magis *3.* 5 assert. *5.* 9 qui se nimium vobis sup. *3.* 10 vobis *omis. 1. 3* (?). *6.* 11 vestris *omis. 3.* frenum *2.* 12 lapso *4.* iam *edd. omis. 3.* posthac *corr. H. et sic habet 2. in erratis.* 13 Cf. Cic. Tusc. IV. 18, 42. 14 auariciæ *4.* 15 porr. illa *3.* 17 confid. *1. 4...6.* 18 et *omis. 3.* 18.19 semper *etc.*] Eodem veteri ex Luciano desumpto proverbio utitur infra in Expost. c. Erasmo § 254. 22 cupiditaiib. *2.* nationi *2.* et] ac *6.* 23 aliquod *4.* 24 tedio *2.* 25 ubi ... emicuit *omis. 4.* 26 contenti *6.* De proverbio vid. Lucret. V. 608. sq. 30 Memeneote *4.* 32 damnationi *correxisse H. adnot. M.* 33 sciatis. Imp. & Papa v. sup. *5.*

Digitized by Google

? CCXXXII. [A. 1521.]

FRIDERICI SAXONIÆ DVCIS A SACRIS GEORGIO SPALATINO. IN EIVS ABSENTIA D. VLRICO HVTTENO.

Misi iampridem apologiam Christi pro Luthero contra Bullam Eckianam. scire velim si accepisses. Vale et me F. principi tuo commenda.

Tuus ut suus.

HOCHSTRATI DISCIPVLVS FR̃. P. H. ORDINIS PRÆDICATORVM FRATRI PETRO. N. ORDINIS.

Horresco reminisci visa hic, audita et certa notitia cognita scelera, flagitia, fraudes, dolos, impietates, abominationes, hereses, blasphemias, et nisi fide firma divinam providentiam tenerem, suspicarer plurimum cum divinis humana negligi. ex vrbe.

Vere hec scripta sunt ex Vrbe Deo teste.

Bertold. Archiẽps. Magũt. conuocarat synodum prouincialem ad honorem Dei. mox proditus a Curtisanis accepit terribile breue a Papa, quomodo audeat instituere synodum prouincialem Papa non consulto.

CCXXXII. 1 = MS. Spalatin. Vimar. 4°. foll. 412ª...414ª. quo ipse usus sum et quo eodem usus est 2 = Kapp (Ind. bibliogr. n. 68.) p. 496...499. qui inscripsit: „Eines Ungenannten Schreiben an Spalatinum, die Apologiam Christi pro Luthero betreffend, ingleichen einige Collectanea von Rom und denen Römischen Päbsten ꝛc. die man Aleandro verrücken sollen. Von denen letzten sieben Historien ist Ulrich von Hutten Autor, wie die Worte Spalatini [!] Georgio Spalatino Aut. Vlrico Hutteno anzeigen". Similiter 3 = Walchius (Luthers Schriften XV. p. 1869...1872.) Germanicæ supra exhibitorum locorum versioni subscripsit „Georg Spalatino. Ulrich Hutten hats gemacht."

---

[1] Cf. quæ supra v. 18. sqq. adnotavimus. Neglegenter Hutteno hæc tribuuntur: qui supra exhibita scripsit, ab Hutteno, si Spalatinus abesset, ea recipi voluit, ut prior litterarum inscriptio docet; Spalatino *aut* Hutteno mittuntur litteræ, ut posterior inscriptio habet, in qua punctum post *aut* positum abundat, non positum est ut *autore* significetur. Huttenus Hungaricam linguam didicisse [cf. n°. V.] credant qui eum auctorem supra repetitarum narratiuncularum esse putant. Itaque nec ulla ratio suadet, Huttenum auctorem Apologiæ Christi pro Martino Luthero ad urbem Romam fuisse, ut e. gr. Neudecker (Gesch. der deutschen Reform. Lpz. 1843. 8°. S. 321. not. z) sibi sumpsit. Fervidiorem acrioremque *ἀπολογούμενον* Huttenus dedisset quam qui ad Lutherum defendendum de eodem omnino nihil profert nisi quod 'meum' appellat, sed Aleandri et pontificum non nullorum flagitia non nulla enarrat locosque Isaiæ et Baruch recitat. Apologiæ istius ad Spalatinum Huttenumve missæ exemplum ille nobis transcripsit (Ms. Spalatin. Vimar. 4°. foll. 451...454.), quod edidit etiam Kappius l. c. p. 481...483. Plenius de his rebus omnibus disputatum est libro meo '*Drei Abhandlungen über reformationsgeschichtliche Schriften. Lpz.* 1858. 8°. p. 53...64. [5] accepiff. *1.* F. *1.* Friderico, *2.* [11] impietas *1.* [15] Bertold, Archiepiscopus Maguntinus, convocavit *2.*

Digitized by Google

Eugenius Papa concitauit Ludouicum Gallum Dalphuinum in Concilium Basiliense qui totam fere Alsaciam uastauit. lege Platinam.

Plerunque adulterium alicuius coniugis ante innotescit toti uicinie aut opido prius quam maritus credat. Sic vrbis Rome uicia toti mundo perspecta sunt priusquam ex ipsa sui ipsius tam horrida flagicia cognoscat. Tanta est eius cecitas Tanta gracie Diuine ab ipsa subtractio ad quam se non disponit. Mendicantes in concionibus, alioqui omnia carpentes hec tamen non tangant. nam si Roma labesceret, eorum priuilegia, facultates, mendicatio sacerdotibus olim prohibita e medio tolleretur.

†

Obijciendum H. Αλεανδρω.

Dux Pomeran. reuersus ex vrbe, et quæsitus quid sentiret de ea vrbe, respondit: Magnam esse Ciuitatem plenam superborum sacerdotum.

II. Theoᶜᵘˢ Arides postea Epˢ Lubs. dixit Iudeum aduenam mox cupiuisse baptismum. cum de causa interrogaretur, respondit: quoniam Deus vester potest sustinere magna peccata. Ex ore Theoᶜᵘ id audiui.

III. Ascanius frater Ducis Mti consulto Iudeo qui omnia profitebatur, si philtrum vel potum amatorium parare sciret, pollicitus est, si sanguinem haberet duorum Infantium Christianorum. Emit Ascanius duos pueros a mendica, iugulari fecit et Iudeo præbuit ad puluerizandum. Id affirmauit Georg. Gē. qui familiarissimus fuit Ascanio, quo usus est temporibus carnispriuialibus. audiensque illum galero rubro donatum exclamabat 'Proh Deum et hominum fidem, hiccine debet esse Cardinalis'. Retulit mihi Georg.

IIII. Cæsar filius Alex. VI. cum ageret pro auro pro exercitibus, dixit ei in faciem: Tu poltro, da tot et tot milia, ni mauis a me pugione transfigi. Ex ore Helie de Westhofen.

V. Arēps in Vngaria scripsit cuidam viduæ ne filios suos Romam mitteret. Vnus enim illuc abierat et reliquos fratres adducere statuerat. Quod expertus ille Arēps cum isto filio scripsit obtestans per vulnera Christi ne vel illum vel alios filios illuc ire sineret, sed ad se in Vngariam mitteret honestissime prouidendos. Epistolam Arēpi vidue interpretatus sum.

VI. Saracenus Latinus diu Romæ moratus abire statuit. Quesitus cur non prius baptismo initiaretur, respondit 'non placet mihi vestra religio, qui ex XXIIII poltronibus eligitis unum, quem pro Idolo colitis'. Ex ore Thomæ Volphij.

---

[1] Delphinum 2. [2] Basi. *1. 2.* [3] Plerumque 2. coniugante *1. 2.* [4] oppido *2.* [5] flagitia 2. [7] alioq *1.* alioquin *2.* cāpentes *1.* [11] Obiiciantur hæc *Αλεανδρω. 2.* H.= Hieronymo [12] Pomeranus, *2.* [13] Ciuitem *1.* [14] Theodoretus *2. sed legendum* Theodoricus Lubs. *omis. 2.* Lubusensis. De Theodorico a Bulow, Lebusensi episcopo sermo est. [15] quoniam] qm̃ *1.* quod *2.* [16] Theodoreti *2.* [17] Ascanius Sfortia cardinalis? † 1505. *In 2 hæ litteræ omissæ sunt.* M|i *1.* i. e. Mediolani [18] parare *supra* facere *quod inductum est, posuit Spalatin.* [20] p̃buit *1.* prebuit *2.* [21] Georg Gē.] i. e. Georgius de Gemmingen, Spirensis præpositus, cui Wimphelingius dedicavit Isidoneum anno 1496., † a. 1511. De eo cf. Trithem. de scriptorib. eccl. (Opp. Ff. 1601. fol. I. p. 385.), ubi non nulla viri scripta non publicata laudantur, et eund. Trithem. de vir. ill. (ibid. p. 173.), unde discitur a. 1460. Georgium natum fuisse. Extat epistola eius ad Reuchlinum inter Illustr. viror. epp. ad Reuchl. Hagenoæ 1519. 4°. p. e II. familiariff. *1.* [27] Archiepiscopus 2. vidue *2.* [28] Vnicus 2. enim] . n. *1.* studuerat *2.* [32] Rome *2.* [34] qui] quoniam *2.* [35] Thom. Wolfius,

Digitized by Google

VII. Alex. VI. iam electus cum Iulianus Cardinalis ad vincula Petri ipsius manum instar aliorum Cardinalium osculaturus accessisset, inseruit pollicem inter indicem et medium digitum ostendens ei ficus Italicas. Ex ore Iacobi Brũn.

Georg. Spalatino
aut. Vl. Hutteno.

EBERNBVRGI. **CCXXXIII.** 25. MART. 1521.

VLRICHVS AB HVTTEN EQ.
ALBRECHTO BRANDEBVRGENSI ARCHIEPŌ, CARDINALI &c̃. SAL.

Si, quod nulla in hunc diem diligentissima commonitione persuasi, §. 1
nullis precibus impetravi abs te, Albrechte optime, vi ac violentia possem cogere, tuo quidem magno bono ex optima mea erga te affectione vel aversum te ab isto improbissimorum hominum concilio extraherem. Dii immortales et servator Christe, quod hoc te callidi veteratoris diaboli consilium in istam coniecit scelestam colluvionem, apud quam honesti nihil (quod quidem hic audiatur) nihilque pii et Christiani in consultationem venit, sed perversa omnia, crudelia et abominanda pertractantur? Sed hoc potuit malo quopiam Germaniæ fato fieri: ab optimorum vero §. 2.
studiorum dilectione et publicæ libertatis caussa quæ fraus abducere nobis te potuit? Hunc ego quantum pro te dolorem ceperim utinam credas, siquidem hoc non fit, consilium ut admittas in reliquis. Cæterum in tuam §. 3.
personam scias me sic affectum, ut tibi optime velim ex animo, honoremque tuum auctum et existimationem defensam semper cupiam, semper exoptem. Itaque in iis quæ a me scripta totum istud concilium attinent, ne offendare, si potes; si offendi ultro vis, utpote magna illius pars, scias potiorem esse debere bonis omnibus veritatis et libertatis adsertionem quam ullius amicitiam, dolereque acerbissime vicem me tuam hac in parte. Bre- §. 4.
viter, tibi faveo, te amo et colo; isti caussæ inimicum me et impugnato-

---

CCXXXIII. 1 = Indic. bibliogr. n. XXXVII. 2. Wagenseilius et Münchius hanc epistulam neglexerunt.

iunior, Argentorati decretorum prof., † a. 1509. Romæ, æt. 34. Plures eius et ad eum Wimphelingi epistulæ in huius libris extant. Cf. supra vol. I. p. 21. i. f. [2] accepisset *2*. [3] fines *2*. 'ſaygten dir die fygen' Eberl. v. Günzb. Apud Italos summæ contemptionis obscœna significatio est *far un figo*. [4] Iacobi Brunn] i. e. *Braun*, Argentoratensis, qui nomen suum in album Argent. inscripsit d. 27. April. a. 1501., baccalaureus artium renuntiatus est a. 1503. Wimphelingus a. 1505. eidem aliisque Friburgensis Heidelbergensisque gymnasiorum philosophiæ auditoribus Apologiam pro rep. Christiana inscripsit. Cf. Amœnitt. Friburg. p. 267.

[17] abhominanda *1*. [20] cęperim *1*. [23.24] exoptam. *1*. [26] bons omnibns *1*. libertati *1*.

Digitized by Google

rem profiteor perpetuum. Faxit servator Christus, ut deseras ecclesiam malignantium et accepta saniori mente cum impiis non amplius sedeas.
§. 5. Hoc ego sanguinis mei iactura etiam si possim redimere, impigerrime velim et fortissime. Optime vale et aliquando ad veritatem et Christum ab antichristis istis et fœda mendaciorum congerie respice. iterumque vale, ex Ebernburgo. VIII. Calñ. Aprileis. Anno M. D. XXI.

[Satis puto hæc epistula docet quam caute de Hutteno confictæ a posteris narratiunculæ accipiendæ sint, si conferre velis quæ ex Iac. Masenii anima historiæ p. 47. transcripsit Burckhardus (in Analectis ad vit. Hutt. Halæ a. 1749. editis, p. 62) „Vlr. Huttenus e nobilitate homo facundus iuxta audaxque scriptis „etiam polemicis Lutheri caussam propugnare adgressus: quum, rogo hæc de„signari, audisset, non est veritus Moguntiorum Principi denuntiare minacibus „litteris: si libris a se conscriptis admoveret flammas, se easdem in ipsius re„gesturum oppida".]

EBERNBVRGI. **CCXXXIIII.** 27. MART. A. 1521.

AD CAROLVM IMPERATOREM PRO LVTHERO EXHORTATORIA [SIVE] EPISTOLA AD CAROLVM CÆSAREM PRIMA.

IMPERATORI CÆSARI CAROLO INVICTISSIMO ATQVE OPTIMO VLRICHVS AB HVTTEN S.

§. 1. Si hoc esset decretum tibi, imperator, communi Germaniæ bono | magnum aliquod et memorabile incommodum ut velles in te ultrò accipere aut evidens aliquod adire periculum, qua sumus erga te affectione Germani, puto magnis conatibus adversaremur tibi: ægre enim laturi videremur te non incolumi aut aliquantum imminuto rebus nostris consultum,
§. 2. at quanto magis facere hoc decet, cum errore deceptus tu magna nostra cum iactura ac incomparabili prope publico malo ipse te perditum is? quid aliud enim habet Lutheri caussa quam et nostræ libertatis oppressio-
§. 3. nem et tui status convulsionem, dignitatis proculcationem? Quare vehementer adnitendum omnibus arbitror, ut inde revocemus te quo nunc

CCXXXIIII. Cf. ad n. CCXXX. adnotata. Germanice in *Luthers Schriften von Walch.* XV. 2195...2207.

[1] Cf. Psalm. XXV. 5.

[18] PRIMA] Cf. infra p. 47. [19] Karolo *3.* INV. ATQ. OPT. *delev. H.* [22] aliquot et ȷmemorabile *3.* ultro in te *6. 7.* [23] aliquot *3.* [24] tibi *omis. edd., addid. H. et 2 in erratis et 4.* [25] aliquantulum *3.* [26.27] nostrarum iact. *1. 6. 7.* [28] ucasa *ubique 4. 6. 7.* [29] status convulsionem, dignitatis *1. 3* (?). *6. 7.*

Digitized by Google

tanto cum detrimento publico pariter ac tuo contendis, utque monendo, exhortando et orando efficiamus, ut dignum tuo genere tuaque dignum fortuna spiritum capias. Non quod existimem mala mente aut opinione §. 4.
quicquam horum agere te; sed inter optimam conscientiam et pessimos consultores medius plane quid sequendum tibi sit dispicere non potes.
II | Proinde istos vel ad tempus abige abs te sacerdotes, minime aptos qui- §. 5.
buscum hoc rerum statu conflicteris, cum quia nunquam bene consultum fuisse ab hoc hominum genere maioribus tuis, Romanis imperatoribus, notum est, tum etiam quia nunc maxime perniciosa suadere eos deprehendimus. Quid posset enim vel iniquius abs te fieri quam quod isti §. 6.
monent, si delato ab se Luthero dicendæ caussæ potestatem non facias, vel calamitosius et peioris exempli accidere nobis quam si publicæ libertatis adsertor puniatur? Et tamen magnis apud te contentionibus eluctan- §. 7.
tur, utrumque ut fiat, ac iam quoddam ut ferunt edictum extorserunt tibi quo librorum istius lectione orbi interdicitur, ipsius vitæ præiudicium continetur, magno cum dolore publico, primum quia maximum videmus hoc reviviscenti iam libertati impedimentum obiici, deinde quod ferunt hoc isti pondus consiliis suis prærogatum intempestivi homines, non in eo quo
III | cuiquam bono prodesse cogitent, sed ubi offensas suas exequi volunt. Quid §. 8.
tibi cum privata episcoporum invidia igitur in hoc concilio quo de republica tractatum convenerunt principes ac populus Germaniæ? Sic de publico meritus unquam hic ordo est, ut intermissis rebus summe necessariis solis ecclesiasticorum quæstionibus operam dare conveniat? Finge esse, tamen quia iniquissima petunt et huic imperio totique orbi Christiano pernicio-
IV | sissima, ferendos non puto. Accusant Lutherum et hæreticum clamant §. 9.
non animadvertentes quantis ea res criminibus teneatur; sed ita accusant, ita clamant, ut inauditum abs te damnari contendant teque magnis vociferationibus ne ad dicendam caussam accedere ipsum patiaris circumsistunt. Vidit ullam maiorem indignitatem Germania, ullum maius tulit dedecus: §. 10.
qui tanti sceleris reus agitur, non audire cum id maxime petat, nec pati expurgare se aut obiectis respondere cum id precibus quoque efflagitet? Totus tremo et perhorresco mentione rei ab omni consuetudine, omni an-
V | tiquo more, legibus, iure et religionibus alienissimæ. Nam ut non sit §. 11.
is Lutherus, qui veritatem evangelicam diu iam intermissam referat magnoque studio, summis laboribus prædicet, tuam dignitatem contra eos qui

---

[1] utque] atque *3.* [2] et] etiam *2. 4.* diguum *4.* [4] quidquam *ubiq. 4.* [5] despicere *2. 6. 7.* [11] si *omisit 6.* causse *2.* [14] utrunq; *1. 4.* edictum] cf. supra p. 13. [18] prorogatum *3.* [19] cuique *6. 7.* cogitant *edd., corr. II.*, cogitent *etiam 3.* [21] conue-|runt *2.* [22] hic o. est *omis. 3.* [23] Fige *6. 7.* (scil. FIge *1.*) [24] Christiano *omis. 3.* [26] non] nisi *3.* [27] concedant *3.* [28] circumsistant *edd., corr. II.* [30] tanti] tamen *3.* agatur *edd. et 3. corr. II.* n. audire *omnes. sed aut* non audiri *aut* eum non audire *scripserim.* [34] Lutherus] Huttenus *1. 6. 7. perperam.*

Digitized by Google

contemptum huic iniiciunt defendat, communem Germaniæ libertatem adversus violentissimos oppressores tueatur, tamen non potest fieri ullo iure, ullis legibus, ut cui crimen imputatur, ei dicendæ caussæ potestas non fiat: etiam parricidis non adimitur defensio; nec ullum tam grave scelus est,
§. 12. quod non ad iudicium prius quam ad pœnam venire debeat. Quo fit | VI ut optimum quemque omnium ordinum animo commoto circa te conspicias; neque enim quam lata est Germania, ulli boni sunt quibus non vehementer cordi sit hoc negocium: admirantur rem insolitam, stupent novitatem inauditam, incredibilem; pene extra se positi sunt contemplatione atrocitatis eximiæ, detestandæ, malitiosæ, maleficæ; quidam fremitu etiam
§. 13. quo sint animo quaque voluntate testantur. soli restant ociosi sacer- | VII dotes, atque ii Lutheri criminationem ex eo intendunt, quod is contra sua instituta, suam immodicam potestatem, suum fœdum luxum et depravatos vivendi ritus pro Christi doctrina, pro patria libertate, pro bonis moribus scripserit ac dixerit: fremunt enim lucrum interverti sibi, suavem illam
§. 14. vivendi consuetudinem abrumpi, tyrannidem aboleri. Quod quia ipsi aliter interpretantur, iam fere exiit opinio hæresim sapere etiam perversissimam quascunque Lutheri doctrinas. atque igitur hos misit ab urbe Roma oratores pontifex Leo, qui freti episcoporum hic et cardinalium præsidio id provideant, nequid innovetur sibi et ut quam mox aboleantur huius motus
§. 15. authores inauditi, indefensi, non convicti, non cognita caussa. Contra | VIII boni viri fortesque omnes, in quibus et domi ornamentum et foris robur tibi situm est, quorum et in pace consilium et in bello vires usui esse possunt, nihil præter leges, præter consuetudinem præterque fas agi po-
§. 16. stulant. Proinde statuere te oportet velisne offendere hos qui se periculis quoque obiicere pro imperatoribus suis et semper consueverunt et nunc maxime parati sunt, an gratificari eis qui nisi secunda essent nunc tibi, facile abesse abs te vellent; et iniuriam malis inferri his in quorum ope præsidium tibi regnorum et vitæ est, quam inhonestissima voluptate fraudare eos qui in necessitate quantulacumque constituto tibi nec opem ferre
sciant nec dare consilium: quid enim ex Lutheri damnatione aliud quam
§. 17. adversariis voluptas quæritur? Tu ergo ad eos respice quos habere potes | II fidos periculorum tuorum comites, et amicos para ac beneficiis etiam et munificentia devinci a quibus et in ocio possit esse honestum solatium et in bello forte præsidium; eos mitte qui non bellorum tantum, verum etiam
omnis gravioris consultationis expertes et impatientes neque sciant prodesse

---

[2] fieri *delev. H.* salvo iure salvis *1. 6. 7.* [10] maliciosę *4.* [14] patriæ *4.* [16] tirannidem *3.* [17] etiam *omis. 3.* [21] autores *ubiq. 4.* causa cognita *6. 7.* Franciscum suum suamque partem non obscure demonstrat Huttenus §§ 15. sqq. 56. [25] inferre *2.* his] ijs *3.* [30] quantulacumque *2. 4.* [32] ad eos] ad hos (*sed in erratis* ad eos) *2.* nos *3.* [34] solacium *4.*

Digitized by Google

tibi in necessitate, neque possint non obesse secunda fortuna; quos tamen §. 19.
prospere stantibus nunc rebus arcte habes ut fidos amicos adhærentes tibi;
at siquo ista immutet se rerum facies, ut adversa videantur incumbere,
videbis ut flagitiosos desertores dilabi abs te meticulosissime: nam non
I | nisi felicitatis comites, et quidem non multum fidi esse solent. Possem §. 19.
exemplis haud longe repetitis docere in quanta sæpe mala isti homines
egerint principes ante nostros, in quorum amicitiam non minus blande
quam in tuam nunc hi irrepserant, et ostendere quam debeat optimo iure
II | suspecta esse nobis horum consuetudo. nam ut aliud non extet, quid §. 20.
contemnendum hoc arbitraris, quod pontifici Romano obnoxii cum sint,
etiam iureiurando devincti, eatenus imperatorum amicitiam quatenus ex
illius nutu esse videtur colunt; neque usquam progredi audent, unde non
revocatis ab illo sibi regredi necesse sit; in cuius gratiam sæpe etiam pu-
blice dicunt et faciunt hic multa; imo vobis non consulunt nisi quod utile
esse illi sciant? Id quod manifestissime videres nunc agere eos, nisi totam §. 21.
tuam mentem occupassent ante. Sed revoca ab errore te; eripe tantum
pignus malæ fidei possessoribus et iis redde quorum esse proprium de-
III | bet. Neque ego cum hoc dico, iniuriam facio sanctis episcopis et sacer- §. 22.
dotibus; etiam illi si tales sint, occupari haud unquam velint rebus minime
ad se pertinentibus: templorum enim spectat ad eos cura, officium est
monendo, exhortando, perdocendo prodesse omnibus, nocere nemini, sol-
licite videre nequid animorum errando pereat; quod facere non possunt
simul et regnorum hic se curis implicare. At vero homines superbissimi §. 23.
et libidinosissimi episcopalem tantum honorem cupide adeunt, onus de-
trectant contumacissime; commodum affectant, molestiam aversantur; lu-
crum sequuntur, laborem subterfugiunt; cumque titulo et nomine arro-
ganter intumescant, censu ipso abundantissime se opulentent, opere in-
terim et officio suo ita se abstinent, ut hoc quod maxime sunt, con-
IIII | temnere eos videamus. Ubi videndum tibi, imperator, nequa inde §. 24.
ad te quoque pars culpæ huius redundet: debes enim permittere suis illos
muniis, neque a sacris ad profana trahere, etiam ad aliena abeuntes ad
sua retrahere; nunc vero ut sunt res, in consilium adhibere fortes viros,
nec abutendum te permittere delicatis istis et mollibus. quorum si ali- §. 25.
quis sit usus, tamen ineptissimum videtur, ut talium arbitrio regatur Ger-
mania: solent enim studere voluptati ac in ocio torpere et ignavia; gra-

---

[1] in necess. *omis. 3.* [5] quidam *4.* solcat *6.7.* [8] hi] hij *3.* [9] no-
bis] nobis *1.2.6.* [11] amiciciam *4.* [13] sibi regr. *corr. H.*, regredi eis *edd. et 3.*
[13.14] publice *addid. H.* [17] iis] his *1.6.7.* [18] Sed neque *3.* [19] illi *corr. H.*, hi
edd. hij *3.* [21] prodocendo *malim.* [25] adversantur *6.7.* [26] cunqȝ *1.* [27] et
opere *3.* [31] prophana *3.* [34] ineptiss. *1.2.* ineptissime *6.7.* videtur tal. arb.
regi Germaniam *3.* [35] corpere *1.* et] ac *3.*

Digitized by Google

viorem consultationem non admittunt; itaque et accipiunt et dant ad libidinem omnia, in fronte ostentantes pie satis se et religiose, cum in secessu turpitudinis ferant, dedecoris ac sceleris abunde satis. Quibus tamen si boni sint et quales esse eos decet, reverentiam debes et venerationem, regna et imperia non debes; si dederis, offendes eo quod ab officio deduces. Ecce | autem aliud inest: non tenebis (quæ permagna tibi nunc est et quam, si sapias, magis ac magis excolere debes) Germaniæ gratiam, nisi hos abalienes. Intelligere potuisti quantum essent passim contristati nuper homines, cum te primo ingressu tuo adverso Rheno accedentem non viris ad bellorum munia idoneis, sed pileatis istis et magno sacerdotulorum grege circumseptum viderent: rem enim præter spem suaque indignam expectatione intueri se putabant, et obsolescere iam statim ab initio Germanici nominis famam arbitrabantur: hoc dolori erat quantum posset maximo. neque ita multo post cum iniquissimam Aleandri postulationem audissent, impetus multis fuit audere aliquid se dignum, et ausi fuissent nisi non dubitassent ipsum te indignitate commotum iri. Quare videndum tibi ma- | xime est et quid velis pontifici Romano in nos permittere et quam de te opinionem vulgo præbeas. memineris in ipso instare iam te rerum tuarum limine, ob idque sollicite adcura quæ initia des, quam futurorum spem facias. Romanis autem istis debes intercedere tu quo minus in ius nostrum concedant, non author esse ut graviori adhuc iugo nationem hanc opprimant. Age autem qui te quantum in ipso fuit ab imperio repulit, eum tu imperio præficies, etiam ipsi tibi ut imperet facultatem dabis? tantum de dignitate tua cedes alicui, nedum ei qui in te quo animo sit tam clare prius ostendit? et qui imperare omnibus debes, ullius te servituti devovebis? Ubi illa sunt promissa eligentibus tum ad imperium te principibus magnifice obiecta, fore ut multa ab imperio distracta per te restituantur? Tandem obligatam Germaniæ tui expectationem libera, neu desperationem æquitatis in posterum fac, et te ipse ne desere, nec sis ultro tibi caussa mali. Abunde malorum a fortuna timere habes, ne provoca miserrimos in te casus et calamitatem ultro accerse. Qualiter sumus affecti tibi, | oramus ut maiestatem conserves in imperio, nec dignitatem tuam conculcantibus te prodas. Quodsi minus impetramus, tamen per salutem te tuam obtestamur, nostri saltem miserearis, neu in tuam ruinam abducas totam simul nationem, tot nobilissimos proceres, tot fortissimos viros, quorum debes libertatem conservare, non servitutem procurare, gravissimæ obii-

§. 26. §. 27. §. 28. §. 29. §. 30. §. 31. §. 32. §. 33. §. 34. §. 35.

I XIV XV XVI

---

[3] abunde. Quis tamen *3.* [5] diduces *2. 4. 6. 7.* [11] præter expectationem suaque indignam spe int. *3.* exspect. *6. 7.* [12] ab] ac *edd.* [14] audiissent *2. 4.* [20] autem] vero *3.* [22] qui] *Leo X. Carolum imp. eligi noluerat.* [23] ipsi *omis. 3.* [24] alicui] alieni *1. 6. 7.* [27] obi. fore] ædita, forte *3.* [28] tui Germ. *3.* neu] nec *3.* [33] tamen] tum *1. 6. 7.* tñ *2.* tamen *4.* (*Scriptum fuerit* tū *quod pro* tū *sumpsit 1.*) [34] neu] nec *3.* adducas *1. 3* (?). *6. 7.* [36] procur.] admittere *3.*

Digitized by Google

cias contumeliæ. Magno varie pudori adfecti sumus proximis annis; hoc §. 36.
tu ne adde ut quibus imperare et potes et debes, iis ultro servias, atque
ita servias ut omnibus simul nobis externam servitutem imperes. Nam
quid mali ita Germania meruit, ut tecum, non pro te pereat? duc nos in
manifestum potius periculum, duc in ferrum, duc in ignes; cunctæ in nos
nationes conspirent, omnes ruant populi, omnium impetamur armis, ut in
periculo virtutem experiri potius liceat quam sic demisse, sic non viriliter, sine armis et cæde fœminarum more succumbamus et serviamus.
XVII | Spes fuit Romanum te a nobis iugum ablaturum, istam pontificum tyran- §. 37.
nidem demoliturum: dii faxint meliora sint quæ sequentur hoc principium;
nam adhuc etsi summus non est metus, tamen etiam confidentia esse in
hac humilitate quæ potest, tantum imperatorem, regem tot nationum tam
promptæ servitutis esse ut cogi non expectes? scias enim æquioribus ani- §. 38.
mis laturos fuisse Germanos siquis experientem te vicisset viribus et ad
conditiones pacis etiam non multum æquas propulisset, quam nunc cum
vident duobus parum honestis demissis ab urbe huc oratorculis cum mandatis mirum in modum imperiosis victum et devinctum omnia concedere,
nihil abnuere, ut iure optimo contemnant nos exteri, utpote quos vi-
dent tantum non esse qui aliis imperemus idoneos, ut feramus ipsi
XVIII | servitute premi longe despicabilissima. In avo tuo grave erat quod §. 39.
nimium scribis tribuebat eosque habebat in aula nimium quam multos: de te ut loquentur homines, qui tot habes dominos quot vagantur
circa galeriti cardinales, mitrati episcopi, cum ille authoritatem inter suos
XIX | quantumcunque potentes tamen obtineret? Sed communi bono erit
nuper inita cum pontifice amicitia: aliquando enim fidem tenuerunt Romani isti quibuscum pacta fecerant? Et tenuerint unquam: de Florentino
tamen ingenio non debet venire in mentem tibi, ut dolum suspiceris, præsertim fraude bis terque deprehensa iam? Qualis vero amicitia est cum eo
qui legem dat qua tua possidet, sibique ipsum te subiicit, tantum abest
ut æqualitas intercedat? nam in commune ut acceptum sit hoc tuum factum, §. 41.
non est quod multis repetam: multorum iam et varia significatione edita
non obscure intellexisti non solum non esse grata nobis huiuscemodi cum
illis fœdera, sed odiosa etiam et invisa, neque unquam ferenda donec quidem volunt ea hic licere sibi quæ a liberis concedi non possunt. Quot §. 42.
talia cum iis pacta Maximilianus iniit, cum sæpissime languentia illa refo-

---

[1] affecti *3.* [2] iis] his atque] ac *1.6.7.* [3] extremam *4.* [4] male *4.* [7] virtute *2.3.* sic non] et non *3.* [8] fœminarum *(sed in errr. corr.) 2.* feminarum *3.* [11] summus *omis. 3.* [15] condiciones *3.* [16] videt *1.2.6.7.* duob.] Alcandro et Caracciolo. dimissis *6.7.* [19] in tantum *3.* ut &c.] *corr. H.*; ut simus ipsi serv. pressi *edd. et 3.* [23] illi *3*(?). *6.* auctorit. *3.* [25] cum Pontifici Romano *3.* [28] deprehensa *1.* [31] Multarum *2.* [32] huiusmodi *3.* [33] inv.] iniust. *3.* quidam *3.* [34] ea volunt *3.* [35] iis] illis *3.*

Digitized by Google

cillaret, et tamen haud multo ante quam moreretur testatus est Neminem sibi eorum pontificum qui suo tempore per aliquot et triginta annos
§. 42. fuissent, fidem tenuisse. Sed tu meliora proponis; fac evenire et quæ | II
sancita inter vos sunt constantissime servare illum, tamen neque honestum tibi est, neque Germaniæ ferendum hoc precio pacem emere te: nam et imperio Italiæ cedis illi ac urbe Roma, imperii domicilio; et gratiam facis expilandi quoties libeat Germaniam; neque pro annatis precium persolvi aut pallia emi prohibes, et bullis nundinari hic permittis, et curtisanis non vi-
§. 43. tam tantum sed regnum etiam concedis. Hac mercede pactam amicitiam, his conditionibus initam pacem communi bono esse interpretari licet? Ita, inquis, ferunt qui a consilio mihi sunt. Ita ferunt, scio: nam ut huiusmodi consulerent, circumsedere te et occuparunt sacerdotes tui: libenter enim ad Romana quantacunque scelera connivent, quo minus si fiat illis in-
§. 44. tercessio, ipsi quoque aliquando cogantur in ordinem. Tu vero qua | III
uteris excusatione, quod eos qui te pie monent et sanioris consilii authores esse volunt, nequid tandem sit quod exigentibus istis amicis tuis non inservias, edictis flagellas iam, post paulo exilio ac morte puniturus es? sic
§. 45. enim iactant isti et in tuo edicto continetur; quare etiam quasi oppressum iam Lutherum invicem sibi gratulantur, mihi inclementissima quæque deminantur; quod ut pares, non desinam tamen velle servare te; etiamsi tu me perdere cogites, vel invitum retrahere a lapsu, retinere a ruina, revo-
§. 46. care a perditione conabor. sed de me deus et Fortuna viderint, in præsentia magni esse momenti existimo quemadmodum tractetur abs te Lu- | IIII
therus: non solum quod innocentem damnari turpissimum fuerit, verum etiam quod haud scio an peius aliunde quam ab huius oppressione exem-
§. 47. plum demanare possit. nam quis libere tibi consulet, si suadentes utilia non gratia tantum non excipit, sed pœna etiam manet? Tempus erit quum magno emptum voles talem tibi monitorem, quipro putare non debes paucos esse nunc sollicitos: nam etsi multos non vides qui magnis ita contentionibus caussam hanc apud te agant, tamen quia proclivius semper fuit Germanis faciendo rebus suis quam loquendo consulere, scias bonis omnibus vehementer curæ esse Lutheri incolumitatem; idque multos fremere nunc,
§. 48. quod induci tu ut edictum hoc proponeres potueris. Tu vero quid expectas orationem ab iis quorum ex gemitibus et tristitia quid velint intelligis? Quod ut non sit, tamen dicendæ caussæ haud debes tu potestatem dene-

---

1 test. e.] Vid. Ind. bibl. p. 70* i. f. 2 et *omis. 6.7.* 4 servaturum *corr. H.* 6 illi *delev. H.* 7 annatib. *2.4.* pretium *6.7. ubiq.* 12 circunsedere *1.* occupantur *3.* 13 Romana illa q. *3.* quantacumq; *2.* si fuit iis int. *3.* 15 mouent *3.* autores *6.7.* 17 flagellas, iam post *2.4.* 19 tuo] duo *6.7.* 19 queque *2.* 20 parces *3.* 23 esse magni *6.7.* abs te tract. *6.7.* 26 fuadenteis *1.* 27 tant. gratia *3.* quom *2.* cum *3.4.* 28 quipro = pro quo 32 incol. *corr. H.*, salutem *edd. et 3.* 33 exsp. *6.7.* 34 tristicia *3.4.* tristia *6.7.*

Digitized by Google

XIII | gare ulli, nedum dignitatis tuæ adsertori. De caussa quidem siquid §. 49.
dubitas, vel hoc debet docere te qualis sit tam cupide damnationem abs
te flagitantium inimicorum eius studium, atque ista ostendere tibi conscientiam uniuscuiusque tanta ab adversitate eius exultatio, et ista nihil dissimulanter edita a proposito edicto lætitia, isti publice plausus: tanto negocio instarent enim apud te, si accusationem suam huiusmodi esse scirent, ut etiam respondente ex adverso reo facile probare eam tibi liceret? aut §. 50.
non tandem sentis non iudicium abs te quo male meritum punias eos petere, sed vim qua innocentem opprimas efflagitare, cum hoc pertinacissime contendant ne accedere Lutherum aut caussam suam dicere permittas vel obiectis respondere aut de imputatis criminibus expurgationem admoliri?
XIIII | ipsi vero sic triumpharent ex edicto hoc, si boni essent? Apagesis §. 51.
hominum genus perversissimum, quod nulla humanitate præditum, truculentia et diritate pro licentia vitiorum in bonos desævit, idque sic facit ut te quoque, cuius nobis existimatio curæ esse semper debet, in partem in-
XV | famiæ et dedecoris secum abstrahat! apagesis! Etiam Romanenses istos §. 52.
mitte, qui non ad hoc venerunt, ut vel amicitiæ tibi cum pontifice authores essent vel aliquid in commune consulerent; curiosi et speculatores adsunt, qui omnia dicta et facta nostra exquirant ac perdiscant, ut hinc Romam nuncient. ubi cum periculum esse sciret providus Leo, hæc ad te misit pignora quæ negligere facile posset, duos magnos nebulones, aliis atque aliis instructos artibus, hunc dissimulatorem longe peritissimum, illum in omne facinus audacem et præcipitem, cæterum utrumque nulla virtutis moderationisque vel opinione præditum. Atque hi officii duxerunt §. 53.
omnia apud te maligne, perfide, inique et perverse agere: neque aliter adhuc intellecti sunt: quæ petunt vero si vel arte vel blanditiis minus obtineant, terrore ac minis extorquere statuerunt; id quod clare de se professus Aleander iste nuper est. Quos taleis talia machinanteis impuni- §. 54.
XVI | tate hinc elabi sinemus? Tu quidem, ut video, sines; verum esse adhuc in Germania homines puta, qui etiamsi te offendi ad tempus (quod perpetuo postea prosit) oporteat, aliquid laudis et gloriæ secum agitent. hique simul ac boni omnes mecum nunc te orant et obtestantur, ab er- §. 55.
rore malo et pernicioso ac a pessimis istis consultoribus ut avocari te patiaris, utque perspecto quæ sit Germaniæ nunc facies, quis habitus, hominibus te accommodes qui et velint et possint utilia tibi ac honesta con-
XVII | sulere, etiam consilia, cum opus sit, facto exequi; Lutherum vero ut §. 56.
audias, etiam diligenter, neque eum virum quem nocentem etiam tot opti-

---

[5] lætitia *4.* [7] eam prob. *6. 7.* liceret] possem *3.* [11] admorili *4.* [14] deseuit *4.* [20] nuntient *6. 7.* [21] quæ] qua *1. 6. 7.* [23] utrunque *6. 7.* [25] perfide *corr. H.* perverse *edd.* perverse] *iterum 2. 4.* perfidiose *1. 3. 6. 7.* [28] iste u. A. est *3.* tales *4. 6.* machinantes *4. 6.* [28] impunitatem *6. 7.* *malis* impunitos [29.30] adhuc esse *6. 7.* [32] Hijque *3.* orant et] or. atque *3.* [36] consilio *3.* sit] fuerit *3.*

Digitized by Google

matum et bonorum virorum voluntati concedere haud indecorum erat, iuri
§. 57. et legibus quo confugit denegare. qui alioqui si trepidaret etiam, audiendus tamen esset; nunc magna conscientiæ fiducia caussam dicere cum cupiat, admittendus omnino est: nam si esset suspectus etiam omnibus, tamen purgandi facultas denegari non deberet; nunc optimo cuique cognita et perspecta eius fides cum sit, et a paucissimis quibus ob virtutem invisus est deferatur, nihil debes alienum a legibus, ab antiquo more, a publica consuetudine admittere. hoc ea fide, qua imperatorem te habemus,
§. 58. deprecamur. Præterea quia nemo dubitat cum Lutheri caussa quæ | XLVIII sint connexa, credas omnem nunc Germaniam quasi ad genua provolutam tibi orare cum fletu, obtestari cum lachrymis opemque misericordiam et fidem implorare exposcereque, ut se serves sibique reddas, a servitute liberes, a tyrannide vindices, per sanctam memoriam eorum qui sub Romanis olim toto orbe potitis servire se passi non sunt, ne haud bene viris istis mollibus et effœminatis parere nos permittas. Vale nobisque diutissime impera. Ex Ebernburgo. vj. Cal. April.

CCXXXV.

1. APRIL. 1521.

Vlrich Boßler von Haßfurt

Dialogus oder geſprech des Apoſto
licums Angelica vnd anderer Specerey der Appotecken Antreffen Doctor M. Lutterers ler vnd ſein anhanck ꝛc.

..... Angelica. .... wider aller fromen ſchefern vnd hirten brauch behebſt du die böſen grintigen ſchaf vber jar, als doctor Eckius, doctor Murnar vnd Johan Tiberinum, dein welſch, dein teutſche cortiſan et vſque in infinitum. vnd wo du ein frum gerecht vernünftig gelert ſchaf, das die warheit weiß und ſagen darf, haſt, das würfeſt auß, banſt es, verjagſt es des lants oder verbrenſt, nemlich abbas Joachim comes de Mirandola, doctor Weſalia, Johannes Reichlein, doctor Martin Lutter, doctor Carleſtat, Ulricus Hutten retter vnd doctor Eraſmus Rotterdam ꝛc. vnd der gleichen frome fruchtbare ſchaf. des verkaufens halb weiß ich nit ſonders mehe darvon zu ſagen, dan wie obgeſchrieben, das Scheuerlein deutſchlich von Venedig herauß geſchriben, auch etlich cortiſan heuer im lant vmb gezogen, die gelt vf den von Hutten vnd doctor Martin Lutter außboten haben, ſich auch etlich ſpecies in vnſer apotecken (die ſchneller wirkung ſeint), wo es an mich geweſt, dar vf beſtellen laßen wolten ꝛc. der verſtand kan warlich auß dem heiligen evangelio mit nichten genomen werden .... Rom iſt hievor eigens nutz halb zerſtört worden, wurt on zweifel wider zerſtört.

CCXXXVI. 1 = Dialogus (u. ſ. w. wie oben. 12 Bll. 4°.) 2 = Satiren und Pasquille aus der Reformationszeit herausg. v. Oskar Schade. 3. Bd. Hannov. 1858. 8°. p. 36...58. (48).

2 iuri ac *3.* 5 deneg. haud d. *3.* 10 nunc] tunc *3.* 15 Vale ... April. *ex 3.* (*nisi ibi est* V. Cal. April.) *non habent 1. 2.* *Τέλος habet 1.* permittas. Calend. April. M.D.XXI. *4.* permittas. M.D.XXI. *6. 7.*

28 retter] reter *2.* rhetor forme *1.* 26 obgeſchriben *2.*

Digitized by Google

EBERNBVRGI. **CCXXXVI.** 8. APRIL. A. 1521.

EPISTOLA AD CAROLVM CÆS. ALTERA.

VLRICHVS AB HVTTEN EQVES CAROLO V. ROMANORVM IMPERATORI SALVTEM.

Si voluntate peccassem in te, imperator, tamen quæ tua est clementia, §. 1.
veniam sperare auderem: quanto magis, cum per errorem offenderim, reditum in gratiam desperare non debeo? invictissime atque optime princeps, da signum lenitudinis tuæ, fac in me discant homines, quanto sis pronior ad clementiam quam in ira pertinax. Duriuscula fateor est epi- §. 2.
stola ad te proxime data; optima tamen mente et scripsi et transmisi; putabam in tam iusta indignatione licere mihi et facere libere et scribere, præsertim tuo bono cum ista conarer: nam quid ad me privatim attinet quæ iniqua et absurda moliuntur apud te isti? nonne per omnia aut tuo honori consului aut publico deesse nolui? Ubi siquid indecore actum est, §. 3.

CCXXXVII. 1 = Indic. bibliogr. n. XXXVII. 2. Burckhardus hanc epist. non memoravit, itaque factum est ut neque Wagenseilius neque Münchius, quod debebant, eam reciperent.

EBERNBVRG. **CCXXXVII.** 1521.

Ein send brieue so vlrich von Hutten an Kaiserliche Maiestat gethan, Bebstliche botschafft betreffende, vast lustig zu lesen.

Huldrich von Hutten tzu Carolo Romischen kaiser des namen dem funften, seinen grus tzu vor:

℔ Wen ich mit willē wider dich, O her kaiser gesundiget het, so dorfft ich doch ge- §. 1.
nad hoffen, also gros ist dein gutigkeit, wie vil mer sol ich nun nit vortzweifeln das ich wider tzu gnaden kummen mog, so ich alein aus eim irtumb dich beleidiget hab. O vnuberwintlichister vnd frumbster furst, gib ein tzeichen von dyr deiner senftmutigkeit, handel also, das die menschen an mir lernen, wie vil du mer geneigt seiest tzu guttigkeit, dan im tzorn tzu vorharren. Ich bekens, das mein epistel, nechst tzu dir gesant, etwas §. 2.
tzu hart sey, doch habe ich sy in guter meinūg baide geschribē vñ auch hyngeschickt: Ich was in der meinung, das eß mir getzimpte, in einem sollichen pillichen vnwiln, tzu thun vnd tzu schreiben, besund' so ich das thet dyr tzu gut. Dan was get es mich in sunderheit an, was vnpilichs vnd vngeschicktes dy selben legaten sich vnterstehen bey dyr. Ist es nicht also, das ich allenthalben gesucht habe dein ehr, vnd hab nit wollen gemeinē nutz vorseumen? So ym selben etwas nit also gantz wol, gehandelt ist, vnd alle dinge seint §. 3.

CCXXXVIII. Ind. bibliogr. n. XXXVII. a. p. 74*.

31 meinug *1.*

Digitized by Google

tamen quia voluntate non mala instituta omnia sunt, plus apud te valere debet illud quod bene volui quam hoc quod male cessit: videbam omnia etiam iniquissima abs te illos petere, quæ si impetrarent, haud obscure sensi quanto authoritas tua ludibrio, tota natio hæc incommodo et malo
§. 4. obnoxia fieret. Ibi si plus quam oportuit sollicitus fui, tamen pro te fui et pro patria: temere ne tu petitioni illorum cederes timui: nam cessurus non eras. at nondum sciebam te eam habere animi constantiam, cuius haud dum capacem istam esse ætatem putaram. Quod hominibus experientia rerum longo tempore exercitis contigisse videram, ut malorum consiliis deponerentur, id si iuveni tibi metui, non debes improbare susceptam pro te curam; si vero indignatione etiam atque ira exarsi, pietatem interpre-
§. 5. tari. nam hoc restat deprecandum abs te, si in acerbitate doloris quem ex summa rerum indignitate conceperam, eam admisi perturbationem, per quam dispicere non potui quid te dignum esset, et in mira animi commotione minus habui rationem maiestatis tuæ, ut condones errorem piæ
§. 6. affectioni. Nam quis cui vel cor sit Germanicum vel ea quam habere omnes debemus, in patriam hanc et te patriæ patrem pietas, si audiat primum iactare istos sine suo scito suoque adsensu nihil te facere neque debere si possis, neque posse si debeas; deinde iniquissima postulare

vorgenumen in keiner boſen meinnung, ſo ſol ye mehr krafft haben, das ichs gut gemeynet habe, dann das es alſo gar vbel geraten yſt. Ich ſach das ſy alle dinge von dyr begern dorſten, auch die gantz vnpillich warē, ich habe auch wol vorſtandē, wen ſy dy ſelben erworben hetten, wy deine gewalt in einen ſpot, vnd diſe gantze deutſche natzio in
§. 4. ein ſchadē vñ vorderbnis geſetz were, ſo ich nun im ſelbē tzu vil ſorgfeltig geweſē bin, doch bin ichß vō deinem wegē, vñ vnſers vaterlandts geweſen. Ich hab beſorgt daſtu yre bit tzu lieſeſt vnbedacht, dann du wurdeſt ſy ſunſt nit tzulaſen. Ich wuſte aber noch nit, daſtu ein ſolche beſtendigkeit des gemuetß hetteſt, ſo ich gedacht, das es ein ſolchs alter nit begreifen mocht. Das hatte ich geſehen, daß auch den menſchen geſchehen war, dy mit langer tzeit vñ erfarung geubt ſein, das ſy offt von boſen rethen bewegt wurden ſeint, ſo ich auch das ſelb gefurcht hab, das dirs auch in deiner iugent nit geſchech, ſoltu nit vorwerffē meinē fleis, den ich von deinet wegen auf mich genūmen, ſo ich aber myt vnwiln
§. 5. vnd tzorn tzu heis bin geweſen, ſoltu das vor ein miltigkeit rechen. Dan eben das iſt das ich dir abtzubitē hab, ſo ich in dem groſſen ſchmertz, den ich entpfangen hete, auß der groſſen vnpilligkeit der ſachen, tzugelaſſen hab in mir ein ſolche bewegung, vor welcher ich nit hab erſehē mugē, was dyr wol getzimpt, vnd ſo ich in einer ſolchen beſturtzung deß gemuetz, nit achtgenūmen hab deiner Maieſtat, daſtu dy ſelbig yrrung mir nach meiner gu-
§. 6. ten meinung vertzeihen wolleſt. Dan wer, ſo er nurnt ein deutſch hertz hat, oder hat ein gute naigung, als wir alle ſchuldig ſein, gegen diſem vnſern vatterlant, vnd auch gegen dir einen vater des vaterlandß, ſo er horen wurt, dz ſy ſich beriemen tzum erſtē, daſtu nichs thuſt an yren wiſſen, vñ yren willen, auch nichtß thun ſolſt, ſo du es vormochteſt, vñ daſtu es nit vermogſt, ſo du es auch thun ſolteſt, darnach das ſy auch gantz vnpilliche dinge begeren dorffen, wer ſag ich, wurde nit in dy groſte bewegung des gemutß

---

[10] deponerentur = vincerentur, deciperentur [14] despicere *1.* [42] bowegung *1.*

Digitized by Google

etiam, non in summam animi perturbationem erumpat? Certe profecto ad §. 7.
oratores istos quod pertinet, utinam probe habuissent se; neque enim tunc aut valde indignandi mihi aut multum timendi omnibus caussa fuisset. debent vero legatorum privilegio uti hic qui non iniqua tantum petunt, sed perniciosa etiam interim moliuntur? Sed hæc Te curare oportuit: fateor: at meam etiam interponere operam, non tui quidem contemptu sed illorum odiò, volui. Tu vero ne sine deteriorem esse conditionem meam §. 8.
quam fuit apud felicis memoriæ Friderichum primum eius qui legatum Romani pontificis iactantem episcopo Romano subesse imperatorem Romanum, stricto gladio in oculis adeo Cæsaris invasit, cum isti petulantius adhuc multo te contempserint. quorum vocem quis non, liber saltem aut Germani sanguinis, cum gemitu audivit, beneficio pontificis esse imperatorem te, neque fore si ille nolit; etiam imperatoris Romani electionem ex nutu pendere pontificis? O sermonem atrocissimæ iniuriæ et fœdissimæ contumeliæ plenum! Me quidem, si non facillime impetrem nunc abs te, §. 9.
ut quod honestâ commotione erravi, condones, aurium sensu carere posthac velim, nequid unquam tale audiam: vereor enim ut maior futurus sit abstinendi ultionem quam iniuriam ferendi dolor. Verumtamen oro te et §. 10.
obtestor, ut veniam des pietatis errori: feriat me enim gladius tuus, si non omnia, et quæ placere tibi possunt et quæ displicere debent, patriæ

heraus faren? vorwar iha, was diſe legaten betryfft, wolt got ſy hetten ſich redlich gehal- §. 7.
ten. Dan alſo het ich nit vrſach gehabt ſer vnwillig tzu ſein, vnd dy andern al ſich tzu beſorgen. Sollen aber dy alhy freyheit haben als legaten, die do nit allein vnbilliche ding biten, ſondern auch dyweil ſchedliche ding auftzubringen befliſſen ſein? dyſe dynge aber tzu verſorgē, hat dyr tzugehort. Iha ich. bekens. ich hab aber auch wollen meinen fleis dartzu thun, nit das ich dich voracht, ſundern das ich yn nit gunſtig bin. Laß mich aber §. 8.
o her keiſſer nit in einez geringern ſtant ſein, dan etwan waß bey kaiſer friderich dem erſten, ſeliges gedechtnis der einē legaten des romiſchen biſchofs, der ſich berumet wy der Rhomiſch kaiſer vnterworfen were dem Rhomiſchen biſchoff, mit einem gerachtē ſchwert anging, vor den augē des kaiſers, ſo doch diſe legaten dich vil vnuorſchempter vorachtet habē wer aus den dy frey, od' deutſches bluts ſein, hat nit mit ſuftzen gehort, das ſy ſagten, du ſeiſt keiſer auf gunſt vnd wolthat allein deß pabſt, vnd daſtu eß auch nit fein mochtiſt, ſo erß nit wolte, daß auch des Rhomiſchen kaiſerß wal, gantzlich hange im willē dz Romiſchen biſchoffß? och wy ſein diße wort ſo groſeß trutzeß, vnd voller ſchentlicher le- §. 9.
ſterung. Ich wolt, ſo ich nit von dyr leichtlich erwerbē mag daſtu mir es verzeiheſt, dz ich geirret hab auß einer erbarn redlichē vrſach, daß ich des gehores beraubt ſein ſolte, auff daß ich nit irgen etwas ſolches horen moge. dan ich beſorg daß der ſchmertz groſer ſein werde ſich zu enthalten von rachung, dan dy beleidung tzu tragen. Doch bit ich dich vnd §. 10.
flehe, du wolleſt genediglich vortzeihen der irrung dy aus miltigkeit kūmen iſt. Dein ſchwert ſchlag vñ ſtraff mich, ſo ich nit alle ding, beid dy dyr wolgefallen mogen, vnd dy

---

[2] oratores istos] *Aleandrum et Caracciolum.* [5] eius] Ottonis Wittelsbachii, de quo ad a. 1156. hæc rettulit inter alios Otto de S. Blasio ad lib. VII. Ottonis Frisingensis Append. c. 8. ap. Urstis. Rer. Germanicar. I. p. 200. [33] des] das *I.*

Digitized by Google

amore ac tui studio scripsi, non scripturus posthac si tu iubeas: nam
§. 11. libenter tibi non factis tantum sed scriptis etiam gratificabor. Scias autem paratum me sanguinis etiam mei iactura existimationem tuam defendere, tantum abest ut contemnere ultro velim. Servet te Christus optimus maximus, ut in summa felicitate optime nobis diu imperes. Ex Ebernburgo, VI. Idus Aprileis. Anno M.D.XXI.

dyr misfallen ſollen, aus liebe des vaterlandeß, vnd vmb deinet willen geſchribē hab, vñ wil hinfurder nit meher ſchreibē, ſo du es gebeuteſt. dan ich wil gern dir tzugefallen ſein,
§. 11. nit alein mit geſchefften, ſundern auch mit ſchrifften. Du ſolt aber wiſſen, das ich bereit bin, auch im gefer meines bluts, dein gut gericht tzu beſchirmen, alſo fern bin ich da von, das ich dich vorachten wolle. Chriſtus der gantz gutig vnd gewaltig iſt, bewar dich, auf daſtu yn groſer gluckſeligkeit vns reigierē mogeſt. Aus Eberburg Im iar thauſent funfhundert vnd xxi:

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

CCXXXVIII.

S. APRIL. A. 1521.

[GEORGIVS STVRZ MEDICVS]
IOACHIMO CAMERARIO
AMICO SVO NON VVLGARI.

Salve. Quo nostræ ineptiæ tibi sunt notiores, humanissime Ioachime, eo liberius tibi scribimus . . . . . Quæ quidem iam scribimus, ea te hactenus ignorasse credimus; quod diutius pati non potuimus. sed quid opus multis? paucis accipe magna. Ulricus Huttenus edidit invectivas in Aleandrum, exhortationem item ad Carolum imperatorem . . . . . Clamant quidem totum mundum conturbari a Luthero. quod est verum, fecitque idem apostolorum doctrina. Sed ista videntur malorum principia, quibus quare non nunc saltem obstatur, ne postea medicina sera sit? Non obstabitur autem clamoribus et minis neque saevitia ulla; sed hoc fieri posset confitendo errores manifestos et corrigendo vitia et relinquendo locum cursui evangelii. Scribo autem ea quæ prudentes et bonos loqui audimus. de quibus satis. Vale. salutabis nostro nomine regem nostrum Eobanum, ducem Petreium, palatinum D. Henricum, dicesque illis nos desiisse esse Maistros Ochsios. Iterum vale ac salve. Coloniæ Agrippinæ, octavo die Aprilis Anno nostræ salutis 1521.

T[*uus*] Sturc[*iades*] Opere[*us*].

CCXXXVIII. *Libellus Nouus*, | EPISTOLAS | *ET ALIA QVÆDAM* | *MONVMENTA DOCTORVM* | *superioris & huius ætatis complectens.* ||||| *studio* | *Ioachimi Camerarij* | *Papeberg.* | LIPSIÆ. |||. M. D. LXVIII. || 8°. fol. D 6ᵇ. D 7.

[21] De primo exemplo quod Ind. bibl. n. XXXVII. 1. indicavimus, loquitur Sturcius. [2] regem, ducem, palatinum] ioci causa inter commilitones harum dignitatum nominibus utebantur. Cf. vol. I. p. 455. Petreium] Eberbach. Henricum] Urbanum.

Digitized by Google

COLONIÆ.

CCXXXVIIII.

[D. ? APRIL. A. 1521.]

[EVRICIVS CORDVS]
IOACHIMO CAMERARIO
QVÆST[*ORI*] DOCTISSIMO IVVENI SVO CORDI S.

Falleris, Ioachime, si serio tecum acturum Cordum absentem credis: non desino pro mea vetere consuetudine ineptire. Scripsi tibi nuper litteris Moguntiæ datis meras ineptias, nempe de monacho discalceato funigero: quid enim tales monachi sunt præter meras ineptias? De ineptioribus iam scribo, nimirum de theologis Coloniensibus. Eos si tu 'carnales', ut hactenus plerique, credis, erras: sed iam 'spirituales' illos factos speras? iterum falleris. utri igitur sint non quæris scilicet cum audieris esse neutros. 'Quinam ergo sunt?' inquis. Meri ossarii sunt: nihil enim hic colitur praeter ossa, serico, auro et gemmis implicata, atque tam multa, ut omnia cadaveraria expilasse istos putes. videres plebem supplicem hisce nugis se advolvere. Nihil hic dignum spectatu vidi præter tres reges. sed quos? comitem Neuenarium, Cæsarium et Sobium; de aliis nihil mihi constat: malo tamen credere quam uri. Ego crabrones quosdam, non enim possum a nequitia discedere, nudiustertius exagitavi carmine quodam: placuit hoc Neuenario et esse egregium iudicavit. Mutatam esse nobis de petenda Lutetia sententiam forte Operci litteris factus es certior: caussæ sunt multæ, sed hæ præcipuæ, quod certamina magna oriantur inter Gallos et Germanos: acre bellum movetur adversus Cæsarem, atque esse a Gallis tentatam urbem nobilem Leodii nuntiatur feriis paschalibus, quam per insidias occupare conati illi fuere; quorum in urbe consiliorum participes iam suppliciis meritis affici dicuntur. nusquam in Gallia tuti essemus futuri: quare Italiam petere decrevimus, quod iter crastina luce ingredi cogitabamus, quod illic et locus tutior sit et medicinæ studium florentius. De Ulrico Huteno scribo plura ad Vorhemium, qui suas sine dubio litteras tecum communicabit et tu has ad te cum ipso. Tu hisce vale, et filium meum summe commendatum habe; eum tu omnino expolias oro, et paterna cura, id quod facis, corrige. Vale. Coloniae. Saluta amicos omnes. Euricius.

CCXXXX. cit. *Libellus Nouus.* foll. D 8[b]. E[a].

CCXXXX.

[M. APR. A. 1521.]

HVLDERICVS HVTTENVS POETA.

Integerrime iudex. Non alia ratione primus ego sum, quam quod me

[2] Cordus Sturzii in itinere comes non ita longe post in Italiam profectus m. Iulio eiusd. anni Ferrariæ medicinæ studuit, dum Sturzius Venetiis moraretur. Cf. Libell. nov. D 6 sqq. [4] Camerarius (*Germanice Kamermeister*) inter amicos suos Quæstoris nomine appellabatur. [9] carnales] Cf. infra Resp. ad Apol. Croti a. 1532. [19] Operci] Sturzii [27] Georgium Heltum s. *Held* Vorchemium, Camerarii Lipsiæ præceptorem, qui in colloquio Lipsiensi respondentis locum obtinuit.

[32] Philippus Engentinus (*Engelbrecht von Engen*), qui Hutteni coniuratus appel-

Digitized by Google

mirifice causæ miraculum primum esse modis omnibus compulit. Clarissimis Huttenorum (qui apud Francos cum nobilissimi tum præstantissimi sunt) imaginibus mihi pater fuit, non dissimili stemmate mater erat: propriam adhuc domum nunquam habere potui: hactenus mihi parum ex avitis opibus accessit; ex amicis pauci quidam non omnino frigide adiuvarunt: brevibus, quidquid in bonis studiis potui promovi strenue, tantum vero pecuniarum nunquam corradere potui, quantum emendæ philosophicæ casulæ satis fuisset; neque emissem etiam, ut verum fatear, si potuissem: nam quis contra poeticas leges vel hisceret? Engentinum tibi committo, iudex: pro rei dignitate iudica: nam quicquid illarum unquam tulimus, ultra sesquipedem transgressus est.

BONONIÆ. [INEVNTE APR. A. 1521.]

Carpi ad lectorem libri de Guaiaco epilogum vide supra p. 226. num. XCVII.

? CCXXXXI. [M. APRILI INEVNTE? A. 1521.]

[*EX LIBELLO INSCRIPTO*]

AITANEIA GERMANORVM.

Αιτανεία, hoc est supplicatio ad deum Opt. Max.
pro Germania,
habita in celebri quadam Germaniæ urbe, in die Cinerum.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Christe audi Germanos. Christe exaudi Germanos. Pater de cœlis, deus, miserere Germanorum . . . . . Omnes sancti pontifices et confesso-

CCXXXXII. 1 = Litaneia Germanorum. *s. l. et a.* 4°. *8 folia. quorum ultimum va-*

latur in inscriptione dodecastichi quod in fronte exempli principis libri Hutteniani de arte versificandi Lipsiæ a. 1511. editi legitur (cf. supra vol. I. p. 16.), domum sibi emerat. Finguntur amici cum e lege poetis lata, ne quis eorum propriam domum haberet, accusare; iudex constituitur Chaspar Velius Ursinus poeta atquæ [*sic*] iureconsultus, accusant Thomas Didimus Aucuparius Poeta et Iureconsultus, Huttenus, Herm. Buschius, Ioa. Stabius, Ioach. Vadianus, Eob. Hessus, Iac. Philomusus (*Locher*), Urbanus Regius, Henr. Glareanus, Bart. Latomus, Ioa. Alexander Brasicanus (*sic*) poetæ. Engentinus crimen confessus ut „intra mensis spatium domum vendat atque concoquat, nihil tale cogitet unquam" iudicatur; poetæ gratiasque agentes iustam sententiam laudant. Engentino autem si contempserit sententiam, Germanorum philosophorum multo graviorem accusationem operiatur, comminantur. Hæc ita in ludiero opusculo tractantur sic inscriptō: POETA | DOMVM EMIT. | Roganti quis Dicaſterium hoc Poeticum | luſerit, Reſpondit AVTOR. | *Οὐ πᾶς ὑς* (*sic*) *τοῦτο εἴσετ*ʒ. | [Socrates ap. Platon. Lach. p. 196 D. proverbium esse dicit *οὐκ ἂν πᾶσα ὗς γνοίη*, *non quævis sus norit.*] *Constat 7 foliis in* 4°. *Altera ultimaque paginæ vacuæ sunt. Præfatio inscripta* VERE GERMANIS ADVLE|SCENTIBVS, POETAE GER|MANI, MODESTIAM *in fine habet* Apud Vuormaciam | Anno a reſtituta ſalute M. D. XXI. Menſis Ape-|rilis die XI. — Suppositicia Huttenica declamatiuncula, ut et Buschii, Hessi et Philomusi leguntur apud Mohnik. p. 561. sq. [1] meiraculum *1.*

Digitized by Google

res[1], *orate pro Germanis. Omnes sancti doctores*[2] *orate pro Germanis. Sancte Benedicte, ora p. G. Sancte Francisce, o. p. imitatoribus tuis, ne omnia dente Theonino arrodant. Sancte Anthoni, o. p. G. Sancte Dominice, ora pro omnibus monachis tuis, præcipue pro Hochstrato, hæreticæ pravitatis inquisitore, et Sylvestro Prierate, summi pontificis adulatore subtilissimo. Omnes sancti monachi*[3] *et heremitæ, orate p. G. Omnes sancti sacerdotes et Levitæ*[4] *orate p. G. Sancta Maria Magdalena, o. p. G. Omnes sancti et sanctæ dei, intercedite pro Germanis. Propitius esto, parce Germanis, domine. Propitius esto, exaudi Germanos, domine. Ab omni malo libera Germanos, domine. Ab omni peccato libera Germanos, domine. Ab ira tua libera Germanos, domine. A subitanea et improvisa morte libera Germanos, domine. A Romanorum pontificum tyrannide libera Germanos, domine. Ab ira et odio et omni mala voluntate libera Alcandrum, domine. Ab indulgentiis pontificiis libera Germanos, domine. Ab omni superstitione et cæremoniis monachorum libera Germanos, domine. A Curtisanis iniquis purga Germaniam, domine. A spiritu fornicationis libera Romanos, domine. .... A pseudoprophetis*[5] *libera Germanos, domine. Ab his qui ad nos in vestibus ovium veniunt, intus vero sunt lupi rapaces, ganeones, intus etiam et in cute nebulones, l. G. d. A terrificis pontificum bombis, bullis ac fulminibus protege G. d. Ab insatiabili Romanorum avaritia claudite, Germani, loculos et aperite oculos. Per deum viventem, Alcander non habet bonam mentem. A sophistarum cavillationibus averte aures nostras, domine. Ab omni doctrina impia et hæretica purga scholas, domine. A quæstionibus impiis arce theologos, domine. Ab omni suspicione mala de Luthero libera animos principum, domine. Ab omni barbarie libera ludos literarios, domine. A iugo servitutis Romanæ libera cervices Germanorum, domine. A palliis e Roma redimendis libera episcopos nostros, domine. Ab annatis libera Germaniam, domine. Ab omni mania libera Alcandrum, domine. A malis et perversis consultoribus libera Carolum, domine ..... Germani, te rogamus, audi nos ..... Ut ecclesiam tuam sanctam*[6] *regere et conservare digneris te rogamus, audi nos. Ut dominum apostolicum*[7] *et omnes ecclesiasticos ordines*[8] *in sancta religione conservare digneris t. r., a. n. Ut rei publicæ et principibus Christianis pacem et veram concordiam donare digneris t. r., a. n. Ut Germanos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris t. r., a. n. Ut mentes Germanorum ad cœlestia desideria*

---

cuum est. In fine Finis Litanie. (*Cf. Panzer Ulr. v. Hutten.* p. 229.) 2 = AITANEIA | GERMANORVM. | *s. l. et a.* 8°. 8 *folia. In fine: Τέλος τοις λιτανειας.* [*sic*] 3 = Opuscula quædam satyrica et ludicra tempore reformationis scripta. [*edita a Strobelio*, qui Hutteno hunc libellum adiudicandum esse satis infeliciter suspicatus est] Fascic. 1. Ff. et Lips. 1784. 8°. p. 3...12. 4 = F. C. v. Moser Patriot. Archiv für Deutschl. Mannh. u. Lpz. Bd. VII. 1787. 8°. S. 431...440.

---

[1] (quorum utrorumque perpauci fuerunt) [2] per hoc quod dicit *sancti*, excipiuntur Magistri Nostri Theologistæ) [3] (excipiuntur autem pestilentes, quorum iam infinitus est numerus) [4] (et horum hodie vix unus aut alter reperiuntur) [5] (qui et pseudotheologi vocantur) [6] (non fututam illam Romanorum) [7] (non dominum orbis terrarum) [8] (quorum hoc tempore adeo nulli sunt, ut qui aut quales fuerint ordines ecclesiastici apud veteres ferme prorsus nesciatur)

Digitized by Google

erigas t. r., a. n. Ut Martinum Lutherum, Christianæ fidei columnam indeiicibilem, brevi Wormaciam venturum ab omni veneno et offis Venetianis custodire et conservare digneris t. r., a. n. Ut animas quas theologi scholastici per suas impias conciones seduxerunt, ab inferis denuo redimere digneris t. r., a. n. Ut theologos scholasticos ad agnitionem veri dei instigare d. t. r., a. n. . . . Ut impios illos theologos e medio tollere d. t. r., a. n. Ut concionatores docentes quæ non oportet, e suggestu præcipitare d. t. r., a. n. Ut Leonis decimi P. M. ferociam compescere d. t. r., a. n. Ut strenuum illum Germaniæ equitem Ulrichum Huttenum, Martini Lutheri Pyladem, in suo bono proposito ac provincia pro Martino Luthero suscepta perseverare facias te rogamus, a. n. Ut confessorem regis Caroli non valde bene de Martino Luthero sentientem melius erudire digneris t. r., a. n. Ut teipsum, Christe Iesu, semel crucifixum non denuo crucifigi patiaris ab hominibus impie Christianis t. r., a. n. Ut ædes quorundam theologorum prostibula meretricum igni succendere digneris t. r., a. n. Ut sacerdotibus concubinariis rursum, ut olim, uxores impune concedere digneris t. r., a. n. Ut Aleandrum helleboro purgare digneris t. r., a. n. Ut nuntios apostolicos a tergo, coram, a latere et a postica, contra Martinum Lutherum iniuste agentes principibus Wormaciæ de cœlo tangere digneris t. r., a. n. Ut Martinum Lutherum semel sine causa, necdum auditum, damnatum tamen, rursum in animis piorum vivificare digneris t. r., a. n. Ut principibus Germanis iam Wormaciæ congregatis gratiam, pacem et misericordiam tuam tribuere d. t. r., a. n. Ut Carolum per ætatem nondum res arduas fidei intelligentem a præcipiti iudicio conservare d. t. r., a. n. — — Ut Itali, Lombardi et Romani te deum verum esse credant t. r., a. n. — — Ut Germanos exaudire digneris t. r., a. n. — — — — — — Christe, exaudi Germanos. Kyrie eleison — —. PSALMVS. Pater noster, v. Et ne nos inducas in tentationem. Deus, in adiutorium Germanorum intende. Domine, ad adiuvandum eos festina. Confundantur et revereantur qui quærunt animas Germanorum. Convertantur retrorsum et erubescant qui volunt eis male. Avertantur statim erubescentes qui dicunt euge, euge. Exultent et lætentur omnes Germani quicunque quærunt Iesum Christum filium dei vivi et dicant semper Magnificetur Iesus, qui diligunt salutare domini et libertatem Germaniæ. Lutherus vero egenus et pauper est, deus, adiuva eum. Adiutor Germanorum et liberator Germanorum es tu, domine deus, ne moreris. Gloria sit deo patri et filio et spiritui sancto &c. PRECES. . . . . Orent Romani pro papa suo. Dominus præcipitet eum de cathedra pestilentiæ et conterat caput eius, et qui se ipsum fecit deum orbis terrarum, sit alibi diabolus diabolorum in æternum. Amen. Salvos fac Germanos tuos, Deus meus, sperantes in te. . . . ORATIO PRO ROMANA ECCLESIA. . . . . ORATIO PRO CAROLO IMPERATORE. Omnipotens et misericors deus, largire Carolo imperatori nostro gratiam, ut sua censura, semota procul Romanorum omnium et cardinalium adulatione et persuasione, incontinentiam et vanitatem luxumque et libidinem in ecclesiam effusam ad honorem tuum et utilitatem ecclesiasticæ dignitatis inque emolumentum Christianorum in te pie credentium deponat et auferat, ut ecclesia tua per tot secula misere collapsa priscum bene vivendi exemplar resumat per dominum nostrum Iesum &c.

Τέλος τῆς λιτανείας.

[11] [Ioa. Glapionem, Franciscanum]

Digitized by Google

EBERNBVRGI. **CCXXXXII.** 17. APRIL. A. 1521.

[VLRICVS AB HVTTEN]
MARTINO LVTHERO
THEOLOGO EVANGELISTÆ INVICTISSIMO AMICO SANCTO.

Exaudiat te dominus in die tribulationis; protegat te nomen dei Iacob; §. 1.
mittat tibi auxilium de sancto et de Sion tueatur te; tribuat tibi secundum
cor tuum et omne consilium tuum confirmet; impleat omnes petitiones
tuas et exaudiat te de cœlo sancto suo in potentatibus dexteræ suæ. Quid §. 2.
aliud enim debeo precari hac tempestate tibi, mi amicissime Luthere, mi
venerande pater? Confortare et robustus esto. vides quæ in te alea cur-
rat, qui cardo vertatur. De me non debes unquam dubitare, dum qui-
II | dem constas tibi, ad ultimum usque spiritum adhærebo. Circumdederunt §. 3.
te canes multi et concilium malignantium obsedit te; aperuerunt super te
os suum sicut leones rapientes et rugientes; exultant et lætantur super
te, quærentes te. sed dominus solicitus est tui, et reddet retributionem
superbis; consurget tecum adversus malignantes et tecum stabit adversus
operantes iniquitatem; reddet impiis iniquitatem suam et in malicia sua
disperdet eos. Sic profecto fiet, sic, Luthere: nam connivere ad tantam §. 4.
III | ulterius pravitatem non potest deus, iustus iudex et fortis. Pugna strenue
pro Christo, et ne cede malis, sed contra audentior ito. fer afflictionem
ut bonus miles Christi Iesu, ut suscites domum dei, quod in te est, certus
quod is cui credidisti, potens sit depositum tuum custodire in illam diem.
Ego idem strenue conabor interim; sed in eo differunt utriusque consilia, §. 5.
quod mea humana sunt, tu perfectior iam totus ex divinis dependes. Uti-
nam spectare liceat quibus te oculis intueantur isti, quas obvertant frontes,
quæ stringant supercilia. equidem atrocissima omnia concipio, neque fallor §. 6.
credo, sed spero tempus est ut purget dominus vineam Sabaoth, quam

---

CCXXXXII. 1. 2 = Indic. bibliogr. n. XXXVIII. 1. 2. 3 = MS. Spalatin. ibid. indicat. 4...7 = ibid. n. 3...6.

---

[2] *Inscriptionem non habet 3. sed cf. infra.* [4] Euangelifte *1.* [5] § 1.] Psalm. XIX. 2. 3. 5. 7. [6] celo *1.* dextere fue *1.* [9] præcari *6.* amicifse *6.* [10] Confort.]Iosue I. 7. sqq. [11] umquam *5. 6.* [12] constans *6. 7.* tibi ad *6. 7.* Circumded.] cf. Psalm. XXI. 14. [14] rugientes exsultant *5.* Exsultant *6. 7.* exult.] Psalm. XXXIX. 17. 18. LXIX. 5. letantur *1.* [15] querentes *1.* sollicitus *4...7.* redd. retr. ... eos] Psalm. XCIII. 2. 16. 23. [17] impiis] ipsis *3.* in *omis. 1. 2.* malitia *3. 7.* [19] iust. iud.] Psalm. VII. 12. [20] ne cede ... ito] Vergil. Aen. VI. 95. fer afflict. &c.] Paul. ep. II. ad Timoth. II. 3. et I. 12. adfl. *5.* [21] Ihesu *4.* [22] illum *3.* [24] profectior *1.* [25] isti] Vormatiæ in concilio eo ipso die quo hæc epistula scripta est, in Lutherum inruentes. Cf. seq. ep. [26] que *1.* [27] purget] cf. Evang. sec. Ioa. XV. 2. Isai. V. 7. et Psalm. LXXIX. 15. dominus] Deus *5...7.*

Digitized by Google

devastavit aper de sylva et singularis ferus depastus est. Hæc breviter in summa de te sollicitudine. Servet te Christus! Ex Ebernburgo, XV. Calen. Maii, raptim. Ulrichus ab Hutten.

EBERNBVRGI. **CCXXXXIII.** 17. APRIL. A. 1521.

HVLDERICHVS AB HVTTEN EQVES IODOCO IONÆ SALVTEM.

§. 1. Et tu secutus es prædicatorem evangelicum, ut in horto sis cum illo: pietatem omni amore dignam! Ego te vero, mi Iudoce, etsi amavi prius, §. 2. tamen hoc nomine incipio amare centupliciter magis. Ferunt hoc agitasse istos, ut quia commeatu Cæsaris tutus est Martinus, in vos, qui anathemati communicetis, animadvertatur. o prudens consilium, homines apte rem æstimantes. eadem opera concilium istud evacuabitur: nam non du- §. 3. bito maximam istic hominum partem concenturam vobis. Utinam possem adesse atque aliquem iniicere motum rebus, aliquid tumultus excitare; sed quiete præstat agi: sic faxit Christus, ut fiat, ac modis omnibus obstet, nequid violentiæ inferatur ei quem viventem tueri malumus quam vindi- §. 4. care mortuum et deperditum. Scribe mihi aliquid eorum quæ aguntur, similiter quid speres et quid timeas. Crotum autem meum infelix magistratus, quo minus et ipse coniiceret se in optabile discrimen, detinuit. utinam vobiscum abripuissetis procul dubio volentem: at quis hanc sibi vim inferat nunc? Hæc vix potui proficiscente Bucero acceleriter. Vale optime. Ex Ebernburgo XV. Calen. Maii raptissime.

Iudoco Ionæ, homini moribus et studiis probatissimo Suo S.

CCXXXXIIII. 1 = MS. Spalatin. 4°. fol. 421. *ex quo dedit* 2 = Kapp (Ind. bibl. n. 68.) p. 445. sq. 3 = Wagenseil. p. 305. sq. n. LXI. 4 = Hutt. Münch. IV. p. 293. Germanice extat in *Luthers Schriften v. Walch.* XV. p. 1951. sq. n. 499.

---

[1] aper ... depastus e.] Psalm. cit. v. 14. silva *5...7.* Hec *1.* [3] Anno M. D. XXI. *add. 4...7.* eq. *add. 3. in quo hæc inscriptio sequitur:* Martino Luthero Christi apostolo & Euāgelij dei prædicatori inuicto S.

[5] Huldrichus *2. 3.* Vlrichus *4.* [8] predicatorem *2.* horto] *i. e. paradiso.* Cf. Evang. sec. Luc. XXIII. 43. [9] Iodoce *3. 4.* [13] estimantes *1.* istud] illud *3. 4.* [14] concenturam] communicaturam *2...4.* (*mit euch reden.* Vers. Germ. ap. Walch.) [15] motum *omnes, recte.* [17] violentie *2.* inferatur, et *1. 2.* ei, quem *3. 4.* [19.20] magistr.] Crotus Erfordiæ tum rectoris honorem gerebat, ibique cum Eob. Hesso aliisque Lutherum Vormatiam proficiscentem honorificentissime exceperat. cf. Hessi Eleg. et infra epist. ad Crot. a. 1532. scriptam. [22] hec *2.* ac celeriter *3. 4.* [23] (1521.) *add. 3. 4.* [24] Iodoco *4.* (Wormaciam.) *add. 3. 4.*

Digitized by Google

Paullo post Eobanus Hessus Lutheri comitem celebravit hac

AD IVSTVM IONAM THEOLOGVM CVM MARTINO REDEVNTEM A CÆSARE ELEGIA.

Tu quoque, magnanimi comes indevicte Lutheri,
Noster in hac, Iona parte, canendus eras,
Ause parata sequi velut in sua fata ruentem,
Est etiam meriti gratia magna tui:
Namque per insidias, quibus omnia plena malorum,
Laus est pro Christo non timuisse mori.
Iam sua stringebant Romani tela cynædi
In caput et vitam, sancte Luthere, tuam:
Impia conatum sprevisti fortiter hostem,
Spernentem Ionas qui sequeretur erat.
. . . . . .
. . . . . .
Romula quid voluit pestis nocuisse Luthero,
Heu pudor, in medio Teutonis ora tui?
Dicite Germani proceres, fortissima nuper
Pectora, num fieri vos penes ista pudet.
Semiviri, Romana malorum lerna, cynædi
Audent in vestro dicere iura solo?
Quodque magis miror, vobis præscribere leges
Damnosas sinitis vilia mancipia?
Scilicet obscurum est vestram non velle salutem,
Ex vobis aurum præter amare nihil?
Non tamen his primum est res hæc agitata querelis,
Mille modis acta est fabula, mille locis.
Verum age per superos iterum, charissime Iona,
Ille an adhuc surdis auribus ordo manet?
Quid paret ille adeo iustis Huttenus in armis?
Quid bona Franciscum turba sequuta ducem?
Fallor an aspicio pedicas Alcandron habentem,
Te cupere in vinclis posse, Marine, mori?
Quicquid id est, nisi mens Hutteni animosa fefellit,
Ominor infaustum, perdita Roma, tibi,
Perdita pontifici postquam data serva tyranno
Eheu de quanto culmine lapsa iaces:
Quam libertatem cunctis dare, Roma, solebas,
Aspice te infelix quam nihil huius habes.
Heu, ubi maiestas, quo tanta potentia Romæ,
Totius arx orbis, quomodo fracta iaces?
Omnia sic pereunt, etiam celsissima rerum,
Et nihil est isto sub Iove semper idem
. . . . . .
. . . . . .

Prodiit primum in Elegiarum libro qui Ind. bibl. n. XXXVIIII. descriptus est, repetitur in Operum Hessi farraginum duarum exemplis omnibus ibidem indicatis.

Digitized by Google

EBERNBVRGI. **CCXXXXIIII.** 20. APRIL. 1521.

[VLRICVS AB HVTTEN]
MARTINO LVTHERO
THEOLOGO EVANGELISTÆ INVICTISSIMO AMICO SVO SALVTEM IN CHRISTO SERVATORE.

§. 1. Quis consurget mihi adversum malignanteis et quis stabit mecum adversus operanteis iniquitatem, servator Christe, cœlestis pater et sacrum πνεῦμα; quæ quam atrocia audio! Furia non est furia præ istorum furore. opus esse video gladiis et arcubus, sagittis et bombardis, ut obsi-
§. 2. statur cacodæmonum insaniæ. At tu, optime pater, animo confortare, nec te convellendum præbe; clament isti, vociferentur et rabiant, tu beluis medium digitum ostende: magis ac magis video favere optimum quemque
§. 3. tibi; non carebis defensoribus, neque deerunt unquam vindices tibi. Quæ scribis secreto acta tecum, non est ut consilium demus nos; neque enim dubitamus, quin optimum quod erit electurus sis et in eo perstiturus for-
§. 4. tissime. Multi adierunt me, pro suo in te studio sollicite monentes hæc, 'Utinam non deficiat, utinam constanter respondeat, utinam nullo terrore
§. 5. sinat deponi se!' pertinaciter adfirmavi Lutherum fore te. neque me fefellit opinio: sic me intelligo respondisse, ut nihil desiderare debeamus. sed in finem usque persevera. hoc faxit Christus, ut magno suo cum do-
§. 6. lore talem te inveniant improbi! Cogit me amicorum prudentia, verentium nimium aliquid ausurum, adhuc quiescere; alioqui ad ipsos muros concitassem aliquam turbam pileatis istis. sed post paulo emittendus sum; ubi evasero, videbis nec me deesse in hoc genere spiritui quem excitavit in
§. 7. me deus. Uror anxie videndi te cupiditate, huc inflammat caritas. Fac nos certiores rerum omnium tuarum et status ac optime vale. Ex Ebernburgo XII. Calen. Maii. Raptim. Ulrichus ab Hutten.

CCXXXXIIII. 1.:.6 = Indic. bibliogr. n. XXXVIII. 1...6.

[6] Quis ... iniquit.] Psalm. XCIII. 16. malignantes *3...6.* [7] operantes *3...6.* celestis *1.* [8] πν.] phneuma *1.* sacer spiritus. pre *1.* [9] opus ... insaniæ *omis. 3.* saggittis *6.* [10] cacademonum infanie *1.* [11] cõfellendum prebe. *1.* belluis *3...6.* [12] *Pro* magis ... vindices tibi *3. dedit:* Nam causa quam agis, non est tua, sed eius, cui dixit DOMINVS: Sede a dextris meis &c. [13] umquam *1. 5.* [16] sollicitudine *1...6.* hec *1.* [21] talem te *omis. 1.* Cogit me ... in me deus *omis. 3.* verentes *omnes.* [23] paullo *1...6.* [25] Charitas *3.* [26] Ex Ebernburgo, Mense Aprili raptim. Anno M.D.XXI. *3.* [27] Maii *omis. 1. 4.* M.D.XXI. *add. 4...6.* Ulr. ab H. *omis. 1...6.*

Digitized by Google

EBERNBVRGI. **CCXXXXV.** 1. MAI. A. 1521.

EPISTOLA AD BILIBALDVM PYRCK.

VLRICHVS AB HVTTEN EQVES BILIBALDO PIRCKHEYMERO SENATORI NORINBERGEÑ S.

Audieram a Cæsarianis quibusdam vocatum ad dicendam caussam §. 1.
Lutherum. mentiti sunt: non fuit: nam hoc tantum ab illo quæsitum est in concilio, quædam ab se scripta num recantet? respondit constantissime recantaturum si convincatur scripsisse erronea. Quæsitum iterum, num recantet: nam ante multo damnata esse quæ scripserit. oravit ne se cogant ad palinodiam iniquissimam, ut contra conscientiam damnet quæ probatissima esse sentiat. Urgentibus tertio, num recantet, nam hoc tan-

CCXXXXV. Ex libris in Ind. bibliogr. n. XXXVII. indicatis hanc epistulam non habent 1.4.5., non integram 3. Itaque 2. principe editione usus sum. 6) Münchius IV. p. 275...277. desumpsit ex 7) Wagenseilio I. p. 311...313., atque hic ex 8) Burckhardi II. p. 205...210.

EBERBVRGK. **CCXXXXVI.** 1521.

Ein Anderer ſentbrieue, ſo der obgemelt von huten, an einē | Namhafftigen burger tzu Nurenberg geſchri=|ben, Doctor Martinus Luthers abſchid | von Worms betreffende, in welcher | wol tzu mercken, dy groſſen |- argliſt ſo dy Romiſchē | furgewent haben hye | in kurtz begriffen

Hulderich von Hutten eynn. Teutſcher. Edelman. entpeut Bilwald Pirckeymer, Burger vnd des Rats. Zu Nuerenberge, Seynenn gruß beuor. ꝛc.

Ꝯ mir iſt vor komen wie das. Luther neſt gefordert, von den Keyſeriſchen. Zu §. 1.
verhorunge ſeiner ſach, Daran keyn war wort iſt, vnd er auch nit dermaßenn gefor-
dert, Wan in der ſelben verſamlunge, nichß gefragt Von im anderß iſt dan ob er, das von
im etwa geſchribē widerruffen wol, Hat er antwort geben auffs beſtēdigiſt, Gerne alſo
ſer vnd ehr vnder richt werde das ſein thun irrig, Iſt tzum ander mal die frag geweſt,
Ob er icht geſint ſey tzu widerruffen, die weil vorlangſt ſeyn ſchreiben verdampt, vnd ver-
worffen ſey Hat er gebeten, das in nit wolten dringen auff ſo eyn vnredlichen wider ſpruch
do er vntuchtiger wider ſeinn gewiſſen das er vor gantz bewert acht, Zu dem dritten do
ſie nun hefftig an in ſetzten, ob er doch wolt etwaß widerrufen, wan Keyſerlich Mägi-

CCXXXXVI. Indic. bibliogr. n. XXXVII. d. p. 74*.

4 Pirckheimero *3.* Noribergensi *3.* 5 causam *3.6. et sic ubiq.* 7 concilio] die 18. April. 7.8 constantiss. *delev. H. secundum 6.* 8 recantaturam *7.* convinciatur *6.7.*

17 Anderer] Cf. supra num. CCXXXVII. pag. 47. 30 vntuchtiger] *sic 1.* damnet

Digitized by Google

tum velle scire Cæsarem et principes, respondit Nec posse nec velle quæ
§. 2. probatissimarum scripturarum testimoniis fulcita habeat. Hoc satis fuit cur extreme condemnetur vir dei? Dii immortales, quem eventum res habebit? Profecto sic arbitror, hac maxime tempestate cognitum iri principes habeat Germania an a bene vestitis regatur statuis. Ecclesiastici illi quæ
§. 3. consulunt in Lutherum, vincunt omnem impietatem, omne scelus. Mihi lachrymas excussit proximum eius ad me epistolium, quo scripsit quam indigne habitus sit; inter cætera dimitti se cum edicto ne in via prædicet verbum dei. O iniquitatem extreme detestandam, o scelus quod inexorabilem dei iram mereatur, alligari verbum dei, evangelico doctori os ob-
§. 4. thurari! en Christianos principes! Quid dicent exteri? Me pudere incipit patriæ. Ioannem Eccium, Treverensem officialem, indoctissimum sophistam, oratorem invenerunt. is dixit contra Lutherum sic cupide, ut non dubitetur aliquid habere eum de pecunia pontificis, quam ferunt per largitionem profusam ad multa aureorum milia: ausus est sceleratus nebulo
§. 5. convitiis proscindere pium evangelistam. ubi sunt qui ita interpretentur, consuluisse hoc adversarios quo possint ab irritato sic illo exprimere male-
§. 6. dictum, quod capitale posthac ipsi esset. vide impiam machinationem! Ex iureconsultis quidam disputant nec debere nec citra iniuriam posse fidem

ſtet. vnd die furſten begeren anderß nichß tzu wiſſen, Iſt ſein antwort geweſt, wy er diß nicht moge oder thon woll, dyweil erß ßo auff bewerter ſchrifft getzeugnyß geſtelt vnd ge-
§. 2. grunt habe. Iſt daß genug geweſt darumb der gotteß knecht alſo verworffen wurdt, Ewiger got waß wil die ſach vor eyn außgang habē, Ich eygentlich haltß gentzlich dar fur, Eß wern in diſem vngeſtumē chriſten frei an tag kōmē Aber Teutſche landt furſten haben, Oder von geſchmucktē pildwercke, geregirt werden, Die geiſtlichen alß das ſie itz-
§. 3. vndt wider dē Luther radtſchlagē, Iſt vber alle vnart poßheyt vnd buberey, Mir gingen nechſt die augen vber do ich ſein bryue laſe die er mir geſchriben, tzu welchē er mir kunt thet, das er wurd der geſtalt weggelaſſen das im auff dem wege tzu predigen das gottes wort verpotenn, Oh vnrecht daruor man ſich pillich auff das hochſt ſolt entſetzen, Oh ſchande vnd laſter das vnerpietlichē tzorn gottes verdinet, Antzu pinden daß wort gotß, Dem lerer deß Euangelij daß maul tzutzeſtopfen, Daß ſein vnſer teutſche furſtē, Waß
§. 4. werden frembden hiertzu ſagen? Ich ſchem mich ſchier meiens vaterlands haben anders niemāß findē mogen Dan Johannem Eck official tzu Erier den vngeſchickenten Sophiſten der hat geredt wider den guten frummen Luther, gantz begirig vñ gantz der geſtalt, daß bey mir kein tzweiffel iſt er hab etwaß von deß Babſtes gelt erſchnapt welchß man ſagt do hin verſchafft, daß man mit corumpiert, vnd durch gabe gunſt erlanget, Der ſchendtliche abentteurer, hat ſich frey vnderſtandē flugß mit ſcheltwortē antzugehn den frūmē predi-
§. 5. ger Chriſtlicher lere Hy ſein etzlich dy legē eß alſo auß, alß wer diß von ſeinen miſgunern beſtalt vñ tzugericht auff dz ſie etwaß vnertiger rede von im, ſo er itzūd ertzornet,
§. 6. mochtē locken, welchß ſie darnach auffs ergſt antzugen. Syhe wie ein vnredliche ſtuck mir das iſt. ſein etlich auß den Rechtgelerten, die gebē fur das nit ſol, auch an vnrecht nit

[3] immorales *2.* [4] maxima *6. 7.* [7] lacrymas *6. 7.* lacrimas *6.* epistolium] Utinam non interiisset. [8] cetera *6...8.* [10.11] obturari *3. 8.* obdurari *6. 7.* [12] Eckium *3.* Trevir. *3. 6. 7.* [15] millia *6...8.* [16] conviciis *6...8.* [21] *sic 1.* [32] meiens *sic 1.* [41] etltch *1.*

Digitized by Google

servari Luthero a Cæsare. Optimos viros! qui non videntur tibi uno omnes die cum tota illa sua iniusta iustitia pellendi Germania? Vellent §. 7.
impii episcopi maiores suos qui tale exemplum ediderunt in concilio Constantiensi exusto Ioanne Husso imitari. Cæsarem aiunt decrevisse pro- §. 8.
pugnare pontificis partes et ecclesiam Romanam pertinacissime. huc illum adegerunt mali consultores. magna igitur sacerdotum passim exultatio: statim triumphabunt, nam colophonem arbitrantur impositum fabulæ, nescientes miseri quantum adhuc absint a fine et restare ultimum adhuc actum. Quidam publice proposuit schedium quo continetur quadringentos §. 9.
ex nobilibus coniurasse pro Luthero, et adiecit 'Buntschuch, Buntschuch'. O homines extreme importunos: prodesse volunt Luthero, perniciose obsunt. quanquam sunt qui ab inimicis conflictum hoc putent ad movendam illi invidiam; quod valde mihi verisimile est. Excita tuorum hominum §. 10.
animos: nam quædam in civitatibus mihi spes est propter studium libertatis peculiare vobis. Franciscum habemus in partibus, non faventem iam, §. 11.
sed commotissime ardentem: totus imbibit Lutherum, inter cœnandum illius opuscula legi iubet; audivi iurantem non defuturum se quantocumque suo cum periculo veritatis caussæ. Scias oraculum esse hanc vocem: §. 12.
talis constantia est: prædicabis hunc apud tuos cives hoc elogio 'maior animus in Germania non est'. Vellem nulla esse eius in me beneficia, quæ sunt plurima, nequis arbitretur hanc me illi referre gratiam; hoc

halten mug der Keyſer, geleit dē Luther tzugeſagt, Ey die frūſten leut, wie aber duncket dich nit das man alle auff eym mal treybe auß Teutzſche land mit dē yrē vnrechtē recht, Die boſhafftigen biſchoff begerten wol in dieſē falle, nach tzu folgen, yren vorfaren, die §. 7.
ſolche beyſpil vorgelegt, do ſy Joannem Huß verbrant Man ſagt vnſer Keyſer habe be- §. 8.
ſchloſſen, das er Bebſtliche part, vñ dy Romiſchē Kirchē, aufs hefftigeſt wol verteydingē vñ beſchutzē, Dohin habē in eigentlichen bracht boſe ratgeber. Nun begibt ſich vberall groſe frolockē d' pfaffē, ſy werdē pald Trumphieren, wan ſy meynen das Spill ſei tzum endt kummen, wiſſen aber nit die armē leudt, wie es noch weyt vom endt ſei, vnd das noch
der beſchluß deß ſchpilß verhanden, Es hat eyner offentlich ein tzetel angeſchlagē, darin §. 9.
vergriffen wie vierhundert vō dem adel, tzuſamen geſchworn, bey tzuſten dem luther, vnd iſt dartzu geſetzt geweſen, Buntſchuch Buntſchuch, O wie hailos leut, ſy meinen nutz tzuſchaffen dem luther, vnd ſeint im auf daß ergſt ſchedlich, wie wol etzlich meinen es haben ſeine abgunner ſolchs erdicht dz ſy ym mochtē veintſchafft machen, vnd abpfal, welches §. 10.
ich ſer wol glaub, wecke auff der deinen gemuet, wann mir noch gute hoffnung iſt tzu den ſteten, von wegen des fleis den yr als vor eygen habt tzu der freyheit. Wyr haben §. 11.
frantzen, auff vnſer ſeiten ytzund nit allein gunſtig, ſundern gentzlich hitzig vnd entzundet. Er hat den luter gantz in ſich getruncken, alſo tzu reden, ſeine buchlein leſt er tzu Tiſch leſen, ich hab in ſchweren horn, wie ehr nit wolle vorlaſſen die warheit, es treff an
was es wolle, du ſolſt eygentlich diſe wort vor gotliche ſtim halten, ſo gros iſt ſein be- §. 12.
ſtendigkeit, du magſt in auch pillich pey den deinē vō ſolchem lob rumen, es iſt in Teut-

---

[2] iusticia pellendi *3.* [4] Io. *2. 7. 8.* Iohanne *3.* [6] exsultatio *7. 8.* [8] adh. ult. *6.* [10] Bundschuch *bis 3.* [12] Quamquam *6...8.* § 11. 12. *omis. 3. pergens* Fertur Lutherus diuino [17] egi *7.* [18] hanc esse *6.* [31] vud *1.*

Digitized by Google

uno gravor quo minus totum me effundam in laudationem virtutum illius quas habet plane heroicas: nam in eius consilia nihil humile cadit. Deus servet spiritum quem in illo excitavit! Sic orat Lutherus et ego præeunti
§. 13. illi succino. Sed ad ipsum redeo: fertur divino instinctu manifestissime ac humana omnia consilia excludit totusque a deo pendet; mortem autem ut nemo unquam contemnit. Christus servet evangelistam suum vel ad
§. 14. tempus quo in animis hominum vera pietas coaluerit. Abeuntem eum sequetur edictum, ut mihi scribunt amici, longe atrocissimum: cui valde metuo ne bona Germaniæ pars reclamatura sit: sic ardent factiones. Hæc de multis pauca. tu aliquid item ad me perscribe, quod diu iam non fecisti, ac vale. Ex Ebernb. Cal. Maias.

ſchem land nit groſſerß gemuet: Ich mocht ietzt wol leiden das er nit ſo vil wolthat mir beweiſt, als er vntzelig gethan hat, das nicht ymant meinnet, wie ich der maſſen ym wider disnen vnd dancken wolt, diſes beſchwert mich alein, das ich mich nit gantz gibe yn lobe ſeiner tugent die er hat gantz furſtlich, wann in ſein vornemen felt nichß ſchlechtß, Gott woll ym behalten den geiſt, den er hat in ym erweckt. Sunder lutter bitet, aber
§. 13. ich ſinge ym nach, Nun kum ich wider tzu im: Es iſt gantz klar am tage, das er aus gotlichem eingeben getzogen, ſchleuſt aus alle menſchliche redt, vnd hangt gantz an got, aber den tot veracht er als irgent einer, Chriſtus bewar ſeinen Euangeliſten, ein leine etzliche tzeitlang, bis das in den hertzenn der menſchen, die recht frumckeit aufwachß.
§. 14. So er hinweg tzeuhet, werdt im nahchgeſchickt eyn gepote, als mir von guten frunden geſchriben, aufs aller grauſammeſt, welchen doch, ſorg ich das groſte teil theutſcheß landß widerſchprechen wert, ſo heſſtig ſein die partey. diſe wenig, von dilen habe ich dier nit vorhalten wollen, dergeleichē bit ich wolleſt auch etwaß tzu mir ſchreibē, daß du itzunt lang anſten haſt laſſen Dar mit got bevolhē auß Eberburgk: Im Jar Thauſent funfhundert xxi: Ich habs gewagt

---

VORMATIÆ. **CCXXXXVII.** 5. MAI. A. 1521.

VLRICO HVTTENO EQVITI SVO
HERMANNVS BVSCHIVS.

§. 1. *Optarem minas tuas aliquando deterius evenire Romanistis quam eveniunt: qui primo pessime sibi timebant tua causa, ridere nunc et ioci materiam habere palam in circulis, etiam nostrorum, non formidant. Tan-*

CCXXXXVII. 1 = MS. Spalatin. Vimar. 4°. foll. 444. sq. 2 = *Kapp* (Ind. bibl. n. 68.) p. 448...450. 3 = Wagenseil. n. LXV. p. 314...316. 4 = Hutt. Münch. IV. p. 306...308. Germanice in *Luthers Schriften von Walch.* XV. p. 1952...55. n. 500.

[4] Sed *edd. et versio.* Sic *corr. H.* [5] edictum] Vormatiense d. (8. s. potius) 26. Maii publicatum. Cf. supra p. 13. [11] M. D. XXI. *add. 6. 7.* [19] leine (pro kleine) *1.*

Digitized by Google

tum adcedit audaciæ illis, dum, ut aiunt, solum latras neque mordes.
'Facile' inquiunt 'est eum ferre hostem, qui hactenus nocet ut minetur, §. 2.
'nec feriat. Quorsum istæ assiduæ sed inanes minæ? quis demum finis
'minarum? quam diu seipsum sic traducet? age incipiat semel tonare, si-
'quid valet ignava nubes ista. terrere scit, nocere nequit Huttenus vester: §. 3.
'hoc est quod aiunt, vanam esse iram absque viribus: scribit Carolo, prin-
'cipibus, archiepiscopis, nobis: satis quidem minatur; quum tamen nihil
'maioris periculi quam hactenus aliunde imbumbit, tuti sumus. Cedo, num §. 4.
'vidistis ipsi, Germani, an ob hasce minulas Huttenicas quicquam nostri
'muneris remiserimus interea, imo an non magis etiam contenderimus?
'et contendemus tanto pertinacius quanto ille minatur vanius; neque eius §. 5.
'aut ullius victi terroribus absistemus, quoad pensum nostrum absolutum
'Leoni triumphantes gratulantesque assignemus damnato Luthero, etiam
'per strages Germanorum, si qui opponere se nobis temere fuerint ausi.'
Peream si non ita palam concionabundi audacissime blaterant. Nuper §. 6.
Hispanus quidam Bullam Leonis a te explanatam bibliopolæ ereptam furens concerpsit concerptamque pedibus, in medio luto pedibus conculcavit.
Præterea iam proxime adhuc quinto Nonas huius mensis sacerdos ex aula §. 7.
Caroli cum duobus ex eadem aula Hispanis satellitibus pauperculo cuidam
fascem LXXX ferme Captivitatis Babylonicæ exemplaria continentem vi
eripuit ante palatium, eiusque nonnullos libellos laceravit, laceraturus
omnes, nisi tandem proximus quisque bibliopolæ concurrentes nebulonem
cum satellitibus in palatium refugere coegissent. Vidi etiam his ipsis §. 8.
diebus equitem quendam Hispanum evaginato gladio unum e nostris fugien-
tem persequi tanta rabie, ut ante ianuam quam fugiens vix evaserat, cum
equo rueret, nec resurgere nisi adiuvante Germano quodam posset; quorum
cum multi circumstarent, nemo tamen vel digito ausus est illum inclementius attingere. Frustra, ut experior, hoc genus homines appellamus igna-
vos, ipsi profecto ignavissimi. Aleander ita se Carolo insinuavit, ut ubi- §. 9.
que propemodum lateri eius inhæreat, pedissequis Principibus. Toto die
ternos quaternosve Hispanos videas mulis suis sublimes per forum vehi
turba submota vel subtrita: et tacemus et cedimus toto foro exacti. Hæc §. 10.
mera libertas nostra, cui si putas a te succurri posse, quid expectas?
discessum Caroli? nimis serum hoc videtur multis, expectare donec in tu-
tum se recipiant quos solos ulcisci dignum erat, quibus nemo libertatem

---

[1] accedit *4.* audacie *1. 2.* [6] Carolo *etc.*] cf. supra exhortationes invectivasque p. 371. sqq. 12. sqq. [8] Credo *omnes. feci* Cedo, *i. e.* cette *pro* cedite, dicite. [11] contendimus *2...4. falso.* [12] absistemus] abstinemus *2...4. falso.* [17] pedibus in m. luto conc. *2...4. Sed ut dedimus, quamvis minus placeat, bis* pedibus *est in 1.* [18] Preterea *1. 2.* [19] sattellitibus *3. et sic paulo post iterum.* [20] Capt. Babyl.] incunte m. Oct. a. 1520. editæ. [22] proximus quisque ... concurrentes *etiam 1.* bibliopole *1. 2.* [24] quemdam *4.* [30] inhereat *1. 2.* [32] Hec *1.* [33] exspectas *3. 4. ubiq.*

Digitized by Google

Germanicam magis oppugnavit, nemo Luthero et tibi ipsi infensior fuit,
§. 11. *nuncios inquam istos apostolicos. qui si incolumes e Germania dimittuntur*
a te, non exiguam expectationis fecisti iacturam, Huttene. proinde in-
cumbe, ne saltem omnes elabantur illæsi, ne minæ istæ tuæ penitus inanes
§. 12. *intelligantur fuisse. Si bellum faciendum est curtisanis, quos vocant, his*
maxime faciendum est; qui ut Germani non sunt, ita Germanos maxime
oderunt et vexatos cupiunt. nostros hinc Romam commeantes quotidie per-
sequi bello, sine noxa emissi•[istis], plus vereor ne invidiæ habiturum
sit quam gloriæ; quamobrem omnino hos mallem vindicta exciperet quam
nostros. Utcunque sit, te cessasse huc usque tuis etiam familiarissimis dolet.
§. 13. *Ego hic expecto publicationem Augustalis edicti in Lutherum Lutherianos-*
que omnes, quod magno fremitu nobis minantur Romanistæ, utpote quo
non solum in libros, sed in ipsa quoque corpora desævietur Lutherianorum.
Vale. Vormatiæ, Tertio Nonas Maias. Ex ædibus Theobaldi Doctoris,
extemporaliter. Et boni consule quæ amice scribimus. M.D.XXI.

Vormatiæ.

Ad hanc epistolam iuvabit ex Ioa. Cochlæi hist. de actis et scriptis Lutheri (Paris. 1565. 8°.) hunc ad a. 1521. scriptum locum (fol. 33.) adnotasse:

„*Quantum vero laudabant illum [Carolum V. imp.] viri boni gravesque ac pii, tantum in occulto murmurabant et criminabantur Lutherani, dicentes eum esse puerum qui nutu et blanditiis papistarum et episcoporum trahatur quocunque velint. præcipue vero irascebantur minisque et clamoribus frendebant duo ex Germanorum poetis, stemmate quidem avito nobiles et ingenio clari, sed animo maxime feroces, Ulricus Huttenus Francus et Hermannus Buschius Westphalus, hostes sane antiqui, hic theologorum scholasticorum et monachorum, ille curtisanorum ac nunciorum Romanæ Curiæ. Inscribebatur itaque valvis noctu passim per plateas urbis 'Væ terræ, cuius rex puer est'; affigebatur item valvis prætorii hostilis schedula, in qua fingebantur CCCC equites Germani bellum indicere cardinali et archiepiscopo Moguntino, qui per Germaniam inter imperii principes electores decanus est, loco et dignitate post imperatorem proximus; nullius tamen equitis nomen schedulæ adscriptum erat; cæterum in fine comminationis apposita cernebatur seditiosa vox ista Germanica 'Buntschuch, Buntschuch, Buntschuch,' quæ significat fœdus populare seu potius coniurationem contra superiores. Atque ut maior inculeretur catholicis terror, non longe aberat a Wormacia vir nobilis ac potens Franciscus de Sicking, magnam ex militia famam nactus . . .*"

•[2] nuntios *4.* [4] illesi *1. 2.* mine iste *2.* (minę-istę *1.*) [8] emissos *3. 4. scilicet sensum non magis capientes quam Frickius ille (Luth. Schriften v. Walch.* XV. *p.* 1954) *cum vertit* Ich beſorge, wenn die unſrige, die nach Rom geben, täglich verfolget werden, daß ſolches mehr Erbitterung als Ehre nach ſich zeucht, weil ſie ohne ihre Schuld ausgegangen. Buschius vult parum gloriæ habere persequi Germanicos curtisanos, dum sine sua pœna emitterentur Itali isti. istis *addidi.* [11] August. ed.] „des Augſpurgiſchen Edicts" Sic Frickius. Cf. de edicto Vormatiensi d. (8.) 26. April. publicato supra p. 13. [14] Vormatie *2.* Theob.] *Fettich, med. doct.* [15] que *2.* (c̄ *1.*)

Digitized by Google

Deinde fol. 39[b]:

„ . . *ipse elector Saxoniæ inter amicos querebatur indignum esse et contra maiestatem imperii hominem sic intercipi sub fide publica captumque teneri. In vulgo autem turbulentissimæ iactabantur querelæ, cum ab aliis, tum vero amarissime ac vehementissime a duobus poetis supradictis, Ulrico Hutteno et Hermanno Buschio, quorum hic præsens in urbe clamoribus et querimoniis omnia complebat, ille vero absens non longe a Wormacia in arce Francisci nobilis viri convitiosissimam misit eo epistolam, adversus omnes episcopos et clericos. unde fiebat ut nihil expectaretur certius quam gravis et cruenta contra Cæsarem omnemque clerum seditio. sed ætas bonitasque Cæsaris ac principum diligentia proclives in seditionem animos cohibuerunt.*"

CCXXXXVIII.

Sequentem epistulam Burckhardus (II. p. 213...215) inmerito Hutteno nostro adiudicavit et ex eo sine iudicio Wagenseilius (n. LXVI. p. 317.) et Münchius (IV. p. 291.) repetierunt. Qui Hutteni elegantissimam manum novit (ne de stilo argumentoque dicam), facile viderit falli eos qui Huttenum nostrum eam epistulam scripsisse opinantur, quam depictam edidit F. G. Ghillany (Index rarissimor. aliquot libror. mss. sæculoq. XV typis descriptor. quos habet bibl. publ. Noribergensis [ubi etiamnunc ep. servatur] Norib. 1846. fol. p. 28. sqq.), manum equitis non fuisse elegantissimam prænonens. Neque Ulricus Huttenus nostri Ulrici patruelis Wirceburgensis hoc epistolium scripsit; nam et huius manus diversa fuit.

†

Notabitis primo quod
Claus narr iſt
auch mit jn rethen.

Inferiorem profecto me esse nosti, mi Spectatiss. D. ꝑpte, quam vt t. D. in re tam cunctabunda modum præscribam, verum malo t. D. in hoc morem

---

[24] Ad Præpositum quemdam. *1...3. et 3. statim addid.* (Bartholomæum Bernhardi, Cambergensem.) † Notab. ... rethen. *omis. 1...4.* [28] nosti] nosco *1...4. falso.* spectatissime domine præposite, quam ut tuæ dignitati *s.* dominationi (*nam neque hæc forma hoc scriptore indigna esse videtur*)

Seckendorfius (Hist. Luth. 1692. fol. p. 170) 'Primus in Saxonia' scripserat 'quod sciam, coniugem ducere ausus est, hoc anno 1521. Bartholomæus Bern'hardi, Veldtkirchensis Bavarus, Curiæ in Rhætis Sacerdos factus; sed Kem'bergæ (Cameracum nominat Lutherus) quod est cis Albim oppidum, ditionis 'Electoralis, haud procul Wittemberga, Præpositus sive Parochus' *etc.*; inde Burckhardus, cui illam epistolam Chph. Iacobus Im Hof utendam permiserat, primum 'Ad Bartolom. Bernhardi, Cambergensem Præpositum, scripta forsitan est Epistola hæc' adnotavit, sed mox addidit: „Quum Elsulæ mentio in epistola „Hutteni fiat, Præpositum de matrimonii sui negotio in consilium adhibuisse „eum, colligo. nam venerabatur Bernhardi ... et colebat eos, qui illis tempori„bus Pontificis Romani constitutionibus se opponebant .... Nec Huttenum igitur

Digitized by Google

gerendo, temeritatis notam incurrere, quam nihil respondendo obsequium debitum denegare. Accipe igitur digniss. D. p̄pte quid sentiam. Famæ tuæ iacturam nequaquam vereri potero tum quod illustris illius Baronis præsentia, contubernium non potest non summe honestare, tum quod illum ipsum potius quam Elsulam secutus videberis quare quicquid in hac re feceris fœliciter cedat opto. Valeat. D. E. Vlzuli tui in Stillmessio memor.

T. D.

Vlricꝰ
deditiss.

LOVANII. **CCXXXXVIIII.** 10. MAI. A. 1521.

ERASMVS ROTERODAMVS IODOCO IONÆ S. D.

Hic iam diu rumor est constans, Iona charissime, te Wormaciæ Martino Luthero continenter adfuisse, nec dubito quin tua pietas hoc egerit quod ego fueram acturus si contigisset adesse, ut hæc tragœdia moderatis rationibus sic sopiretur, ne posthac posset maiore cum orbis malo rursus erumpere. . . . . . Atque hic, mi Iona, coactus sum aliquoties desiderare specimen evangelici pectoris, quum viderem Lutherum, sed magis huius fautores hoc arte quadam affectare, ut alios involverent odioso ac periculoso negocio. quid enim attinebat Capnionem satis hactenus oneratum graviore onerare invidia? quid opus erat mei nominis toties invidiosam facere mentionem, quum res id nequaquam flagitaret? admonuerum Lutherum privatis et obsignatis literis; mox Lypsiæ sunt excusæ. admonueram cardinalem Moguntinum obsignatis literis, ne temere Lutherum, cuius adhuc causa plerisque bonis erat plausibilis, quorundam libidini dederet; evulgatæ sunt formis antequam redditæ. Bilibaldus suis ad me literis queritur epistolas quasdam circumferri excusas, quas nemo unquam illi reddidit: in his hortatur eum, ut persistat in eo quod cœperat, quo scilicet volentem nolentem pertrahant in huius factionis consortium . . . . . etiamnum advigiletur siquo modo tantus tumultus sopiri queat: habemus pontificem suapte natura clementissimum, habemus Cæsarem miti

---

CCXXXXVIIII. 1...5 = Erasm. Epp. (Ind. bibl. n. 53,1...5.) 1) p. 655...659. 2) p. 577 ...581. 3) p. 450...454. 4) p. 762...765. XVII. 18. 5) coll. 639...644. n. DLXXII.

„nostrum colere is non potuit". Et has nugas recentiores historiam esse opinati sunt, cum nec qui scripserit epistulam nec ad quem scripta sit, constet, manus autem et scribendi genus ab Huttenico genere alienissima sint. Ceterum Kembergensis ille parochus primus inter Lutheranos maritus factus non est. Cf. I. G. Kapp Epist. Barth. Bern. Feldkirchius pastorum qui temp. reform. matrim. inierunt, neutiquam, ut vulgo creditur, primus. Baruth. 1792. 4°. Vid. Gieseleri Lehrb. der Kirchengesch. III. 1. (Bonn. 1840. 8°.) p. 98.

1 q̄ȝ nihil v̄dēdo 3 pntia 5 in hac re *in marg. add.* 5.6 feliciter cedat, opto. Vale. D. E. VI. Iulii. *1...3.* Valeat Dominatio tua. VI. Iuli tui in stillmessio memor. *4.* 6 D. E.] dominatio egregia? *s.* excellens? *s.* eminens? Vlzuli] Ulrichuli.

18.19 negotio *4. 5. et sic infra.* 22 Lipsiæ *5.* 24 Cf. infra ep. Pirckh. ad Huttenum.

Digitized by Google

placabilique præditum ingenio: id si fieri non potest, nolim ut tu te huic negocio admisceas. amavi semper in te præclaras Christi dotes, quo magis cupio te servari negocio evangelico: quo magis amabam Huttenici venam ingenii, hoc magis doleo nobis ereptum per hos tumultus. Quis autem non excrucietur animo si Philippus Melanchthon, iuvenis tot eximiis dotibus instructus, per hanc tempestatem publicis eruditorum votis adimeretur? Quod si quædam offendunt in his quorum arbitrio res humanæ temperantur, censeo suo domino relinquendos . . . . . Bene vale. Lovanii VI. Id. Maias. Anno M. D. XXI.

[WARTBVRG.] **CCL.** 26. MAI. A. 1521.

[LVTHERVS]
PHILIPPO MELANTHONI
THEOLOGO ECCLESIÆ WITTEMBERGENSIS DOCTORI
IN CHRISTO FRATRI CHARISSIMO.

IHESVS.

Salutem. Quid his literis iamdudum signatis scripserim, oblitus sum, mi Philippe; tamen ad tuas istas respondere denuo volui . . . . . : . . . . Quem [*Oecolampadii librum de confessionis facilitate*] nisi sperassem a Spalatino ad vos missum vel mittendum, una cum epistolis Hutteni adiunctum ad pileos istos et galeritas upupas Wormaciæ scriptis misissem ipse; tamen et ipse aliquid addam si possum in eandem vernacule. Cameracensis novus maritus mihi mirabilis, qui nihil metuat atque adeo sic festinarit in tumultu isto. regat eum dominus et misceat ei oblectamenta lactucis suis, quod et sine precibus meis fiet. . . . . Non deposui spem ad vos redeundi, sic tamen ut faciat deus quod bonum est in oculis suis. Si papa omnes aggredietur qui mecum sentiunt, sine tumultu non erit Germania, et quo citius id tentaverit, hoc citius et ipse et sui peribunt et ego revertar: deus suscitat spiritus multorum atque adeo et vulgi corda, ut mihi verisimile non sit posse rem istam vi compesci, aut si compesci cœperit, decuplo maior erit: habet Germania multos Karsthansen. Murner tacet . . . . . Iterum vale. Inter vocucres de ramis suave cantantes deumque totis viribus laudantes die ac noctu. Dominica Trinitatis. Anno M. D. XXI. *Μαρτῖνος ὁ σός.*

CCL. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n. 57,1.) I. p. 329b. 2 = ibid. 57,4. II. p. 8. sqq. nº. 321. Germanice in *Luthers Schriften v. Walch.* XV. *Anhang.* LXXIX.

5 Lovanio 10. Maji, Anno 1521. *5.*

18 epist.] invectiv. in Lutheromastygas sacerdotes. cf. supra p. 21. sqq. 19 Wormatiæ *2.* 20 Camerac.] Vult Kembergensem præpositum Bernardum, de quo ad superiorem ep. CCXXXXVIII. diximus. 28 ceperit *1.* 31 *Μαρτίνος ὁ σοσ. 1.*

Digitized by Google

[ERPHORDIÆ.] **CCLI.** [M. MAIO? A. 1521.]

D. IOANNI LANGO
LINGVARVM VIRTVTVMQVE OPTIMARVM PERITISSIMO
PROPHETÆ CHRISTI INVICTO
SVO PRÆCEPTORI CHARISSIMO
HEL. EOB. HESSVS S.

Salvus esto, Langi doctissime. Oro ut Arrianum . . . mittas. . . . . Servabis nos si te nobis servas. Mitto responsorium Hutteni ad nostram elegiam additum, ut legas et remittas: nam et Ionas videre cupit . . . . . Vale et tuum Hessum ama. Ex regia.

CCLI. Hessi Epist. fam. (Ind. bibliogr. n. 56, 1.) fol. p. 69. sq.

[ERPHORDIÆ.] **CCLII.** [ÆSTATE A. 1521.]

HELII EOBANI HESSI
AD
HVLDERICHVM HVTTENVM
VT CHRISTIANÆ VERITATIS CAVSSAM ET LVTHERI INIVRIAM ARMIS CONTRA ROMANISTAS PROSEQVATVR
EXHORTATORIVM.

AD HVLDERICHVM HVTTENVM EQVITEM FORTISS.
H. EOBANI HESSI EXHORTATORIVM.

Adsere nunc, fortissime eques, doctissime vates,
Qua debes dextra vindice, quaque potes,
Adsere Germanum, iuvenis Germane, Lutherum:
Te duce libertas nostra tuenda fuit,
Libertas, strigibus quæ nunc oppressa papistis,
Heu nimium longo servit in exilio.
Hanc tu adeo toti per scripta volumina mundo
Questus eras aliquo non renuente premi:
Questus eras, memini, superi audivere querentem,
Nulla sed in terris auris aperta fuit;
Audierant superi, superos audisse putato,
Quaque iubent illi, nitere, perge, rue.

CCLII. 1.4.5. = Indic. bibliogr. n. XXXVIIII. 1...3. 2.3. = Hessi Operum farr. duæ. 1539. et 1564. edd. 2) II. foll. 124b...126. 3) p. 862...866. Exemplum Ff. 1549. 8°. publicatum non contuli.

11 Ad Huldericum Huttenum Equitem et Poetam, ut Lutheri causam adserat, Elegia VI. 2. 3. 5 strygibus 1...3. 6 exsilio 4.

Digitized by Google

En tibi laurentem nectit Victoria palmam,
Proxima de superis hæc dea visa mihi.
Arma manu capienda, quibus cadat hostis inaudax:
Præsidii in libris carminibusque nihil:
Arma manu cape, noster eques fortissime, nec te
Auxiliis vacuum posse manere puta:
Qua se cumque aliquo pandit Germania tractu,
Accedent signis milia multa tuis,
Ipse etiam invictis aderit Franciscus in armis
Per quem Sicchinga est nobilitata domus:
Hic nulli veterum dextra victrice secundus
Præcipue hunc titulum laudis habere volet.
Vos duo vaticinor Romanæ fulmina pesti.
Fallere, Christe, veta quem facis ista loqui.
Sed te præcipue spes nostræ, Huttene, morantur,
Pars quia tu nostri maxima nuper eras:
Scimus enim, rudibus dum te metimur ab annis,
Illa animi quam sit vis generosa tui,
Quam sortis tolerare potens utriusque laborem,
Sive parens veniat sive noverca tibi;
Quamque etiam casus venias expertus in omneis,
Quam manus ingenium nobile prompta sequi.
Eia age, noster eques, tam dotibus aucte benignis,
Talem te populis fac precor esse fidem;
Nec tibi cum forti nimium res hoste futura est,
Vincere qui tales audeat, ille potest.
Tu potes ingenteis heroas in arma ciere,
Quæ possint ipsos arma movere deos.
Ah pereant quos bella iuvant quæcumque, nec ullum
Delectum armorum militiæque tenent:
Hæc sunt iusta quibus faveat Germania bellis,
Quorum est, quæ periit, maxima caussa, fides.
Hos Turcas i vince prius, Germane quibus te
Tam servire diu turpiter anne pudet?
Deinde alios Turcas quæres quos vincere possis,
Quosque labor fuerit vincere forte minor.
Sed tamen imbelles facile est superare cynædos,
Nil dederis, victi iam tibi terga dabunt;

---

14 mihi est 2...5. 19 cunque 4. 5. 20 millia 4. 5. 22 Sigginga 2...5. Sickinga 3. 33 omnes 2...5. 35 Eya 2. 39 ingentes 2...5. 44 causa 3. 5. ubiq. 49 Cynœdos 1. 2. Cinædos 3...5.

Digitized by Google

Namque tuo quoties auro tibi damna tulerunt,
Tu damni nervos in tua membra dabas.
Sed nec opus veterem fuit hic renovare querelam,
Tecum cœpta fuit fabula, noster eques.
Germanum nomen libertatemque iacentem
Erige, ad hoc facinus te tua fata vocant:
Addet imaginibus multum res ista tuorum
Luminis et vestrum nomen ad astra feret;
Quamvis nunc etiam clarum decus Huttenorum,
Te duce iam terris arduiora colat:
Hoc tamen obstantes instructior ibis in hostes,
Materiam nomen sæpe timoris habet.
Sic ferus Ausonias fama quatit Hannibal urbes,
Sic Troiæ fueras quantus, Achille, timor?
Sic ad Alexandri timuerunt nomina gentes,
Nomine sic etiam Scipio fortis erat.
Te quoque, ne dubita, iam nunc timet ista malorum
Colluvies; duplex caussa timoris erat:
Martia pugnantes animabunt arma Camœnæ,
Nec minus hac illa parte timendus eras.
Aspicis ut magno tibi nunc adplaudat honore,
Cum pingit vultus patria grata tuos:
Fortibus Huttenus stat conspiciendus in armis;
Est etiam vultu picta tabella minax:
Aude igitur, generose animi, quem spreveris hostem
Vincere, nec differ longius illud opus.
Muneris hoc, mihi crede, tui est, nec dignius ullum
Te fuit, hoc debes velle, probare, sequi.
Grande rudimentum iam dudum, Huttene, dedisti,
Nec leve pro fratris vulnere fulmen eras,
Scit satis illa tibi cognominis icta tyrannis.
Scis patriæ reges pellere? pelle Italos:
Quorum quid patimur regnum crudele tot annos?
Romula Germanos quid vorat aula lares?
Atque utinam non ad vivum deglubere pergant,
Quas placide Christus pascere iussit, oves;

---

59 eciam 2. 65 Alaxandri 2. 69 animabant 2...5. 71 Adspicis et quanto t. 2. appl. 2. 3. 72 Ut pingat v. p. nostra 2...5. *Alludit ad Hutteni effigiem, qualis est ante vel post nonnullos ipsius libros.* 80 fratris] adgnati, Ioannis Hutteni ab Ulrico duce occisi. 81 *Versus* 81. 82. *male omiserunt* 2...5. *sed in adnot. dedit eos* 4. 82 Horum 2...5. 85 ad rivum d. 5.

Digitized by Google

Nempe doleremus multo minus, istaque quæ nunc
Vulnera magna necant, parva ferenda forent;
Nunc non detondent tantum, sed corpore toto
Quicquid inest vivi sanguinis omne trahunt.
Quare age, tot pudeat tales tolerasse per annos,
Extremus pudor est qualibus esse pares;
Adsere suppressum patriæ virtutis honorem;
Quas dare spes audes, fac precor esse ratas.
Hoc tuus ille animi vigor et nativa requirit
Nobilitas, virtus, gloria, fama, fides;
Meque fer hæc alacri ceu classica voce canentem,
Qua sola potui parte venire tibi.
Atque utinam liceat, quoniam libet, esse in eisdem
Partibus, in quas te nostra Camœna vocat:
Non timeam forti gladios vibrare lacerto,
Non agili clypeum sustinuisse manu.
Crimine sint alii solaque libidine fortes,
Pierides reges inter et arma volant;
Atque ita pro sola Christi pietate tuenda,
Omnibus in Christo fortibus esse licet.
Vive, decus gentisque tuæ, fideique labantis
Spes nova, et hæc oro consule scripta boni.

[EBERNBVRGI.] **CCLIII.** [M. MAIO? A. 1521.]

HVLDERICHI HVTTENI
AD PRÆCEDENS HELII EOBANI HESSI CARMEN RESPONSORIVM.

Edita sollicito per te exhortatio versu,
Si scisses qui sim, nulla futura fuit:
Grata est ista tamen, vatum pulcherrime, grata est
Quæ te pro patria sollicitudo tenet.
Nam video nec adhuc omneis servire paratos,
Nec penitus monitis me peperisse nihil.
Quod superi faxint et cui mea cura laborat
Christus, ut hoc omnes adsiliant animo;

CCLIII. 1...3 = Indic. bibliogr. n. XXXVIIII. 1...3.

90 Quidquid *2. 3. 4.* 95 et genitiva requirunt *2...5.*
Ulr. *2.* Ulrichi *3.* 3 Hessus facie staturaque formosus fuit. 5 omnes *2. 3.*

Digitized by Google

Tunc ego tentavi qui hortantibus omnia verbis,
Nil intentatum reque manuque sinam,
Et quem tu speras facere hoc fausto omine bellum
Posse ducem, si non hoc ero, miles ero.
Sed video socias trepidanti pectore vires
Impete quam deceat languidiore sequi.
Omnia conabor tamen et quo me semel egi
Persistam, cœptis immoriarque meis.
Nec de quo abscedunt coniurata agmina passim,
Quem multi cassa deseruere fide,
Deseram opem patriæ et pro libertate ruendo
Publica tutabor sanguine iura meo.
Quod potuere, leves tenus hac fecere libelli,
Nec patriæ nostrum defuit ingenium.
Nunc opus est capere arma manu, ruere obice bello:
En capio nulla cœpta trahente mora;
Nec suscepta semel facta ut cessantia mitto,
Et si fama fuit mittere, falsa fuit.
Iniice, livor edax, rumorem infense sinistrum,
Egrediar constans per mea fata tamen;
Nec feret ulla dies quod tu mentire futurum,
Qui semel exarsit, pertepuisse animum:
Aut mihi libertas vivo reparabitur armis,
Aut hoc erit saltem, liber ut emoriar.
Terret et infesto Decimus Leo contrait ausu
Intentantque malum tot mihi pontifices:
Terreat, intentent, ego qua via certus eundi
Egrediar, vanos despiciamque metus.
Nec cadet insontis de sanguine gutta Lutheri,
Quæ, si adsim, non sit sanguine mixta meo:
Quod possum, in commune feram, sociumque iuvabo,
Ut prius ingenio, nunc peragente manu.
Nec levius moveor modo quam patruelis adempti
Ultricem peteret cum sibi sanguis opem:
Hostis hic haud nimium fortis: sit fortior, ibo
Pro patria, dubias experiarque vices.
Ut nequeam superare, tamen contendere quibo:
Non audere vetat qui superare vetat.
Hæc quoque, siqua bona est belli causa, optima tandem est,
Et sub qua fortis nemo perire neget.

---

13 Cf. ep. ad Luther. d. 9. Dec. a. 1520. scriptæ §§ 1. 2. 42 quum 2. 3. 47 caussa 2.

Digitized by Google

Ut non sit bona sors; ego dextrum numen adoro.
Nam caussam hanc Christi quis negat esse fidem?
Nescio quo me fata vocent: quocumque vocabunt,
Conatu certum est non trepidante sequi.
Desinite exilium dubiis obtendere cœptis:
Non tanti est serva vivere cum patria;
At mors qualis erit, quæ me, quod vita negabat,
Eripietque malis restituetque mihi:
Quanquam animus meliora mihi præsagit eunti:
Quæ se cumque dabunt, spe præeunte sequar.
Quis scit an hunc frustra Christus velit esse laborem,
Et diversa vetent vincere fata duos?
Lex divina comes, quocumque evadimus, ibit:
Hoc tandem licitum est fidere præsidio:
Forsitan et sociis aderit Franciscus in armis
Invictaque ruens conseret arma manu;
Aut rebus totum his ordo se immittet equester,
Et referent qui me deseruere, pedem.
Quicquid erit, Romam videor spectare ruentem,
Regnaque deiectum perdere pontificem,
Restituique loco Christum et sua iussa sequenteis,
Veraque secure verba licere loqui:
Hoc omen, spes hæc. Quid si quoque sydera volvunt
Infaustos Romæ pontificique dies?
Certe adeo volvunt, venitque optabile tempus,
Quo liceat fœdo demere colla iugo;
Venit, et urgendum est fatum: capite arma, sodales,
Hic dabitur vitam fundere pro patria.
Integer hinc Alcander abit; dubium hoc tamen illi,
Qui semel effugit, semper ut effugiat.
Quem licet eripiat Cæsar mihi: stamina ducunt
In subitos Parcæ pervarianda dies:
Forsitan hunc melior dilapsum hinc hora revolvet,
Nec sua non itidem fata Marinus habet.
Quod potui, facere insidias, servare recessus,
Complectique omnes obsidione vias,
Cessatum nihil est; at Cæsaris agmine tuti
Evadunt: credas sic voluisse deum.

---

50 causam *3.* 51 quocumque *2. 3.* 53 exsilium *2. 3.* 57 Quamquam *2. 3.* 58 cunque *2. 3.* 60 duos] Cf. Hessi exhort. v. 25. 65 his] hic *2. 3.* 71 sidera *2. 3.*

Digitized by Google

Namque meus labor est tantum tua, Christe, voluntas,
Iuxta cuius ego vota minister ago.
Sive voles Thuscum admoliri vincla Leonem
His manibus, frustra liber abire paro,
Sive meo Latios devinci Marte cynædos,
Dent quamcumque fugam, nulla salubris erit.
Sed tu nostra favens cœpta ut melioribus armis,
Christe, iuva, dedimus legibus illa tuis;
Nec me caussa movet, liceat te teste fateri,
Ulla, nisi patitur quod tua triste fides.
En igitur fideique tuæ votisque tuorum
Dexter ades, videant te quoque posse mali,
Et curam esse tibi, quæ nos tueatur ab illis
Quæque iocum leges non sinat esse tuas.
Hoc discant sperare boni, quorum arma ferentum
Milia multa vides quæ tua signa petunt:
Signa petunt, promptæ vires animique parati
Pro te proque tuo nomine cuncta pati:
Annue procinctis. adsit tua sola voluntas,
Invenies qui te regna tenere velint,
Qui tua degeneres nolint calcare Quirites
Iussa, quod heu nimium iam potuere diu.
Scilicet ardenti sequimur tua castra tumultu,
Nec iam aliquid, nisi te bella iubere, deest.
Bella iube, populisque præi qui te auspice pugnent.
Quid tua contrectat sacra prophana' manus?
Sustinet impuros ecclesia casta tyrannos
(Pro dolor) atque aliquid perdidit illa sui.
Vim patitur. fer opem! nam quot patieris in annos
Pareat immundis ut tua sponsa procis?
Classica monstratum vates canit Hessus in hostem,
Iamque aliquos pugnæ fecit amore truces:
Instinctu canit ille tuo; tu signa canenti
Da saltem; frustra, ni dabis, ille canet.
Tu tamen audaces populos hortare canendo,
Hesse, nec a cœpta dimoveare via.
Sunt quibus hoc opus est; nos arma iniussa tenemus,
Et nostra ad sociam sponte venimus opem.

---

91 Cynœdos *1.* Cinædos *2. 3.* 95 causa *3.* 102 Millia *2. 3.* 112 profana *2. 3.* 114 Proh *2. 3.* 122 nec ad c. *3.*

Digitized by Google

Clama alios: mea prompta manus: qui iam irruit hosti
Cominus, Huttenum buccina nulla vocet:
Iam vulnus mea dextra dedit, rupitque quietem:
Sensit et ad motum est pallida Roma novum;
Nec iam decipulas, velut ante, immittere Bullas
Audet et in nostras tendere divitias,
Et, quasi Vindelicas Germania clauserit Alpeis,
Mittere legatos desiit illa suos;
Desiit obtento verum subducere fuco,
Venalem nec iam ponit, ut ante, deum.
Ipsi etiam, seu vincla timent mea, Curtisani,
Sive aliud, multos iam latuere dies,
Et veriti turbare bonos, intendere lites,
Grassari, et Romæ prædam agitare suæ;
Constituere modum sibi, iamque dedere quietem
Vexatæ miris ante modis patriæ.
Sed non hoc satis est, iuvat a radice nefandum
Extirpare deo cœpta iuvante genus.
Id quod conatus si fors implere vetabor,
Hoc fueritque meis viribus impar onus,
Grata tamen veniat patriæ mea fida voluntas:
Velle bene et tandem sit meruisse bene.
Certe hoc quod potero, faciam et nisi fata morantur,
Quas ausus dare sum spes, faciam esse ratas:
Atque ita perrumpam, perrumpam aut ipse peribo,
Hæc postquam semel est alea iacta mihi.

EBERNBVRGI. **CCLIIII.** 27. MAI. 1521.

VLRICHVS AB HVTTEN EQ. MARTINO BVCERO SAL.

§. 1. Si te invenissem Phorcæ, quo matutino adventu valde celeriter sequutus sum, credo coegissem te hoc mutare consilium transeundi in aulam: neque enim video quam te indigniorem posses conditionem accipere; atque hoc habebunt amici quod criminentur non abiecisse cucullum te, ut libere

---

CCLIIII. Röhrich (Ind. bibl. n. 85.) p. 624. sq. ex bibl. Beati Rhenani Sletstadiensi.

[129] immittere *2. 3.* [131] Alpes *2. 3.* [142] Exstirp. *2. 3.* [149] cf. epist. d. 27. Mai. 1520. scriptam, supra p. 351. § 13.

[31] aulam] Spirensem comitis Palatini Friederici, reformationis inimici. *Röhr.*

[33] cucullum] Dominicanum.

Digitized by Google

possis versari in ecclesia dei, sed ut infimis statim sæculi vanitatibus ad-
§. 2. diceres te et ex monasterio in aulam involares. Habes quod contra re-
spondeas? Ego quidem, cum maxime volo defendere te, non invenio nisi
quod verba proflo: disputare enim licet, nemini tamen fidem faciemus bo-
nam esse commutationem status hanc. Tu in aula versaberis, quem ego
cum aptissimum viderem, qui libere verbum dei prædicares, summis co-
natibus ut a monastica servitute eriperere adiuvi? Utinam non fuissem au-
§. 3. thor tibi peius deligendi. Ita contemptibilis visa est apud Franciscum pro-
posita conditio, virum sana iam opinione imbutum et de fide optime sen-
tientem, ut non ignores quanto cum publico profectu illi conversari diu-
tius potuisses? nam retinendus est in partibus ac assidue instandum apud
illum, nequo declinet in consilia adversariorum, qui non desinunt diligen-
§. 4. tissima opera suadere contraria illi. Quod nescio an diutius facere possim
ego: nam alio videor cogi. tibi vero præstitit eorum sequi consilia, a qui-
bus vel hoc debuit abstrahere, quod quidem illi nunquam satis recte ipsis
sibi consuluerint. 'Volumus enim splendido in loco, summos apud viros
'et principes adeo versari Bucerum nostrum ac in magnificis istis sublimem
'spectari aulis: hoc illi honorificum: debet enim istiusmodi honores ca-
'ptare, amicis gloriosum; debet enim iactationis fomentum præbere se sto-
§. 5. 'lido vulgo'. Sed non sic itur ad astra, bone vir, non. Tibi autem opus
non est ut rationes inculerem non probati instituti: nosti ipse. reputa ac
tecum ipse cogita quam debeas a sæculari ista et profana ambitione alie-
nus esse et intendere in gratiam quæ data est tibi Christi Iesu, quam magno
meo cum dolore video negligere te; neque continere me possum, quin
§. 6. animi quod habeo libere aperiam: amo enim te. quare etiam si tantum
apud te possem quantum apud illum Socrates, aversum retraherem ad stu-
diosam quietem et prædicationis officium, aptiorem multo magis hoc qui
facias quam inter aulicas simias qui magno tuo cum incommodo pericliteris. Ubi sunt illi prudentes qui hæc stulta esse probare possunt? Sed iam
satis commonui, tu meliora sequere ac vale. Ex Eberuburgo. VI. Kal. Iunii.

Inscriptio: Martino Bucero presbytero Theologo Christianissimo amico dulcissimo.

---

3 resp. *sine*? *ed. 1.* 7 ? *non habet 1.* 26 illum Socrates] Glauconem Aristonis filium apud Xenoph. Memor. III. 6. Cf. supra vol. I. p. 195. § 2. 30 Cf. infra epp. d. 4. Sept. a. 1521. et d. 5. Febr. a. 1522. datas.

Digitized by Google

WARTBVRG. **CCLV.** 1. IVN. 1521.

Dem geſtrengen vnd veſten Franciſco von Sickingen meynem beſundern Hern vnd Patron Martinus Luther.

Gottes gnade vnd frid in Chriſto vnſerē herrē. Wir leſen (geſtrenger herr) in dē bůch Joſue, da got das volck Iſrael in das verſprochen landt Canaan füret, ... In diſer nechſten faſten ließ ich ein ſenfte vnderricht außgeen den beychtkindern, mit bit an unſere geiſtliche Junckern vnd tyrannen, das ſie die einfeltigen gewiſſen mit frid lieſſen, meiner bůcher halben, daneben anzeigt, wie yr tyranney des beicht hörēs, nit grūd gnůg habe. Aber ſie mit dem kopff hin durch, da iſt kein hören noch bedencken. Woll an ich hab auch mer waſſer blaſſen geſehen, vnd ein mal ſo einen freueln rauch, der ſich vnderſtund die Sonnē zů dempffen, aber der rauch iſt nymmer, die Sonne leücht noch. Ich wil auch fort farē, die warheit auß zů putzen vnd er für machen, vñ mein vngnedige herrē alſo wenig forchtē, als vil ſie mich verachten, wir ſind noch beide nit übern berg. Ich hab aber ein vorteil, ich gee ledig, got geb das die warheit den ſyg behalte, hie mit gott befolhē. Herr Vlrichen von Hutten vnd Martinne Bucerū laß ich E. G. befolhen ſeyn, geben in meyner Pathmos, Prima Junij. M.D.xxj.

Cochlæus (de act. et scr. Lutheri ad a. 1521. Paris. 1565. 8°. fol. 39b. 40a. *sic refert:*

Primum igitur scripsit Teuthonice ad Franciscum à Sicking librum 'de confessione secreta, an papa illam præcipere queat'. In cuius præfatione conferebat papam, episcopos et omnem clerum populis Chananæis, qui noluerunt se dedere ultro, sed expugnati sunt gladio Iosue reges XXXI. *Deinde minabatur eis, si non mutarent instituta sua, fore ut alius eos doceat, non literis et verbis, ut Lutherus, sed factis et armis. Agebat item gratias, primum deo, quod terror Romanæ sedis minutus sit et capitulum illud in Decretis 'Siquis suadente diabolo' homines non amplius incantet: deinde ipsi Francisco, quod multipliciter ac sæpe consolatus ipsum sit, et ad multa se obtulerit: denique commendabat illi Ulricum Huttenum et Martinum Bucerum, quorum hic apostata prædicatorum, ille curialium hostis erat. et eam præfationem scripsit prima die Iunii.*

CCLV. *Repetii ex hoc exemplo:* Von der Beycht, ob | die der Bapſt macht habe zů ge-| bieten. | Doctor Martinus | Luther. | Wittenberg. | M.D.XXij. iar. | *(34 foll. 4°.) Renovavit* de Wette II. p. 13...15. n. 323. *qui prænotavit:* „Die Schrift erſchien im Auguſt oder Sept. d. J. ... Wittenb. s. l. et a. 4°. und öfter, auch 1523. Dann Wittenb. VII. 237. Jen. I. 512. Altenb. I. 783. Leipz. XVII. 692. Walch XIX. 1015.

? **CCLVI.** [POST M. MAI. 1521.]

Schulthayß. ..... Soll das die Chriſtenlich kirch ſein, ſo haben wir ain ſeltzame kirch über kumen. Diß alls ſtrafft der Luther, warlich meins bedunckens recht vnd wol.

CCLVI. Locum desumpsi ex libello Ain ſchöner dialogus vnd | ſtraffred von dem Schulthayß von gayſ3|dorff, mit ſeinem ſchüler, wid' den Pfarrer da ſelbſt vñ ſeinē | helffer

Digitized by Google

Pfarrer. Ach lieber Schulthaiß jr thůnt jm zů vil, jr ſölt nit alſo reden, jr verſtond es nit, man hat eůch etwan auß neyd alſo von jn̄ geſagt, ſo glaubt jr leychtlich.

Schult. Wie maint jr ob ich zů bald gelaub, ſo fragend den paſcuillum von Rom, wie es da ſelbſt zů gang, vnd herr Vlrich von Hutten, den ſelbigē glaub ich wol, auch wayßt d' Simon heſs wol daruon zů ſagen, wañ er es dörfft thůn, vnd er nit des Bapſt diener wär, So hab ich ſöllichs yetz zů Worms ſelbs geſehē, ſo waiß ich wol wie es zů Straßburg, vnd Speyr, auff bayden ſtifften zů gāt, So hör ich es ſey auff anndern ſtifften überal auch alſo, Das nit wunder wer das ſy vns mit jrem böſen leben aber glaubig machtten.

EBERNBVRG. **CCLVII.** 14. IVN. (?) 1521.

¶ Vlrich Vom Hutten, entbeůt allen chriſtlicher Freyheit liebhaberen, alles gůts.

§. 1. Seit har ich mich vmb bezeůgung, vñ (ſo vil in mir) verfechtung chriſtlicher warheit, vnd vätterlicher freyheit willen, in farh vnd not meins leibs vñ gůts begeben, hab ich

CCLVII. 1 = Concilia ... veruaſſt. (Indic. bibliogr. n. XL. 1.)

☞ Wilt wiſſen in eim knopff vnd griff,
warūb doch ſchwanck ſant Peters ſchiff
vnd wer des hatt durchlöchert gar?
Du findſt es hye gantz offenbar.

---

in beyweßen der fierer vñ etlich nachbauren des | dorffs, antreffendt allen mangel vnnd geytz | gayſtlich vnd weltlichs Stands. ꝛc. (Tabula xylogr. in caupona stantes parochum ac scultetum cum puero aliisque adstantibus viris iuxta rusticos compotores ad mensam sedentes repræsentat.) *16 foll. 4°*. Idem locus legitur in libello quem comparatis V diversis exemplis nuper repeti curavit *Oscar Schade* (*Satiren u. Pasquille aus der Reformationszeit. Hannov.* 1856. 8°. II. n. XVI. p. 140). qui tamen non compererat dialogum a se repetitum in brevius redactum esse ex eo cuius inscriptionem exhibuimus, in quo scholaris non nominatur ut qui ex bibliis prælegisset sed ipse interloquitur. Sequitur in hoc libello (Piij[a] ... fol. 16[a].) Ain nach geſprech vñ für bringñ vom | Schulthais an die bauren, Nach abſchaidung | des Pfarrers mit verſamleter gemain. | qui epilogus in iis exemplis non legitur quæ scultetum sine Aegocomensis appellatione exhibent. Neque vero siquis docebit Aegocomensem libellum, sit venia verbo, ex Schadianis exemplis, quorum nonnulla mihi ad manus sunt, explicatum fusiusque descriptum esse, me refragantem habebit. ex litterarum formis operarumque descriptione nihil equidem disceptabo: utraque exempla eodem fere tempore et ex eadem forte officina (sive Argentoratensi, sive Haganoensi?) prodiisse videntur.

[11] von *2...4.* gutes *2. 3.*

Hanc epistulam non eo die Valerii qui est 28. vel 29. Ianuar., sed d. Valerii et Ruffini MM., qui est 14. Iun., sive posteriore die Valerii qui est d. 14. Decembris, scriptam esse apparet ex antiquiore Conradi Zärtlin d. 20. Febr. scripta, quam ex eodem Hutteni libro repetitam subiecimus.

Dem ſtrengen vnd erenueſten herren Johañ Schotten ꝛc. Ritter, meinem günſtigenn herren.

Mein gantz willig dienſt ſey eůch beuor ernueſter herr. Seithār dz ich ewer ſtrengkeit kundtſchafft erlangt zů Wittenburg im ſchloß, über diſch, hab ich eůch ye mer vnd

Digitized by Google

keinen fleiß gespart, kein arbeit vnterlassen, damit ich, was solicher sach zů hilff vnd steür kömen möcht, erfunde vnd zů wegen brächte. Derhalben ich stätes, wo mir dz gebüren §. 2.
mag, alle alten Libereyen ersůcht, ob ich yerget etzwas finden möge dißen dingen dienstlich. das ich das der gantzen gemeyn zů gůt an tag bringe. Mit sollichem fleiß, als ich §. 3.
nechst bey meinem besondern trostlichen gůten freünd vñ enthalter Frantzen von Sickingen, haubtman ꝛc. in seinem schloss Ebernburg, vnter andern alten bücheren, jm villycht von seinem vatter seligen verlaßen, ein büchlin des titels, von haltung der Concilien ꝛc. fundē, vñ mir bald darnoch herre Cůnrat Bärtlin, ein vast nutzlichs büchlin, so er von dem rechten alten glauben zůbehalten, vermanungs weiß beschriben, zůgeschickt, hab ich, vff dz vnser gantz vatterlād nit lang solich nutzs beraubet blibe, genante zwey büchlin zůsamen trucken lassen. Beuilh hye allen, so das wort gottes, Christlichen glau- §. 4.
ben, vnd vätterliche freyheit liebhaben sye zů leßen, vnnd anderen zů leßen zegebenn. Wünschend jn darneben glück, heyl, vnd verstäntnuss aller rechten leer vñ glaubens. Gebenn zů Ebernburg vff den tag Valerij im jar M. D. xxj.

Der stam̄ Symon, vnd sein geschlecht,
Bapst, Cardinál, vnd all ir gbrecht,
Münch, Curtisán, mit hoffs genoss
entdeckt seind hye, an fromkeit bloss.
Vnd leüg ich dir, so bin̄ villycht
mit jnen ich ein öder wycht.
Ein wunder büchlin bin̄ ich gnant,
lang zeyt gelegen vnbekant.
Nun wüsch ich fürhär, rechter zeyt,
glaub mir, der Haß im pfeffer leyt.

Concilium. *etc. ut Ind. bibl. l. c. descripsimus.* 2 = Burckhard. II. p. 186. sq. 3 = Wagenseil. p. 302...305. 4 = Hutt. Münch. V. p. 372.

---

mer in gott dem herren lieb gehabt. von wegen ewers christlichen gemüts. Vnd als ir zůsagen pflegen, dz ir eüch kein zeytlich ding von Christo, vnnd dem alten glauben wöllen abtringen lassen, hab ich soliche wortt weyter erwägen, vnd befunden, dz eim yeden Christen, von nötē sey, solichs fürnemē zůsein. Dieweyl alle ding wandelbar seind vñ vnstät, wes von vns kumpt. Aber der glaub soll sein, vnd ist allein ewig vnd vnwiderrüfflich. Sunst were es vff ein sand oder eyss gebawen, wo man menschlichen meynungen würde anhangen. Bitt ewer strengkeit solichs zůleßen, sampt eim Büchlin, so hye in kurtzem gefunden, vnd schön anzöigt, wie bäpstliche heyligkeit, zů verleyhūg vnser pfründen kömen ist, vnnd in welche gestalt ein Concilium gehalten werden soll. Befyhl mich hyemit ewer strengkeit. Gebē zů Wittenburg am. xx. tag Februarij. Anno ꝛc. xxj.

Ewer strengkeit gůtwilliger
Cůnrat Zärtlin, genannt
Playnbacher, Vicary
zů Bamberg.

*2 erfünde *4*. 3 Lib. erf.] Büchereien durchsucht irgend *4*. 4 soilichem *1*. 5 besonderem *2. 3*. enthalter] Erhalter *4!* 7 büchliu *1*. tittels *2. 3*. 8 vñ mir ... Bärtlin, *omis. 4*. hernach Herr *2. 3*. 9 zugeschicket *2. 3*. 11 Befiehl *4*. 31 wes *sic 1*.

Digitized by Google

METTI. **CCLVIII.** 19. IVL. 1521.

AMICVS [IO. ROGERIVS BRENNONIVS] AD AGRIPPAM [DE NETTESHEYM].

Salve, mi Agrippa, atque si vales recte, valeo ..... Audivimus Lutherum ad Bohemos tutius profugisse, cuius vices nunc gerunt Hutenus ac Melanchton. Robertus a Marka, qui ad Gallos nimis inconstans rursus redierat &c. ..... Vale. Ex nostra civitate Mediomatricum, decima nona Iulii, Anno 1521.

CCLVIII. Agrippæ ab Nettesheym Epp. III. 8. Opp. p. 785. (cf. ad n. CLXXV. vol. I. p. 359.)

STRASSBVRG. **CCLVIIII.** 3. SEPT. 1521.

[Johannes Schott, Drucker]

Dem geſtrengen hochgelerten hern Vlrichen von Hutten poeten laureaten meynem gunſtigen lieben hern ꝛc.

§. 1. Strenger hochgelerter gunſtiger lieber her. Ewer Ernueſt vnd gunſt ſeien mein vnuerdroſſen ganntz willige dienſte vngeſparts fleiß zuuor an. Nachdem vnd Ewer Streng Ernueſt vnd gunſt mich bisher mit bucher zutrucken vor eim andern beſchucht behuldet vnd gunſtlich begabt, des ich nit wenig nutzbarkeit vnd wolthat befunden, auch mit hoher §. 2. danckbarkheit meins vermegens ſampt empßigem fleiß alltzeit zuuerdienen geneigt bin, Vmb welcher freuntſchafft wyllen gunſt vnd wolmeynung Ewer Ernueſt gegen mir ich villeycht mehr verdacht, Dweyl negſtuerruckter zeit zwehn munch aus dem Charthuſer kloſter bey Strasburg zu roß (als gemeyne ſag iſt) hinweg gefurt, Ewer Ernueſt vnd ich daſſelbig zuwegen bracht ſolten haben, durch den prior ſchaffner vnd etlich gemelts kloſters vermeynlich berucht, angeſagt vnd vnder gemeyne burger weitter getragen worden, der meynung als ſolt ich euch in meynem hauß vffgehalten vnd ſolchs gegen den Munchen durch mein §. 3. beyhilff zuwegen bracht. Welche ſchmach vnd Iniury, wo nit furkhomen, mir als einem armen, ſo mit vnertzogenen kleynen kyndren, vnd geſchafftigem burger zu Strasburg zymlichs erbers herkomens (bezeug mich gotts) vnd wandels vnuerſchuldt zu vnuberwindtlichem §. 4. ſchaden vnd verletzung meins guttenn Lumbdens zuruck reichen wurde. Dweil dan Ewer Ernueſt vnd gunſt wol wiſſend, das ich in ſollicher verhandlung mit euch weder mit worten, thatt, vnderweyßung oder beyhilff gethan hab, Iſt an Ewer Ernueſt als mein bſondern gunſtigen hern mein gar dienſtlich vnd fleiſſig Bitt mich ſolchs vermeinten vnuerſchulten bezygs, Iniury vnd ſchmach, mir durch bemelte prior vnd ſchaffner ſampt iren verwandten neben der warheyt zugemeſſen, mit Ewer Ernueſt Furſchrifft gegen einem Erſamen Rath mein gn. hern der Stat Strasburg freuntlicher weyß purgieren vnd entſchul-

CCLVIIII. Schnecgans (Indic. bibliogr. n. 85.) S. 341. f. n. 4.

16 beſchucht]? beſchuehet = unterſtützt? 22.23 verm. berucht] das Gerücht unter den Leuten ausgeſtreut. 25 wo nit furkh.] wenn ihr nicht entgegengetreten, abgeholfen wird. 28 Lumbdens] Leumuts. 29 wiſſennd] wißet, 32 bezygs] Bezeihung, Anſchuldigung. 33 neben der w.] wahrheitswidrig.

Digitized by Google

digen, die gedachten munch zu vnderweyßen vnd berichten ſolchs bezugs vnd weyterung hinfurt gegen mir zuvermeyden vnd muſſig zu ſtehn Als ich mich zu Ewer Ernueſt vnd gunſt des gentzlich verſich, nit vnderlaſſen werde, will ich vmb E. E. vngeſparts fleyß gern vnd gutwillig allʒeit verdienen. Datum zu Strasburg am dritten tag ſeptembris Anno ꝛc. xxj°.

E. E.
williger Joannes Schott
drucker.

[DUERMSTEIN?] **CCLX.** 4. SEPT. 1521.

VLRICHVS AB HVTTEN EQVES MARTINO BVCERO SALVTEM.

Commodum invenerunt me in hoc latibulo tuæ literæ, quas tu II. Nonas Augusti Novophoro ad me dedisti: nam alioqui peregrinaturæ erant variis casibus, cum perpaucis hoc tempore cognitum sit ubi ego laterem. §. 1.
Scribis de tuo statu quæ ego tibi satis prædixi ante quam te isti aulæ committeres. Ob idque nunc, etsi omnia pro voto tibi semper accidere §. 2.
velim, tamen gaudeo iam cognoscere te quam non temere dissuaserim tibi istud institutum, cum tu sequi malueris eorum consilium qui ipsi sibi vix unquam recte consuluerunt. quamquam vel sic non clausa tibi Francisci §. 3.
benignitas est, qui cum ex proxima tua ad me epistola cognovisset instituti te tui pœnitere, cum postridie quam tu eo accesseris illo mittente secutus essem, dixit recte enim futurum fuisse ut te retraherem. pridie §. 4.
quam in expeditionem Ebernburgo abiret, mandavit mihi omnino te monerem nihil iam de pristina erga te voluntate diminutum sibi, posse te quandocumque velis aut per conditiones istic acceptas liceat, domum suam venire, optareque ut id quamprimum facias; integra tibi esse apud se omnia, primum in familia locum, deinde spem uberis alicuius sacerdotii, quod alendo tibi satis sit. quodsi adhuc malis Witenbergæ aut alibi præceptoribus operam dare, exhibiturum eo quoque sumptum tibi in annum

CCLX. Ex Beati Rhenani nunc civitatis Sletstadiensis biblioth. edid. Rœhrich (Ind. bibl. n. 85.) p. 625. sq. n°. v.

[4] Cf. sqq. Epp. n. CCLX. CCLXI. sqq.

[12] latib.] *De Ebernburgo dubitavit Rœhrich, sed equidem* Dürmstein *s.* Dirmstein, *unde et ex infra repetendis epistulis, in quibus idem locus varie scribitur, complures datæ sunt, significari puto, sed non vicum illum, ab episcopis olim habitatam domum episcopalem habentem, a Vormacia tribus fere horis distantem, sed parvum castrum nunc dirutum, tribus fere horis a Lutra Cæsarea distans, quod fuit inter vicos* Hochspeier *et* Weidenthal. Buceri ep. ad Hutt. d. 4. Aug. in oppido Neustadt an der Hardt scripta non exstat. [17] dissuas.] ep. 27. Mai. h. a. cf. p. 75. sq. [22] *legerim* recte me facturum f. *Certe Rœhrichius non recte legit.* [23] expedit.] infelicem illam in Campania Gallica per æstatem a. 1521. eductam.

Digitized by Google

§. 5. unum. Vide ut affectus sit erga te, cui tu prætulisti nondum cognitos. cum huic adsuevisses iam. Quod nisi fecisses, iam esses Landstalli pastor tu: mortuus est enim podagricus ille eique successit ex Francisci liberalitate Nicolaus ille a Stallo, qui tamen daturus tibi est ecclesiam interposito pensionis pacto: per quem ego modum futurum non dubito quin tu pastor futurus sis; nam illi donabit Franciscus aliud quiddam, qui alioqui per §. 6. domestica negotia pastoris officium haud possit obire Nicolaus. Igitur vellem adesse te, ut hæc ageremus. Vix uspiam posses commodius in studiis conquiescere, atque alere tecum, quod proponis, parentes tuos. Mire amœnus est locus et ibi perfacili sumptu vivere licet. iam domus tibi stat, ut illic, magnifica. Si abitum potes impetrare, oro hic accedere, intra §. 7. XX. adhuc diem habebis me in his regionibus. et fiet forte ut in castra ducam te ad Franciscum: nam ibo postquam (prosperante Christo) recuperata huc latendi causa est, valetudo quam curo. Apud Theobaldum Vormatiæ aut Tilonium edisces latibuli locum. Nondum satis intellexi quo in statu sit bellum, sed mox puto aderunt a Nicolao literæ quibus me cer- §. 8. tiorem reddet. In Germania inferiori cottidie crescit Lutherus, neque tamen usquam magis Lutherani sunt homines, ut audio. castra cogit pontifex, et cogat, nos exercitum habemus factionis præsidium. Tu ubiubi eris, fortiter prædica verbum dei nec time eos qui possunt corpus tantum §. 9. occidere, cum in animam iuris habeant nihil. etiam vide ne corruptionibus vincibilem te præbeas, quod facinus admisit, quantum intelligo, præter opinionem meam improbus Capito, qui inescatus perdito lucro ac principis sui admonitu excitatus fertur iam sub ficto nomine in Lutheranos scribere quoque, tantum abest in officio ut manserit homo iniquissimus et quem optimo iure boni omnes odisse perpetuo debeant magis quam §. 10. Lovanienses et Colonienses theologistas: nam hic donec non tentabatur, noster fuit, ac præter animi indicium pecunia conduci, ut verum improbet, sustinuit. laceretur, proscindatur perditus nebulo. Ipse operam dabo ne cui me sic fallendum deinceps præbeam: nam, si nescis, arcana quædam concredidi profananti illi quæ nunc multis argumentis colligo prodi- §. 11. disse galerito suo. O perfidiam hanc! hanc mercedem reddit benignitati meæ, quæ in illum tanta fuit, ut me erroris non pœnitere tantum, sed et pudere debeat. Sed hæc de illo. tu nobis consta ac bene vale mihique celeriter quid facturus sis rescribe. II. Nonas Septembres.

Ottonem profugum clausis illi amicitiæ ubique receptaculis foveo; nam

---

[2] Landstallum *hodie* Landstuhl, *in cuius ecclesia ipse Franciscus sepultus iacet.* [5] pacto *scripsi, cum quod R. dedit* porto *nullum sensum haberet.* [6] qui]? *l.* quum [11] Theob. *(Fettich)* aut Tilon.] Cf. superiore a. ad Bucerum datas epp. [20] nec t.] Cf. evang. sec. Matth. X. 28. [23] Capito aulæ archiepiscopi Alberti Moguntini sese dederat. [24] fertur] *sed falsa fama fuit.* Röhrich. [32] galer.] cardinali Moguntino. [36] Ottonem] Brunfelsium.

Digitized by Google

melius spero de homine quam de pecuniariis ille theologus habuit. Mirum si legere istam potes, ita celeriter et male formatis literis scripsi. Vale.

Inscriptio: Martino Bucero presbytero Christiano sibique amiciss. S.

[LOVANII?] **CCLXI.** [M. OCT.? 1521.]

MAGNIFICO DÑO IO. BAPTISTÆ DE ROMA
PATRITIO MEDIOLANENSI
ANDREAS CALVVS .S.

Quum Huteni Equitis Germanici, Dialogus nuper in lucem editus, ad me peruenerit, lepido quidem, facetoq3 sermone refertus, quem ob eius ornatum, enucleatamq3 orationem profecto cunctis humanarum litterarum studiosis non gratum, immo gratissimum esse censui, et quia non nullis in locis castigatione dignum cognoui, meis illum impensis cudi facere non alienum putaui, eamq3 adhibere in hoc imprimendo diligentiam, ut nullus errori locus remaneat, tuoq3 nomini dicare, ut tutior in uulgus, tua fretus tutela, prodire audeat: Et si (quod ultra spem cueniet) quædam, non ea qua decet obseruatione omitterentur, hoc calchographorum incuriæ ascribes. Tuas nolo amplius delicatas aures ambagibus obtundere, hoc unum scito, me tibi perpetuo deuinctum, tuoq3 nomini ab incunabulis usq3 dicatum vitam traherę. Vale.

CCLXI. *Dedicatoria epist. exempli Dialogorum Fortunæ* &c. in Ind. bibl. n. XXVI. 3. *indicati, quod prodiit* Anno Domini. | M.D.XXI. Menfis Octobris.

DURMSTEIN. **CCLXII.** 21. OCT. 1521.

Dem Erwirdigen vnd andechtigen Hern Jorgen prior der Carthuſen bey Freyburg vnd Viſitator der prouintz des Reinß.

Wirdiger Andechtiger Lieber her vnd Freund Euch zuuor mein willig dinſt. Welcher maſſen vnd mit was freuenlichen durſtigen wortten aus argem neidiſchem gemuth Prior Procurator vnd Conuent des Charthuſer kloſters in Strasburg mich an meynen Eren, ritterlichem Standt vnd herkomen guttem leymut vnd gerucht wider gotlich naturlich vnd der menſchen ſatzung, ſouil an inen zuuerletzen, zuuercleynen, beruchtigen vnd diffamie-

---

CCLXII. Schneegans (Ind. bibl. n. 85.) p. 336. sq. n. 1.

[1] de pec. ille theol.] Cf. § 9. huius ep. [2] [etiam mala valetudine et in Capitonem nimia iracundia excandescente animo vexatus.]

[12.13] Nihil castigatum est in hoc exemplo, nisi ubi Moguntinense exemplar ipsum emendationes faciendas in fine indicaverat. [14] adhibeř *edit. et hoc* ř *pro re hoc exemplum sæpissime utitur.*

[22] Durmſtein] Vide pag. 81. [26] durſtigen] kühnen, frechen

Digitized by Google

ren, nit allein in Irem kloſter, ſonder auch zu Strasburg vnd allenthalben, wo ſie gehort megen werden, ſonder alle verurſachen vnderſtanden, habt ir aus eingeſchloßner copey Inen zugeſchickter vnd vberantwurter miſſiue leichtlich zuerlernen. Dweil nun meyner Eren notturfft nach, angeregte ſchmeh, Iniurj vnd meiner Eren verletzung vngeant zulaſſen mir keins wegs gepuren will vnd aber Ir der gedachten Carthuſer oberher vnd viſitator, hab ich Euch Ir vnbillich vnbeſynd handlung vnd mein notgedrangkt vornemen gegen ynen vnuerhalten nit wollen laſſen, gutlich bittend Ir als der hochuerſtendig (dem onzweyffel dis heſſige ſampt allen Erbern misfellige handlung leid) dermaſſen einſehens haben wollt, damit nit euch vnd gemeiner prouintz oder deren beſonder gelider vnd verwantten Ichts widerwertigs oder nachtheiligs begegne, das mir dan treulich leidt, mich doch hiemit gegen euch entſchuldigt haben, hab ich euch hern viſitator ewer perſon zu beſonderm gefallen nit wollen verhalten, darnach zurichten. Datum zu Durmſtein vff dornſtag nach der heilgen Eylfftauſent Jungfrawen tag Im Jar nach Chriſti vnſers hern geburt thauſent funffhundert vnd Inn xxj°.

Vlrich von Hutten zum Steckelberg der Junger.

DYRENSTEIN. **CCLXIII.** 24. OCT. 1521.

An Prior vnd gantz Conuent des carthuſers kloſters bey der Stat Straßburgkh gelegen.

§. 1. Euch dem prior vnd conuent des cartheuſers kloſters bey Straßburg gelegen thu Ich Vlrich von Hutten ꝛc. zu wyſſen das, wiewol vor langer weyl mich vilfeltiglich durch glaubhafftig hoch vnd niders ſtandts perſonen angelangt, auch menglich zu Strasburg vnd allenthalben vnuerborgen, welcher maſs wider gotlich naturlich vnd der menſchen geſatz beſonder Ir der prior vnd procurator mich an meynen Eren gutten leymut gantz vnuerurſacht vnd an verſchulden aus eigenem drutzigem furnemen, geſchwindem heſſigem freuenlichem gemut, ſo vill an euch, antzutaſten, zuuerletzen, züüerkleynen, diſſamieren vnd nach art der hippenbuben Ewer ſelbſt profeſſion vnd angemaſter Religion zuwider mich ein ketzer, von der Chriſtlichen kirchen abgeßunderten vnd dergleichen außzuſchreyen geluſten laſſen,

§. 2. auch Ir der prior zu antzeig Ewers vnchriſtlichen vnmenſchlichen gifftigen neid vnd haß ſo ir an mich gantz vnuerurſacht gelegt, an etlich meyner biltnuß contrafedt, die auſſerhalb meins beuelchs vff papier gedruckt, mir zuueracht ſchmach vnd hon zu feüberung vnreyniger ewers leibs orten gebruckt zu haben: ſonder alle ſcham helung vnd ſchew: offent-

§. 3. lich berumpt, So hab ich doch ſolich Ewer freüenlich vnbillich Iniurien vnd ſchmehen in anſehung meyner vnſchuldt, auch das ich mich all mein tag nie anderſt dan eim fromen erlichen chriſtlichen Ritterman wolgezympt gehalten bey aller erberkeit (one Rume zureden) yie anderſt erkant zueyffern vnd zuanden, aus miltem dugendhafftem gemut bisher verechtlich vmbgangen, der Züüerſicht Ewer furgenomen argliſtig, heſſig, nateriſch, Ja

---

CCLXIII. Schneegans l. c. p. 337...339. n°. 2.

[16] Dyrenſtein] Cf. Dürmſtein p. 81. [21] geſchwindem] boshaftem, hinterliſtigem [26] hippenbube] ſ. v. a. Straßenjunge; nequam; eig. Hippen (Art dünnes Backwercks) umhertragender Bube. [35] eyffern] effern, abern, erwidern.

Digitized by Google

vnkriſtlichs gemuth vnd vornemen mit gedult vnd ſenfftmutigkeit zuvberwinden. Das §. 4.
aber bey euch nit ſtat haben wollen, noch an obertzelten Iniurien vnd ſchmehen ſettigen laſſen Sonder noch zu merer antzeig Ewers heſtigen argen vnd boſen gemuts gegen mir euch bey Erbern leütten beider geiſtlich vnd weltlichen ſtandts vnuerholen offentlich, ſonder zweyfel aus anreitzen des boſen geiſts der ſolcher lugenhafftiger neidiſcher menſchen hertzen vnd gemuth regieren vnd beſitzen, und alſo Ewer furgenomen ſchme gegen mir zuhauffen, horen laſſen, wie durch mein zuthun zwen Munich Ewer profeſſion, die ich doch vor der zeit weder mit augen geſehen, noch durch ſchrifft oder inander wege erkant, aus Ewerm kloſter mit zwolff reyſigen pferden eigens gewalts genomen vnd entfurt ſoll haben.
Auch damit, ſouil an euch mich zubeleſtigen zubenachtheylen vnd vnruwig zu machen §. 5.
nichts vnderlaſſen werde, habt Jr prior vnd ander ein burger zu Strasburg Hans Schot genant, den ich nie anders dan Erber fromme vnd redlich erkant, gegen mir zu bewegen furgenomen Jn dem Jr lugenhafftig von Jme außzugeben, Er Schot mit verretterey zu erſt angezeigter erdichten handlung beholffig geweſt, kein ſcham getragen, vnd alſo dem fromen bider man allein mir zutrotz zu einem Boßwicht zumachen, von ſeim weib vnd vnertzogen kynden auch heußlichen Eren zuuertreyben; Das Jr von geiſtlichen leutten, §. 6.
wie ir vor andern berumpt ſein wolt, ſo doch Diſe handlung derſelben Eweren angenomen religion gantz wider, Erbermlich zuhoren, vnderſtanden. Dweil nun ſolch Ewer Eigenwillig trutzig freuenlich vnchriſtlich furnemen dermaſſen durch euch vnauffhorlich außgebreyt, das meyner eren notturfft nach die alſo ſtilſchweygennd hinzuſchleyffen vnereyffert zulaſſen keins wegs gepuren wil noch gemeint, So ſag Jch Vlrich von Hutten obgenant §. 7.
zu rettung meyner eren, das ir prior procurator vnd Conuent obangezeigt vnwarhafftigs außſchreyen vnd dargeben den naturlichen vnd der kirchen geſatzen, auch aller billicheit zuwider vff mich erdacht, erlogen, mir unrecht gethan habt, vnd dweil ich vill lieber meyner eigen gutter vnd narung, wo ich an dem vermogen, zehen tauſent gulden verlieren wolt, dan ſolich vnbillich zugefugt ſchmehen vnd Jniurien weitter zudulden, So iſt mein ernſtlich entlich beger vnd geſynnen zu abtrag vnd kleiner erſtattung angeregter zugefugter ſmehe vnd Jniurj mir in monats friſt nach dato ditz briffs dieſelben zehen thauſent gulden an orte ich euch antzeigen wurde an guttem Reiniſchem golde liffern, Auch hinfur §. 8.
euch ſollicher vntzymlicher ſchmehung vnd ereverletzung gegen mir vnd andern von meynent wegen (wie euch als got ergebnen leutten zuthun gepurt) enthalten vnd maſſen wollt, Auch §. 9.
des alles dermaß zugeſchehen bey diſem meynem geſchwornen Botten zuſchreyben; dan wo ſolchs durch euch wie obgemelt nit geſcheh, verechtlich vmbgegangen noch zu geſchriben wurde, Solt Jr als dan wiſſen das ich ſampt andern mein hern freunden gundern vnd gutten geſellen, die ſolcher Ewer Eigen mutwilligen erthichten vnd falſchen handlung auch hochlichen misfallens tragen, wider euch nach allem meynem vermogen trachten furnemen vnd handeln will, damit ich hinfur ſolcher Ewer eigenwilliger tyranniſcher handlung durechtung vnd verkleynigung vertragen, auch dadurch vermerckt werde, das vilen hohen adelichen vnd andern trefflichen weltlichen ſtenden ſollich Ewer Eigenwillige vnnotturfftige ſonder vrſachen geubt handlung von hertzen vnd gemuth leid geweſt vnd noch ſey, das hab §. 10.
ich euch darnach entlich zurichten eins vor alles (dan mir hynfur vnd weitter mit euch zudiſputiern vnd in ſchrifft zubegeben nit gemeint) vnüerhalten nit wollen laſſen. Datum

---

5 neid.] neidiſcher *1*. 10 unr. z. m.] meinen Frieden zu ſtören. unrubig *1*. 11 Schot] Cf. pag. 81. sq. 20 vnereyffert] unerwidert. 31 maſſen] mäßigen.

Digitized by Google

zu Dyrenſtein vff dornſtag nach den heilgen eilfftauſent Jungfrawen tag Anno domini ꝛc. ein vnd zwentzig.

DURMSTAT. **CCLXIIII.** 24. OCT. 1521.

Denn Strengen Ernueſten Furſichtigen vnd Weyſen Meiſter vnd Rat der Stat Strasburg

meynen in ſonder gunſtigen vnd gutten freunden vnd gonnern.

§. 1. Strengen Ernueſten Furſichtigen vnd Weyſen beſondern gunſtigen gutten freunde vnd gunder, Euch zuuor mein freuntlich dinſt mit beſonderm willen bereidt. Aus vnuermeydlicher meyner notturfft werde ich Euch mit diſer ſchrifft antzulauffen genotträngt, die ich §. 2. euch freuntlichen zuuernemen bitte. Das wiewol von zeit ich meyne manliche kleyder angelegt, nie anderſt dan einem fromen erlichen Ritterman wolgezympt gehalten, one das Jemant were, der auch war mit beſtandt mich ein ketzer oder einicher vnerlichen handlung dorffen ſchelten oder zeyhen, Wiewol ich auch mit prior vnd Conuent des Carthuſers kloſters bey Ewer ſtat Strasburg gelegen mein leben lang nie nichts zuthun, ſie weder mit wortten noch wercken Je beleydiget, dadurch ich Inen zu einichem vnwillen oder entborung §. 3. gegen mir Je vrſach gegeben hab, So langt mich doch durch glaubhafftige hoch vnd niders Standts perſonen In ſchrifften vnd ſunſt warhafftig an, wie das des gedachten Chartuſer kloſters prior ſchaffner vnd andere aus freuelichem, durſtigem, eigenwilligem gemut, arger neydiſcher vnd giffiger meynung, ſo ſie vnuerurſacht gegen mir tragen, mich an meynen Eren Ritterlichem herkomen, guttem leymuth vnd geruchte wider gotliche, naturlich vnd der Menſchen ſatzung ſouill an Inen zuuerletzigen verkleynen beruchtigen vnd diffamieren, In Irem kloſter Ewer Stat Strasburg vnd allenthalben, wo ſie gehort mogen werden, vnderſtanden mich ein ketzer, von der Chriſtlichen kirchen abgeſonderten menſchen offentlich außge- §. 4. ſchrien. Es hat auch er der prior, damit er ſeinen vnchriſtlichen haß gegen mir weitter zuerkennen gebe, etzliche meyner biltnuß contrafact, die dan außerhalb meins beuelchs vnnd verwillichung vff papier gedruckt, mir zuuerachtung ſchmach vnd hon zu ſeuberung vnreyniger ſeins leibs orten (wie das dan klarlicher zuſchreyben ſcham tregt) gebraucht, ſich das auch alßo von Jme beſchehen ſonder alle ſcham, helung vnd ſchew bey ſeinen Mu- §. 5. nichen vnd andern berumpt; an dem allein nit geſettiget, ſondern haben er, ſein ſchaffner vnd andere aus ſonderlicher begir vnd luſt mich weitter antzuthaſten, vnbenotigt vnd on vrſach ſich bey Erbarn fromen leutten vnuerholen offentlich horen laſſen, wie durch mein zuthun zwehn Munich Irer profeſſion, die ich vor derſelben zeit weder mit augen geſehen noch durch ſchrifft oder ander weg Je erkant, aus demſelbigen Irem kloſter mit zwolff §. 6. Reyſigen Knechten eigens gewalts vnd freuenlich genomen vnd entfurt ſoll haben. Mir hat auch negſt einer Ewer mitburger, ein Buchdrucker Hans Schott genant (den ich anders nit dan ein Erbarn fromen redlichen man erkannt, auch derhalben in ſondere kuntſchafft genomen vnd in meynen geſchefften die druckerey betreffend gebraucht, darynn vffrichtig, getrew vnd meins gefallens funden vnd geſpurt) in einer Klagſchrifft, der ich euch ein Copey

---

CCLXIIII. Schneegans l. c. p. 339...341. n°. 3.

[12] war] wahr [20] gerucht] guten Ruf

Digitized by Google

hierin verſchloſſen zuſchicke, zuerkennen geben, wie er von gemeltem prior, ſchaffner ꝛc. offentlich gezyhen werde als ſolte er mir durch verreterey zu genenter that die zwehn Munch zuerledigen geholffen haben, mit bit Ine des orts mit antzeigung der warheyt gegen euch als ſeinen herren zuentſchuldigen. Wan nun ſollichs alles mich nit wenig, in anſehung §. 7.
meiner vnd des gedachten Hans Schotten vnſchuldt, behertziget vnd dermaſſen das mir angeregte vnuerſchuldt erdichten, häfftig vnd atroces ſchmach vnd Iniurien vnereyffert vnd gerechtuertigt, noch gemelten Hans Schotten des orts vnuerantwurt zulaſſen keins wegs geburen will noch gemeint, Sonder all mein vermogen durch hilff vnd Rath meiner herren vnd freund daran wenden, damit die gedachten Carthuſer auch meniglich vns vnrecht geſchehen vermercken, vnd durch hilff des almechtigen ſie dahin bringen, das ſie vmb ſolch hefftig, eigenwillig, erdicht ſchmach vnd Iniurien meyner Eren notturfft nach bekerung erſtattung vnd ſatisfaction, wie ir dan billich erachten thun ſollent, Aber Inen Hans Schot- §. 8.
ten betreffend will ich Ine ſouill an mir ſolcher beſchuldigter handlung gegen euch vnd meniglich entſchuldigt haben, mit erbittung ſolchs, wo von notten, glaublicher dan mit diſen ſchlechten ſchrifften dartzuthun. Dweil nun vilgedacht Carthuſer kloſter an Ewer §. 9.
Stat gelegen, euch alßo etzwas angehorig vnd verwandt ſein mocht, So ich dan Euch zu allen Eren vnd freuntſchafft geneigt vngern on groſſe verurſachung beleydigen wolt, So iſt mein freuntliche Bitt, wo ich aus angezeigten merglichen ehafften vnd gedrankten vrſachen zu rettung meyner Eren gegen denſelbigen Carthuſern, Iren zugewandten vnd vnderthanen handlen wurde, mir das keins wegs zuuerargen, noch euch dieſelbigen Carthuſer gegen mir oder meynen helffern bewegen zulaſſen, wie ich mich des vnabſchlaglich vnd alles guts zu euch vertroſte. Das bin ich vmb euch ſampt vnd beſonder zuuerdienen vnd zu- §. 10.
uerſchulden von hertzen willig. Datum zu Durmſtat vff donderſtag nach der heilgen Eylff-. thauſent Jungfrawen tag Im Jar nach Chriſti unſers hern geburt thauſent funffhundert vnd Im einvnnꝛzwentzigſtenn.

Vlrich von Hutten zum Steckelberg der Junger.

DRINNSTEIN. **CCLXV.** 13. NOV. 1521.

Denn Strenngen Ernueſtenn Erſamenn Weiſenn Meiſter vnnd Rat der Statt Strasburg mein beſonndern gunſtigen lieben guten freund vnnd gunnern.

ward, ſo mich alſo vil gůter kunſt nit weiſen, ſouil heilſamer geſchrifften, inn den ich
(on rům zů reden) vmb gegangen, nit leren, ſouil gelärten, bey den ich geůbt, ſo vil red-
licher leůt bey den ich gewont, mit gůten vnderweiſungen vnd beyſpilen, nit haben von
ſöllichen böſen ſitten abziehen, vnd zůr Erberkeit reytzen můgen. Hierumb ich den ſelbi- §.110.
gen Curtiſanen, yetzo ermant haben wil, dunckt er ſich fromm vnd red- | Forderung an den
ſcheltenden Curti-
ſanen.
lich, darff was er hinder einem redt, jm auch fürwarts vnd vnder au-
gen ſagen, das er mit ſeinem ſchelten herfür trette, vnd alſo von den ſachen rede, das
man wiſſe, was, wo, vnd wann, vnd mir wer mich geſcholten, lenger nit vorhalten bleib.
Thůt er das nit, wer dann ſoliche wort von jm gehört, oder noch hörter hören würt, den §.111.
wil ich yetzo vmb gottes, vnd aller Eeren willen gebeeten haben das er jm diſes | Huttens bitte.
mein erbieten vnd ermanung fürhalte, vnd jn der erinnere, wil er ſich dann nit herfür
thůn, das er yn anders nit, dann wie er mich geſcholten, einen verräter vnd böſswicht,
weyter auch für ein diebiſchen verräteriſchen Eer abſchneider, achten vnd halten wöll, biß
ſo lang er ſeines ſcheltens bekenne, vnd ſolliche ſtuck auf mich bringe. Ich wil auch hier- §.112.
neben alle menſchen in gemein vnd eyn yeden in ſonderheit, wie vor, gebeten haben wo
mich etwa ſunſt einer dergleichen, oder ander weiß hinder meinem rucken ſchelte, oder
ſchmächt, das ſie auß mentſchlichem mitleiden, barmhertziger zůneigung, mir daſſelbig an-
zeigen wöllen, vnd in keiner andern geſtalt, oder meinung, dann wo mir vnrecht ge-
ſchicht, das ich mich (als billich) entſchuldigen möchte vnd vorantwurten, oder aber, wo ich
ſchuldig vnd vnrecht funden, das als dann die warheit (durch mein nit verantwurten mö-
gen) an tag komme, vnd erkant werde, was ich für ein man ſey, damit nit mancher
frommer, ſo mir yetzo villeicht, auß achtung meiner vnſchult, anhängig iſt, betrogen
p. 28. | werde. Das wil ich vmb ein yeden, wo mit mir ye müglich ſeyn würt, zů verdie||nen §.113
alzeyt bereit, vnd von hertzen willig gefunden werden. Welche zeyt mir denn, das mich
einner geſcholten hab, fürkompt, wil ich dem ſelbigen (ob gott wil) ſo fernn mir müg-
lich, der maſſen begegnen, das erkennt werdenn ſol, ich hab nichtes, das einen frommen
Rittermäſſigen man, zů entſchützung ſeiner eeren vnd gerůchtes gezäme, vnderlaſſen, dar
an ſol niemandt zweyfelen.

---

13 ymant : etwz and's võ mir 2. 27 erindere 2. erfür 2. 29 abſchneiter 2.

Digitized by Google

[XIII.] Beſchluß rede.

§.111. Alſo wil ich mein fürſatz vnnd mein meinung, die auch anders nitt iſt, auff das nit falſchem vnnd ertichtem außgeben der Curtiſanen geglaubt werde, zů erkennen gegeben
Bit an alle geiſtlichen.
| haben. Bite hirneben das ſelbig alſo gůtlich zů vernemen, vnnd in ſonderheit, alle frommen geiſtlichen, mich auß verdacht zů laſſen, vnd nit allein ſich nichtes bö-
§.115. ſes zů mir, ſonder alles liebs, dienſts, vnnd gůtes zů verſehenn. Dann ich (des ſey gott mein gezeüge) des willens oder meynung wie ſy von mir außgeben nie geweſt auch noch ſein wil, ſonder was ich hierinn gethan, oder noch zůthůn gedencke, hab ich alles der
Hutten der geiſtlicheite zů gůt.
| waren geiſtlicheit vnd eerlichen Prieſterſchafft, zů nůtz vnd gůt angefangen. Hierumb ſollen ſich alle fromme Prieſter vnnd geiſtlichen diſer ſachen freüwenn,
§.116. vnd jn gar nit zů wider achten. Dann ich hoffe es ſoll einenn gůten nützlichen außgang gewinnen. Sölt es aber anders außgehen, wer mir von hertzenn leid, wölt das auch wo öder ſo vil ich jmmer möcht, mit allem fleiß, arbeit, vnnd meinem leib vorhůten vnd
§.117. vorkommen. Wil mich hiemit, allen frommen beuolhen, vnd yederman gebetten haben,
bit der Curtiſanen halber.
| zů behertzigen was vngebürlichs vnchriſtlichs weſens die Curtiſanen bißher vnd noch, zů ſchmach Chriſtlichs glaubenns, ergernüß des gemeinen volcks, vnd verdörb-
§.118. lichem ſchaden teütſcher Nation getriben. Wie vnaußſprechlich groß beſchwärnuß || durch | p. 29.
ſie auff vns gelegt, vil frommer geſchickter perſonen verhindert, vnnd zürück getriben.
§.119. Die geiſtlichen leben in tütſch land.
| Wie erbermlich auch zů ſehenn, das die geiſtlichen lehen, ſo vnſere ältern von irem ſchweiß vnd blůt geſtifft, den merer theil, nit von geiſtlichen leüten, ſonder wie man ſicht, zům theil von ſchalckhafftigen, böſen, eerloſen, vntreüwen
§.120. Penſion vnd abſentz.
| bůben inngehalten, vnnd doch nit das ſie die beſitzen, vnd vorweſen, ſonnder von einem ort zů dem andern penſion und abſentz fordern und ziehen. Wie auch die Pfarzen, darauff ſeelen wärter, das Chriſtlich volck mit predigen und leeren zů vorſorgen ſitzen ſolten, vnnd ires ampts täglich vnd nächtlich pflegen, yetzo von vntüglichen vnuerſtendigen ingehabt, die dann vnder Pfarrer an ire ſtatt ſetzen, den ſie zů auffenthalt jär-
§.121. lich drey pfenning raichenn, vnd werden alſo die pfarzen nit gnůgſamlich vorweſen. Dann
Wie die pfarren jtzo verſehen.
| wo man wol (als oft die pfarzen groß einkommens haben) einen Hochgeleerten, vnnd ſchrifft verſtändigen haben möcht, würt zů einem hyrten geſetzt, einn freyer ſtoltzer junckherr, der etwa außwendig lands nymmer die ſchaff zů waydenn gedenckt, ſonder befilcht ſie dem taglöner, den er vmb die drey pfenning gedingt hat. derſelbig helt
§.122. für kupffern gelt kupffere ſelmeſſen. Wie auch auß ſollichem gefolgt, das yetzo nahet alle
Alle ſachen der geiſtlichen vf gewinn.
| ding in der geiſtlicheit, auß gewinn vnd gelt zů erſchätzen ſteht. Dann wie die vnſern von den Romaniſten geſchätzet, alſo ſůchen darnach ir etliche weg, das ſelbig hie auſſen wider einzůbringen. Alſo das man leider bey den kirchenn mer vnnd ſchädlicher Wücherer vnnd rauber, dan inn den wälden vnnd hecken findt.
§.123. Das wölle ein yeder bedenckenn, auch ob gůt ſey, das wir dem Bapſt, ſeinen Cardinälen,
Das gelt gen Rom.
| vnd andern wollüſtigern zů Rom vnſer gelt, das wir hie auſſen ſchwärlich mangelen, hienweg geben, vnd ſie vns billich die gottes genade, wider Chriſtus vnnd der
§.124. Apoſtelen leer, auch der heiligen Concilien ordnung, verkauffen oder feil bieten. Vnd was teütſche land järlich vnd täglich dem Römiſchen geltſchlund zůſchieb vnd trag, ob wir das

---

[1] Beſchluß. 2. [2] vñ meinūg (*om.* mein) 2. [10] freüwenn] freüween. 1. [20] merer] meeer. 1. [21] zum theil von *omis.* 2. : bůöſen : 2. [32] köpffern ſelmeß : 2. Proverbium est. [37] vñ auch 2. [40] Concillen 1. : vorkaufft od' feyl biete : 2.

Digitized by Google

p. 30. | nit billicher zů vnſer eignen notdurfft bey vnß behielten, lieſſen jn dargelſgen ir aplaß vnd bullen, damit ſie biß her die gantzen Chriſtenheit geblendt, geäfft vnd vor- | fůert haben, weleten Biſchoff, die wir ir ampt zů vorweſen geſchickt wüſten, | vorſorgten die mit mänteln vnd röcken, das ſie die nit zů Rom vmb zehen, zwentzig, oder dreyſſig tauſent gülden kauffen dörfften, dann wenn man ſölichs bedencken, würt man ſpüren vnd finden, das ich ein erbar gůt meinung für hab, vnd es gern wölt gůt ſehen mit vns allen: das hab ich alſo in güter meinung zů verſthen geben wöllen. Got der allmechtig ſchaffe, das es ſich alles zům beſtenn ſchicke, das will ich on vnderlaß bitten vnd begeren. Amen.

Ablaß und bullen. Biſchoff bullen. §. 125.

CCLXXXXIII. 1522.

. . . . . .

Curtiſon. Wen̄ ich die warheit ſoll veriechen ſo iſt nit minder ich kan nit widerſprechenn das die Curtiſey damit man ietz zu Rome vmb gat, vnd des Babſt rantzon gut oder chriſtenlich ſey, wann ich waiß meer von der ſelbigen betrug, vnd boßlíſtgkait zu ſagen, dañ der Luther geſchriben hat, ſprich ſelbs das es gut wer dz man beſſer mittel darin̄ funde, aber Luthers vnd Hutten anſchlag gefelt mir nit, das ſie raten man ſol mit hellenparten vnd ſpieſſen das zuwegen bringenn, wann chriſtus hat ſie das ſelbig nit gelert, Do auch die heiligen apoſtel vnſern glauben auff bracht, haben ſie nit mit hellenparten, ſunder mit guten wercken vnnd wundertzaichen gefochten, es iſt auch nit muglich, das ein gut reformation mit blut vergieſſen geſchech, dañ es wer wider die prophetien, Sunder ſy muß mit friden, vernunfft vñ groſſer ernſtlicher vorbetrachtung, vñ in ainigūg der obrigkait vnd nit mit dem gemainen bofel geſchechen, wañ alle gute reformation ſeind alwegen durch die gnad gottes ſo er die oberkait erleichtet hat, geſchehen, Vnd darumb halt ich gar nichts von den jetzigen laſter vnd ſchmachbuchlein die ſy gegen einander ſchreiben, wann der gmain gut ainfeltig Chriſten menſch wirt durch die ſelbigen nit gebeſſert ſunder geergert, Vnd iſt meer zu beſorgen ſolches gſchech durch den zorn gottes, dañ vns zu gutem . . . . . .

CCLXXXXIII. Hüpſch argument. Red | Frag vnnd antwurtt | dreyer perſon | Nemlich | Curtiſon Edelman Burger | Nicht allein kurtzweilig | ſonder vaſt nutzlich zu leſſen vnnd zu horen Alles | D. M. L. lere betreffend. | M.CCCCC.XXII. | (*s. l. et a.* 4°. 20 Bll.)

WIESENSTEIG.

CCLXXXXIIII. 8. OCT.? 1522.

[VITVS BERLERVS BILIBALDO PIRCKHEIMERO.]

Salve. Liberalissimi mores candidumque illud pectus tuum non nisi gratiis ac amicitiæ natum, Bilibalde doctissime, hoc egerunt nuper, ut ego insigniter

CCLXXXXIIII. Heumann. (Ind. bibliogr. n. 70.) p. 289...298.

[1] zu vnſerer n. 2. [2] geäft 2. [3] vileten : b. 2. [4.5] .x. xx. ob'. xxx. 2. [7] für hab ... güter meinung *omisit 1. per ὁμοιοτέλευτον.* vorſtehen 2.

[32] Berlerus alias Verlerus vel Werlerus tum ab aliis tum ab ipso scribebatur. cf. Heumann. l. c. p. 289. in fine epistolæ Verlerianæ Ticini d. 16. Sept. a. 1519.

Digitized by Google

auderem posthabito omni pudore quiddam per literas erubescere nescias quod præsens vix expostulassem, abs te petere fuerim ausus . . . . . Ioannes Reuchlinus, vir ob trium linguarum peritiam immortalitate dignus, hoc proximo iam mense vitam cum morte feliciter commutavit. id quod mihi tam acerbum fuit, ut multis annis nullius hominis digressus me discruciaverit gravius. video tamen cum illo optime actum, quod ab hoc sæculo non minus scelerato quam ærumnoso sit plane exemtus. Rumor item apud nos longe lateque sparsus est, et ita sparsus, ut non parum multis fidem iam quoque fecerit, Ulricum Huttenum, vere nobilem iuvenem, et hunc quoque diem suum obiisse. quodsi res ita habet (solet enim nonnunquam rumor et variare et augere quod gestum est), doleo illud ingenium, illam in utroque dicendi genere felicem venam, tam immaturo interitu defecisse. Ita dira fati necessitas optima quaeque demetit, peioribus usque ad tædium relictis. Fuit mihi cum homine non vulgaris neque omnino nova familiaritas, utpote in Lipsensi olim gymnasio non pœnitendis auspiciis contracta, ubi quum illic adulescentulus ferme bonas literas non omnino infeliciter profiteretur, ita mihi primo statim gustu placuit, ut spem illico de homine conceperim et amplam et raram. Vitio illi vertebatur, quod acerbius nonnunquam scripserit, quod convitia convitiis accumulaverit, quod plerosque insectaretur odio plus quam tragico. sit ita. sed provocatus, sed iuvenis, sed non nisi quando calamus incaluerat, qua tamen re neminem maiori quam se ipsum gravabat invidia. Si id vitium est, habet id cum multis commune: non possumus omnes Christum et principem et doctorem nostrum referre, qui maledicentibus non vicissim maledixit . . . . . Franciscus de Sickungen si Caroli imperatoris aut consilio aut iussu, id quod plerique suspicantur, tam atroces suscitavit tumultus, habebit fortasse quo sese tueatur; at si suis ipse auspiciis rem tam arduam ac seditiosam tentare fuit ausus, deum mihi iratum imprecor, nisi hæc scintilla tam parvo initio coorta incendium vastissimum sit aliquando paritura: solet enim qui fumus esse coepit, illico ignis fieri, et talis ignis qui paullatim irrepens non extinguatur facile . . . . . De negotio Lutheri vix ausim scribere quae sentio: ita nunc video a plerisque ad calumniam trahi ea quae sincerissimo etiam animo sunt aut scripta aut dicta, interpretanturque in eam quam ipsi velint partem; cum quo tamen hominum genere non pugno, sint per me unicuique libera, modo recta, iudicia. Perlegi nuper illius libellum in Henricum VIII. Angliæ regem editum: si cui iste scribendi modus placet, placeat; nihil improbo aliorum sententias: mihi certe tam acerba insectatio cum in omnibus honestis studiis, tum præcipue in sacris probari neque potest neque debet. Faveo Luthero plurimum, evangelica lux adeo mihi cordi est, ut

---

ad Pirckheimerum scriptæ, et p. 321. in Tranquilli Parthenii ad eundem Pirckh. epistula; item Camerarii epistt. Hessi libell. alt. p. E 8., libell. nov. p. D 8. 3 Reuchlin † d. 30. Iun. 14 Hutteni Lipsiensis professio inter Francofurtanam Gryphiswaldensemque commorationem conlocanda videtur. Cf. supra vol. I: p. 8. *Camerar. in vita Eobani Hessi* (p. B iij. ed. Norimb. 1553. 8°. „Lipsiæ ego puer et primum vidi Eobanum et de fama admiratus fui atque venerans suspexi. Habebat tum Academia Lipsica doctos viros multos. Unum malevolentia et odium quorundam paulo ante expulerat [cf. impr. Epp. O. V. I. 17.], qui in vicinia ad Albin postea consenuit et obiit diem suum, vir omnibus bonis carus Ioannes Aesticampianus. Sed adorant tum eruditionis et humanitatis principes Io. Sturnus, Vitus Berlerus et Georgius Aubanus, Franci ambo. In meo autem magistro Georgio Helto *etc.*

Digitized by Google

mihi nullo tempore unquam aliquid fuerit in votis magis quam ut negotium hoc, qualitercunque sit coeptum, in Iesu Christi ac evangelicæ veritatis gloriam cedat ..... Vale, vir incomparabilis. Ex Wiesensteiga VIII. die Octobr. a. 1522. Vitus Berlerus ex animo ac toto pectore tuus.

CCLXXXXV.

CHILIANI LEIBII ANNALES
Anno domini MDXXII.

..... *Franciscus a Sickingen Septembri mense valido copiosoque equitum peditumque coacto exercitu Trevirensem ingressus diœcesim facili negotio cepit oppidulum, quod Sancti Wendelini dicitur. Egit deinde copias ad Trevirorum muros et mœnia, et illa tormentis quassabat et machinis. Tum dux Fridericus comes Palatinus Cæsaris locum tenens Francisco mandavit per litteras comminatorias feroci cœpto desistere. Ille vero tumens superbia ait ad nuntium 'Sag dem Stathalter das er gemach thue, es gehört mehr dan brief dazue'. Dic, inquit, vicario, ut tarde sustinet, ad hanc rem plus quam litteris opus est. Ad diem deinde Octobris decimum idem Franciscus a Ferdinando illustrissimo archiduce Austriæ nomine Caroli serenissimi Cæsaris eiusque vice, ut publicus et contumax pacis turbator et hostis proscriptione bannove imperiali notatus atque damnatus est. Dum vero illustrissimus Ludovicus Palatinus Rheni princeps elector, et Philippus Hassiæ toparcha collegissent exercitum, vel Trevirensi archiepiscopo laturi subsidium, vel sibi prospecturi, ne, dum proximus arderet paries, ad se quoque flammæ deserperent, abducto a Treviricorum civitate exercitu diœcesin crudeli vastavit incendio. Ad hæc illum suapte sponte ferocem incitabant quos habebat a consiliis, et quod ecclesiasticos omnes volebant pessundatos, Ulricus ab Hutten quidamque cognomine Bützer prædicatorii ordinis apostata, et Hartmuet a Chronburckh, qui secundum nomen suum duræ mentis homo non minus Ulrico Hutteno Lutherana insaniens hæresi inexsaturabili odio furebat in ecclesiasticos.* .....

CCLXXXXV. Aretini *Beytr.* (supra vol. I. p. 55. citt.) 1807. fascic. X. p. 1037. sq.

[ERPHVRDI.E.] **CCLXXXXVI.** [A. 1522?]

[EOBANVS HESSVS]
AD [IVSTVM] IONAM COMMISSA SCRIPTA REPETIT.

Collige quæ dedimus docti tibi carmina Rufi:
Ad dominum fas est iam remeare suum;

CCLXXXXVI. Helii Eobani Hessi Sylvar. lib. III. 9. (in Opp. Hal. Suev. 1539. 8°. fol. 235. Ffurti 1564. 8°. p. 435. sq.)

[3] Wiesensteig, oppidum ad rivum Fils situm, in territorio Ulmensi. [9.10] cœpit ... Wendeslini *Aventin.* [15] sustinet, *sic Avent.* [26] Bützer] i. e. Mart. Bucer. [34] Rufi] Conradi Mutiani Gothani canonici.

Digitized by Google

Iam satis urentes tineas pavere situque
Carmina plus nimio pulverulenta iacent.
Et nisi cumprimis Reuchlinia scripta remittas,
Vix aliquam credam te coluisse fidem:
Namque quid est toties repetita remittere nondum,
Quæ dedimus paucos inspicienda dies?
An quia desinimus studiis iuvenilibus uti,
Ilis me delitiis posse carere putas?
Quod te per superos et sacra silentia testor,
Per Venerem, quae te non sinit esse tuum,
Redde meos Rufos, Reuchlinum redde docentem
Moliri audaci musica regna manu.
Noster idem sed non sævus Draco poscit, Iona,
Omnia ridentis carmina redde Croti;
Præterea Hutteni quonam sit epistola fato
Perdita vel quanam nocte sepulta iacet.
Ne toties pergas certa spe fallere amicum:
Innocui vates et sine fraude sumus.

CCLXXXXVII. 1522.

Die Vorrede des verteütſchers, iñ dits | büchlein, das Marcus Tul=|lius Cicero vom Al=|ter gemacht hat.

WAs mag tröſtlichers erfunden werden? dañ das gegenwer=|itg, oder baldkunfftig alter, vnd vnuermeydenlich endung | vnſers zeytlichen lebens (welchs nach gemeinem won der | menſchē faſt grauſam iſt) frölich vnd nützlich anzünemē? | Darauff dits büchlein durch Ciceronem, als ob etlich an=|der perſon dauon diſputiern, inn Lateiniſcher ſprach gemacht vnnd ge=|gründt iſt. So aber den Teütſchen, die verſtands Lateyniſcher ſprach | mangeln, vnd zů tugentlicher vnterweyſung begirig ſind, die ſelben La=|teiniſchen buchſtaben nit mer, weder vngeſchriben bapir, anzeigen kon=|nen. Wiewol dann hieuor durch ettliche die es on zweiuel auch gůt ge=|meint, obgemelt büchlein vō worten zů worten iñ Teütſch ſprach pracht, | So iſt doch dadurch der recht ſyñ, dermaſſen verdunckelt das die leſere, | gar wenigs luſts vnd verſtands dauon haben mögen. Darumb got dem | almechtigen zůlob, vnd fürderung gemeines nutzs, der wirdig herr | Johan Neuber Capelan zů Schwartzēbergk, auff

CCLXXXXVII. Des hochberümpten Marci Tul|lii Ciceronis büchlein vō dem | Alter, dürch herr Johan | Neuber, Caplan zů | Schwartzenberg | vß dē latein iñ | Teütſch ge|bracht. | Cum Gratia & Priuilegio | Cęſareæ Maieſtatis. | M.D.XXII. | (22 *folia in fol. In fine est:*) Getruckt in der Kayſerlichen ſtat Augſpurg | in koſten vñ verlegung Sigiſmundi | Grym. Als man zalt nach | der geburt Chriſti vnſers Herren | 1522. | jar. |

(Die Abweichungen der neueren Drucke betreffen nur orthographiſches.)

[12] Primas nuptias Ionas Wittenbergæ contraxit d. 9. Febr. a. 1522. [14] De Reuchlini symphonia puto loquitur, quæ adiecta est libro Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi anno MDXVIII. Mense Februario in fol. min. edito, sic inscripto: DE ACCEN|TIBVS, ET ORTHOGRA|PHIA LINGVÆ HEBRAI|cæ, à Iohanne Reuchlin Phorcenſi | LL. Doctore Libri tres Car|dinali Adriano dicati.

Digitized by Google

ſunderliche | bitt des edlen vñ wolgebor̃e herr̃e Johanſen Freyher̃e zů | Schwartzẽberg, der zeit Bambergiſch̃e Hoffmeiſters, | das ſelbig löblich bůchlein vom Alter auß Latein | in Frenckiſch teutſch, vñ nit vō worten zů worten, ſunder vō ſynen zu ſynen, verwandelt | hat, vñ nachmals durch den Hochgeler̃ten vnd Ernveſten Vlrichen vom | Hütten zum Steckelberg Poe-|tam Laureatum cōrrigiert, | vñ wes es mãgels darin-|nen erfunde̅, gepeſſert | Als mã nach Criſti vnſers ſelig-|machers ge-|burt zelet | 1522. |

BASILEÆ. **CCLXXXXVIII.** 28. NOV. A. 1522.

GLAREANVS ZVINGLIO.

Epistolam bene longam mittis, quam tamen voluissem, suavissime Huldrice, multo longiorem: adeo impense gaudebam evangelii rem feliciter ubique ἀναζωπυρεῖσθαι ..... Canones papæ ridiculo habiti sunt Saloduri cum magna Macrini gloria. Huttenus nobiscum est, οὐ χαριεὶς, ὡς οἶομαι, τοῦ πολυΐστορος ξένος. cum eo bis pransus sum; mansurus est aliquandiu hic. sed tutela a magistratu promissa, qua nescio an indiguerit; eam tamen habere voluit. Morbo suo nondum liberatus, et in Germania cum vix alicubi tutus quiescere possit, hic respirandi tantillum spatium quærit. Est etiam hic vere generosus vereque Christianus a Cronenberg, quo non vidi unquam placatius in miseria rerum omnium: nam cum a Palatino innocenter, ut aiunt omnes, spoliatus atque exutus ditione tota, nihil tamen ille mœret, et qui consolari illum debebant, his ille consolator adest ..... Basileæ ex ædibus nostris a. d. 4. Cal. Dec. Aō. a Christi natali 1522. .....

CCLXXXXVIII. Zuinglii Opp. (Indic. bibliogr. n. 81.) VII. 1. p. 247. sq. n⁰. LVI.

BASILEÆ. **CCLXXXXVIIII.** 9. DEC. 1522.

ERASMVS ZVINGLIO.

Humanitatis illud est tuæ, mi Zuingli, boni consulere studium in te meum. sed ego multos frustra admoneo. facile ferrem temeritatem aliorum, nisi hæc res gravaret et bonas literas et bonos viros et rem evangelicam, cui dum stulte favent, officiunt, adeo ut siquis cupiat extinctam doctrinam Christi, non possit meliorem præstare operam. Exiit et aliud nugamentum nugacissimum de pontifice. qui scripsit si addidisset nomen suum, fortiter insaniisset; nunc periculosas nec minus insulsas nugas absque titulo prodidit: si tales sunt omnes Lutherani, mihi valebunt quotquot sunt: nihil unquam vidi dementius his in-

CCLXXXXVIIII. Zuinglii Opp. citt. p. 251. n⁰. LX.

[10] ἀναζ.] resuscitari. [12] Macrinus (*Dürr*) ludi magister Solodurensis. οὐ χ...ξ.] non gratus, ut puto, polyhistori [*Erasmo*] hospes. [21] a. d.] ad *ed. ubi per errorem calculi adicitur* (29. Dec.) *pro* (28. Nov.)

Digitized by Google

eptiis. Nisi me bruma hic alligaret, quovis demigrarem potius quam huiusmodi nænias audire cogerer. Bene vale, mi Zuingli, et rem evangelicam prudenter et fortiter age. Basil. postridie conceptus. 1522.

Erasmus tuus.

BASILEÆ. **CCC.** [DEC. 1522.]

HENRICVS AB EPPENDORF AD ZVINGLIVM THEOLOGVM VERE CHRISTIANVM.

Libellum tuum a Christophoro librario nobis oblatum et quo Germaniæ principibus contra Romani pontificis fraudes saluberrime consulis, avidissime complexi sumus; eundem quoque Ulrico ab Hutten, et religionis et libertatis Germanicæ unico vindici, legendum exhibuimus. Ego qui olim privatis in me beneficiis plurimum debeo, nunc intelligo quam sim nomine communis patriæ denuo tibi obnoxius . . . . . Ex Basilea.

CCC. Zuinglii Opp. citt. p. 259. sq. nº. LXX.

[BASILEÆ.] **CCCI.** 25. DEC. 1522.

ERASMVS ROT. IOANNI BOTZEMO S. D.

Hodie reddita est epistola 14. Novemb. per academicos. . . . . Quid autem insanius quibusdam istis qui nunc videri volunt evangelici? Admonui amicum tibi non incognitum de epistola episcopi Constantiensis vexata. nunc exiit nugamentum longe dementissimum. Demiror quid isti cogitent, aut quid sibi velint. Cronbergius bis mecum est colloquutus et valde placuit hominis modesta prudentia. Huttenum non vidi, nec hoc tempore videre cupio. optime illi volo, si bene velit sibi. mihi est aliud quod agam. Scripsi tibi simul et Fabro. Beatus adhuc abest. Eppendorpius raro nos visit, alioqui sui similis. Salutabis amicos omnes meis verbis . . . . . Habes ad pleraque, sed epistola scripta mox a prandio, quum Baccho sumus afflati verius quam Musis. Natali Christi, Anno M.D.XXII.

CCCI. 1...4 = Erasmi Epp. (Indic. bibliogr. n. 53,2...5.) 1) p. 758. sq. 2) p. 723. sq. 3) p. 997. sq. XX. 33. 4) coll. 739. sq. n. DCXLIII.

[2] „Pertinet verosimiliter ad Huttenum, eo tempore Basileæ commoratum." *Schulthess.*

[8] Libellum] ita inscr.: Suggestio deliberandi super propositione Hadriani P. R. Nerobergæ facta ad principes Germ. &c. 1522. 4º. *Schulthess.* Chph.] Froschovero, celebri Turicensi bibliopola.

[27] *Litteris numeri scripti sunt in 3. Basilea* 25. *Decemb. An.* 1522. *4.*

Digitized by Google

CCCII.

1522.

Kögel ſpil &c.

. . . . . .

¶ Martinus Luther aller kegler (mütter.)

Diſe abetheür iſt vns lang hie verhalten
wie ich dañ hab vnder den alten
Des Euangeliums bücher funden
ſchier zerriſſen vor den hunden
Zů der ſelbigen abentheür das zil.
ich yetz gantz krumm machen wil
Aller kegler můter bin ich genant
wie dañ meine geſellen mich lang hond erkant
Alle krümmy kan ich wol erdencken
hindren ſtülen vnnd hindern bencken
Vnnd krad kan ich werffen zů der queſt
es dunckt mich yetz das aller beſt
Wir jungen wend das zyl verrucken
die alten mügent ſich nyt ſeer bucken
Jr glider ſeind in vngleychſam worden
beſunder der .iiij. Bettlers ordenn
Das prieyor můß hat ſy verderbtt
vnd ye ainer es von dem andren ererbt

¶ Der Hutt.

Tag vnnd nacht will ich mich beſynnen
wie ich die Kugel well dahinnen
Schyeben krumb über die letze hand
ich wirff ſy durch alle land
Teütſch vnnd welſch dem bapſt zů laid
die Kugel laufft heer auff weytter haid
Jnn dem luft gleich wie der ſtaub
auff den Huſſen ſetz ich den beſten glaub.

¶ Eraßmus Roterdam.

Jnn Grecia bin ich lang zeit geweſen
Greckiſch vnd Hebraiſch geleert leſen
Die Epiſtolas Pauli recht tranßferiert
chriſtenlichen glauben mit meiner geſchrifft zyert

— — — — —

welcher recht will thůn ſolß bey mir ſůchen

CCCII. Ex libello (Helvetico, puto,) inscripto: Kögel ſpil gebracttiziert auß dem yetzigen zwy-|tracht des glaubens zů eym tail ain geſelletz, Alle ſo dañ Mart-|tino Luther annhangent. Zům tail die dañ dem Rechtten | alten weeg des Euangeliums nach jrem vermügñ nach | volgent, mit ſampt andren ſo hye dyſem ſpil zů lůgen | hyerin̄ vergriffen genentt werdent. Die Kugel | iſt die hailig Geſchrifft. Das zyl iſt der glaub. | Der platz des Jamertal, kegel ſeind die ar|men ſchlechten einfeltigen leyen. Die ab|entheyer iſt das ewig leben, die dreyer | ſeind die hailgen lerer der Paulus | .iiij. Euangeli. vñ die .xii. poten. || Jm Jar | M D XXII. (8 *foll. in* 4°. *s. l. et a.*)

℄ Philippus Melanthon
Wie wol ich noch nit seer bin alt
hab doch der dapffern weißhait gstalt.
Was die alten überhupfft hond mit sprüngen
thůn ich wider an tag bringen
Mit kunst vnnd weißhait klůg
deren hinder mir stecken genůg.

— — — — —

PATERNACI. **CCCIII.** 5. IAN. 1523.

AGRIPPA [AB NETTESHEYM] AD AMICVM [CLAVD. CANTIVNCVLAM].

Multum admiror, quod, cum toto hoc anno ex civitate Gebennarum plures ad te literas dederim, Cantiuncula doctissime, nullus huc usque abs te responsum acceperim. oro itaque humanitatem tuam, ut per præsentium latorem rescribas, et longiores etiam epistolas; præterea quid Lutherus, Carolostadius, Oecolampadius, Melanchton, Huttenus ab anno citra excusum in lucem ediderint, scire cupio; denique quid Erasmus agat ac quomodo ille cum Luthero consentiat dissentiatve. Porro si tu post Topica tua quid aliud edideris, si Zasii Pandectæ prodierint, mihi rescribas; et si quid penes me est, quod tibi conducere queat, præcipe mihi confidenter, et non frustraberis. Vale fœlicissime. Datum Paternaci celeri calamo, vigilia Regum. 1523.

CCCIII. Agrippæ ab Nettesheym Epp. III. 35. Opp. II. p. 801. cf. edit. ad n. CLXXV. (epist. d. 16. Iun. 1520.) cit.

BASILEÆ. **CCCIIII.** 6. IAN. 1523.

BASILIVS AMERBACH
AD BONIFACIVM, AVENIONE DEGENTEM.

BASIL. VIII. ID. IAN. 1523.

. . . . . Fuit et Hulderichus Huttenus iam mensem nobiscum in diversorio floris; quem Erasmus ne se inviseret ob suspitiones odiosas per ministrum admonuit; quod sepius Huttenus in convicio dicere solet, sub Martium abiturus.

CCCIIII. Ex MSS. Epist. mutuis Amerbach. Basil. G. II. 13b. mihi transcripsit v. cl. Stintzing.

10 Claudius Cantiuncula, Metensis, I. V. D., Basileæ inde ab a. 1517. docens, Erasmi familiaris factus, cancellarii Austriaci in Ensisheim munere functus senex mortuus et apud suos sepultus est. Scripta non nulla indicat Melch. Adam. vitt. ICtor. 11 civ. Geb.] *Genf.* 20 Paternac.] *Payerne* s. *Peterlingen.*
25 BONIF.] fratrem.

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCV.** 20. IAN. 1523.

ZVINGLIO SVO GLAREANVS S. D.

Risisti quæ de Horeste isto scripseram, et merito. . . . . Erasmus quid scripserit, in manu omnium est. senex est, quiescere vellet; sed utraque pars eum trahere conatur: ille humanis sectionibus adesse non vult, et quis eum trahat? quem fugiat, videt, quem sequatur, non item: Christum omnes eius libri sonant; ac magis veri simile Lutherum studiis Erasmi adiutum, quam Erasmum illius. Timidus est, quia cunctator: nunquam quicquam ex illius ore audio quod non Christum sonet. opiniones humanas quasdam habet; Francis plus favere videtur quam Germanis, quanquam omnes adiuvat ex æquo. displicent ei concionatores quidam qui et tibi placere non possunt, qui cum indocti sint Lutherique causam adiuvare volunt, non modo non adiuvant, sed etiam evangelio nocent. Lutheranus esse non vult Erasmus, sed neque Antilutheranus, nisi adeo flagelletur ab iis ut ferre amplius nequeat. Mirum vero cur Germani adeo Erasmo infensi sint, quos adeo literis illustravit, cum tamen pulchellus ille Aleander per totam Germaniam aut certe magnam portionem prope ut insultans victor iverit, a nemine læsus, multos interea lædens: fumi sunt ruinæ hæ: in innocentem Erasmum sæviunt et propterea nunc de eo tales rumores spargunt. . . . . Bas. ex ædibus nostris XIII. Kal. Febr. 1523. . . Vale.

CCCV. Zuinglii Opp. (Indic. bibliogr. n. 81.) p. 263. sqq. n°. III.

[BASILEÆ.] **CCCVI.** 21. IAN. 1523.

IOANNES ŒCOLAMPADIVS HEDIONI CONCIONATORI MOGVNTINENSI S.

Charissime frater, Scit Cratander quod saepe ad te scribo, saepius tui memoriam habeam, imo perpetuam . . . . . Sunt hic ex sacerdotibus et theologis qui de me pessime loqui cupiant, nec desistunt ubi clam conveniunt, tantum machinati ut Hutteno non fuerit diutius tutum hic agere, unde et nudiustertius hinc discessit, quorsum autem nescio . . . . . Vale. ipso die Agnetis. 1523.

CCCVI. DD. Ioannis Oecolampadii et Huldrichi Zvinglii epistolarum libri quatuor. &c. Basil. 1536. fol. f. 209. Cf. infra Excerpta ex Abr. Sculteti Annalib. evang. renovati.

3 Hor. i.] Io. Rom. Wonneckero, de quo cf. Athen. Rauric. 1778. 8°. p. 168. sq.
27 cupiant *Scultetus.* 29 discescit. *I.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCVII.** 1. FEBR. 1523.

ERASMVS ROTERODAMVS MARCO LAVRINO
COLLEGII S. DONOTIANI APVD BRVGAS DECANO S. D.

§. 1. Næ tu plurimum debes Hilario nostro qui tibi sævis rumoribus exanimato, quemadmodum scribis, subito reddiderit animum; sed esse qui rumores huiusmodi mendacissimos spargant, vel ob hoc non debet esse mirum, quia iam novum non est, præsertim quum mundus alat tot ociosos, quibus hoc unice studio est ut quod istis proclive est et solum superest, homines de publicis studiis deque religione Christiana bene mereri conantes linguis veneno tinctis confodiant et vel hac ratione ad breve tempus discrucient animos eorum qui ut publicis commodis gaudent, ita favent utilitati publicæ sua industria consulentibus; verum illud admiror esse qui rumoribus istiusmodi commoveantur, maxime iam toties experti quam vanos fuisse docuerit rerum exitus. mirum autem videri non debet si homines qui nec per somnium quidem unquam intellexerunt quid sit pudescere, audent mentiri de tam procul absente, quum in proximè vicinum soliti sint novas subinde comminisci fabulas. En casus se-
§. 2. narium effudit: arbitror rem iambo dentato dignam. Lovanii tot annos egi, quoties Bruxellam aut Mechliniam me contulissem, totos decem dies minatus iturum me, priusquam irem, isti quos nihil pudet iactabant me fugisse metu. denique quum rusticans Anderlaci, qui locus est et celeberrimus et Bruxellæ, ubi Cæsaris est regia, proximus, valetudini consulerem, pene quotidie in urbem adequitans ac Lovanium quoque subinde recurrens videlicet latitabam istis; ac frequenter eodem tempore Lovanii decumbebam febri immedicabili, et iuxta Bruxellam delapsus ab equo perieram apoplexia, quum multis annis, gratia Christo, non valuissem rectius quam id temporis valebam. sed intra septem annos quoties isti me extulerunt, quoties profligarunt, quoties variis malorum generibus afflixerunt! O plus quam Phalarides ac Mezentios! non satis est semel occidisse miserum Erasmum, nisi toties tot malis excarnificent, tot exitiis ex-
§. 3. tinguant? Nec interim tot suppliciis, tot mortibus saturare possunt crudelem animum: ubi est interim illud Ioannis apostoli 'Qui odit fratrem suum, homicida est'? An non satis declarant isti quid sint facturi si tuto liceat, qui toties occidunt lingua, quoniam ferro non queunt? et tamen dies ille non potest procul abesse quo verum erit dixisse 'Vixit Erasmus', nec ullus est casus non expectandus mihi, qui possit homini accidere. quin mirandum etiam hoc cor-

---

CCCVII. 1 = CATA|LOGVS OMNI-|*um Erafmi Roterodami | lucubrationum, ipfo | autore.* | ¶ EIVSDEM EPISTO|*læ duæ multo eruditiffimæ. [Basil. 1523.]* 8°. foll. Ciij...F^{b}. 2 = Ind. bibl. n. 53,2. p. 932...946. 3 = Ind. bibl. n. 53,3. p. 871...885. 4 = Ind. bibl. n. 53,4. p. 1212...1232. 5 = Ind. bibl. n. 53,5. p. 748...765. Partem huius epistolæ Germanice, sed multa parum recte reddidit *Car. Kieser, Der Streit zw. U. v. H. u. Erasmus v. Rotterdam.* Mainz 1823. 8°. [qui Heckfeldensis sacerdos cum sine dentibus esset, Huttenum mordere voluit.]

[4] Hilario Bertulpho, Erasmo Vivetique familiari poetæ Gandavensi. Cf. Erasmi Epp. et Foppensii Bibl. Belgic. Brux. 1737. 4°. p. 484. [20] Andelaci *1.* Anderl.] *Anderlecht.* [27] pl. q. Phal. et Mez.] *De calculi morbo suo similiter lamentatur in ep. ad Adrianum PP. quæ in Epp. L. B. 1706. publicatis proxime ante ep. ad Laurinum legitur.* [30] Ioa. ap.] I. epist. III. 15.

Digitized by Google

pusculum, per se invalidum, nunc ætatis etiam accessione imbecillius, tot morbis, tot malis, tot laboribus sufficere. quod ego sane devotionibus istorum et aris debere me puto, sic volente deo, ne tam crudeli voluptate cito potiantur. Iam ubi me tandem diris modis confecerunt, tum sæviunt in libros §. 4.
meos perinde atque in liberos charissimos, ut in his veluti redivivus, vel superstes magis, crudelius etiam inteream. hos quoties præfixo θῆτα damnarunt, quoties ultricibus flammis exusserunt! Quo minus adfuerim in conventu Wormaciensi, sive ut nunc doctis vocari cœpit Berbethomagensi, quo certe fueram invitatus; partim in causa fuit quod nollem involvi negocio Lutherano, quod tum vehementer anceps erat, partim quod facile divinarem in tanta principum frequentia tantaque varii generis hominum colluvie non defuturam pestem, quum Colonia non fuisset immunis ab eo malo quum illic primum ageret Cæsar. At mortuo principe Civerio nescio quid conati sunt deferre quidam apud Cæ- §. 5.
sarem, sed adeo impudenter, ut nemini bono cordatoque persuaserint; atque ego submonitus amicorum literis ilico scriptis ad aulæ primores epistolis ita fumum illum discussi, ut omnes mihi non minus amanter quam honorifice responderint: inter quos erat illustrissimus vir Mercurinus Gattinarius, summus Cæsareæ maiestatis cancellarius, Cardinalis Sedunensis, Marlianus episcopus Tudensis, Hieronymus Aleander, tum nuncius apostolicus: nam alios data opera non nomino: solus episcopus Leodiensis dies aliquot remoratus nuncium, tandem exclusus negociis verbis duntaxat respondit. Ubi redisset Cæsar Bruxellam, §. 6.
vix ullus erat dies quin per medium forum ac præter aulam obequitarem, in aula frequenter versarer, idque non admodum ex more meo, ac propemodum magis habitabam Bruxellæ quam Anderlaci; prandebam cum cardinale, confabulabar cum utroque nuncio, visebam oratores, et illi me vicissim Anderlaci; nunquam in vita minus latui nec unquam magis versatus sum in oculis hominum: et erant interim ex istis blateronibus qui descripserant in Germania Erasmum abditum alicubi latitare; nec id factum prius rescivi quam huc me recepissem. Rursus quum Cæsar ageret Brugis una cum rege Danorum et adesset id temporis §. 7.
Britannici regis nomine legatus R. D. Thomas cardinalis Eboracensis, si me domi tuæ tantum continuissem, scis ipse quam latitassem, quum frequenter omnes aut certe præcipuos aulæ proceres haberes convivas, inter quos sedebam, omnibus ut opinor gratissimus: nunc quoties foris prandebam aut cœnabam apud optimates atque etiam apud Danorum regem, qui me vel quotidianum convictorem optabat; quo non obequitabam frequenter et te comite; in qua magnatum celebritate non adfui, nunc in aula Cæsaris, nunc in familia cardinalis Eboracensis, nunc apud alios atque alios, etiamsi frequenter invitatus non ibam! sum enim natura domi amantior, et hoc vitæ genus postulant etiam studia nostra. Atque uti tum latitabam, ita postea fugi: sex totos menses §. 8.

---

[6] Θ, θῆτα] Summi supplicii i. e. mortis (θανάτου) nota. [13] Cieruio *l.* Civer.] *Chièvres*, Guilielmus de Croy, studiis Caroli V. præpositus, in conventu Wormatiensi mortuus. Cf. supra vol. I. p. 260. et Ciacconii vit. pontiff. III. p. 346. [17] Mercur. Arboreus s. de Gattinara, cardinalis presb. a Clemente PP. VII. a. 1529. creatus, Oeniponti a. 1530. exspiravit. Cf. Ciacconii Vit. pontiff. III. p. 504. sqq. [18] Card. Sedun.] Matth. Schinner. † a. 1522. Cf. Ciaccon. III. p. 292. sqq. Marlianus, Aloysius, episc. Tudensis *(Tuy)*, ex Erasmi epp. notus. [20] episc. Leod. Erardus a Marca, Roberti, Sedani principis ac ducis Bullionæi filius, presb. cardinalis † a. 1538. Cf. Ciaccon. III. p. 420. sq. [29] rege Dan.] Christierno II. [30] Brit. regis] Henrici VIII. Thomas *Wolsey*, cardinalis Eboracensis *(of York)*.

Digitized by Google

adornaveram iter Basileam, idque palam omnibus; quandoquidem hoc nomine maturius etiam numeravit Cæsaream pensionem thesaurarius, quod dicerem mihi iter esse Basileam. neque causa latebat, nimirum eadem ob quam toties et ante Basileam invisi prius quam istos heroes timerem: excusum fuerat prius volumen Novi testamenti, supererant annotationes; his adesse cupiebam, non solum ut exirent emendatiores, verum etiam ut paulatim pro re nata vel immutarem aliquid vel adderem; nam in hoc scripti genere redit autori labor actus in orbem cui nunquam exhausti satis est: cupiebam autem hac æditione, quæ tertia erat, postrema defungi. An hæc levis causa videtur? Videatur sane, sed istis ventribus qui tamen ob convivium opiparum non dubitarent vel Basileam usque pedibus advolare: mihi certe ea causa non minus cordi erat quam
§. 9. regi Gallorum ditio Mediolanensis. Iam ad iter eram accinctus, nec quicquam obstabat nisi viarum discrimina; expectabatur igitur tutus commeatus. interea diversis locis colligebatur pecunia, qua gratia et Lovanii sex dies sum commoratus, nimirum et illic latitans, quemadmodum soleo, in diversorio, quo nemo se confert hospitum, adeo ut frequenter non sit locus: pandocheo symbolum
§. 10. est imago viri sylvestris. Forte fortuna tum aderat Hieronymus Aleander, quicum suaviter viximus, nonnunquam et in mediam usque noctem producentes literatas fabulas: convenerat inter nos, ut si contingeret tutum iter, una discederemus: eodem reversus aliquot post diebus etiam tum offendi Aleandrum molientem abitum, quemadmodum moliebar. Bruxellæ didiceram Franciscum Sychinum ducem postridie Tenæ futurum, cui tum pulchre conveniebat cum
§. 11. Cæsare; quomodo nunc conveniat nescio. Is dies erat natalis et meus et apostolorum Simonis et Iudæ: quo quidem die accidit quiddam natali meo dignum, hoc est fatale: Dominicalis quispiam ille, ut opinor, interpres Moriæ, concionatus fuerat in templo divi Petri hora septima, homo confidens ac sibi mire placens: Phormionem quempiam dixisses e comœdia: videbatur non e suggestu sacro, sed prorsus e plaustro loqui; totam ferme horam debacchatus in nomen Erasmi, subinde iungens nomen Lutheri, videlicet ut populus suspicaretur mihi cum illo multum esse negocii; sed præcipue destomachatus est, quod diceret me Augustini quoque libros velle corrigere, in quibus nihil intelligerem; promisit sese copiosius eadem de re concionaturum a prandio, tum enim fœcundi
§. 12. calices faciunt istos disertiores. Harum rerum ignarus quum venissem in templum adfuturus summo sacro, salutavit me Maketus homo comis et illius academiæ vetus alumnus; rogat quid accidisset quod tam mane fuissem in templo, nimirum hora septima, idque præter morem meum. 'Qui mane' inquam? Aderas, inquit, in concione. Risi et intellexi, quod mihi novum non erat rabulam quempiam apud populum blaterasse. Erat autem is theologicæ laureæ candidatus, et hac ratione præbebat sui specimen se non futurum hoc indignum
§. 13. honore. Redeo domum sumpto prandiolo conscensurus equos: nam hora secunda decreveram abire: offendo Aleandrum inambulantem, cui sæpe narraram multa de blateronum eiusmodi impudentia, sed ille non poterat unquam credere. proinde iubeo ut si fidei meæ vellet facere periculum, mitteret aliquem e suis ad templum Dominicalium hora prima: nam illic erat peragendus veteris comœdiæ postremus actus. mittit ille e suis quempiam ad Bucentam,

---

16 *Wirthshaus zum wilden Mann.* 22 Ten.] Belgice *Tienen*, Gallice *Tirlemont.* 23 dies] 28. Octobr. 25 Dominic.] non Nicolaus Egmondanus infensissimus Erasmo, Carmelita.

Digitized by Google

omnium theologorum quos Lovanium intra quinquaginta annos habuit stultissimum: Corebum quempiam dicas: denunciat (nam verba propemodum excepi), ne blateret in famam cuiuspiam, sed doceat evangelium, quoque magis deterreat, admiscet autoritatem summi pontificis, quam illi mire reverentur, quoties illis est commodum ac bonum. suborno qui auscultent: nam mihi erat abeundum ob comites accinctos. hi post perscribunt hominem questum, quod per quosdam non liceret obsequi suo spiritui. Ubi Tenam venio, Franciscus §. 14. quidem dux non aderat, nec expectabatur, sed aderat magna vis militum, partim peditum, partim equitum, partim medii generis qui prædam bigis deportabant, una cum claudis ac sauciis, qui sibi parum caverant in bello. hos habui comites itineris usque ad Spiram. illic transmisso Rheno relinquo illos ad sinistram. horum frequentia hactenus contigit iter tutissimum. Decretum erat quam minimum viæ dispendium facere: solent enim officii gratia more Germanico convenire sodalitates, qua re nihil iucundius quum vacat, sed properanti et fesso, tum itineris negociis occupato nihil inutilius. Interim dum §. 15. salutamur et salutamus, equi neglecti morbum contrahunt aut siti pereunt. Itaque ab oppido Dura recta transcurro Sychimum, relicta ad lævam Colonia Agrippina. Eo die ieiuni sedimus in equis totas novem horas, gnaviter interim equitantes, quod extrema via longior esset opinione, parumque tuta ob montium ac collium flexus. Postridie venimus Confluentiam, hora ferme decima. quum illinc quoque gestirem abire tacitus, nescio quo casu rescivit eximius vir Matthias eius urbis officialis, homo totus bonis libris ac virtuti deditus. is (quod fore divinaram) nos volentes nolentes domum pertrahit, confluunt sodales. illic primum et didici et vehementer sum admiratus in Germania fuisse qui mihi nescio quid metuerent: sed hunc *πάνικὸν θόρυβον* ridens etiam illis ademi. narrabant et episcopum mei conveniendi desiderio teneri: nam et Coloniæ me vocarat ad prandium: sed excusavi cœlum pestilens et incommodum, nimirum prius habens consulere valetudini quam obsequi principum voluntati: verum is tum aberat. Porro quoniam videbam mihi per amicos salutatores non per- §. 16. missum iri, ut eo die me illinc explicarem, ne totus sine linea periret dies, a prandio complures epistolas scripsi diversis amicis, per humanissimum virum Carolum Harstum, qui me officii gratia fuerat eo comitatus. Prius quam Moguntiam pervenirem, in itinere cognovi R. D. cardinalem Moguntinum abesse: itaque solum Capitonem ad colloquium evocavi. simulatque vero et hunc abesse cognovi, accingor itineri. Comites e suis famulis armatos obtulit eximius iuvenis Marquardus ab Hatsteino, canonicus ecclesiæ Moguntinæ, qui nuper mortuus est, longa alioqui vita dignissimus: id quum recusarem, quod ea res frequenter etiam invitat prædones, puerum suum comitem addidit. Wormaciæ §. 17. dum adornatur prandium, Hermannum Buschium ad colloquium evoco, virum nec vulgariter eruditum et mihi vetere necessitudine coniunctissimum. dum is diu frustra quæsitus non invenitur, diutius in hypocausto desideo, non sine magno meo malo: quum enim antea semper bellissime valuissem, illic sensi valetudinem mihi, prædore magis quam calore: adeo mihi male convenit cum hypocaustis Germanis, cui cum ipsis hominibus tam belle convenit; gratularer

---

[2] *κόροιβος*, stolidus et fatuus. Zenob. IV. 58. „*Κορυβίου ἠλιθιώτερος· εὐήθης καὶ μωρός.* Cf. Serv. ad Aen. II. 341. [17] Dura] al. Marcodurum, *Düren.* [20] Confluentiam] *Coblenz* ad Rhenum et Mosellam. [25] *παν. θόρ.*] panicum terrorem. [26] episc.] Richardum a Greiffenklau. [33] rev. dom. card. Mog.] Albertum Brandenburgensem, archiep. [34] Capitonem] Wolfg. Fabricium.

Digitized by Google

§. 18. illis rem tot modis commodam, si mihi liceret communiter frui. Sed tamen primam hanc corporis affectionem labor equitationis excussit. volabamus enim Spiram verius quam equitabamus, et plane pegasos habebam qui nunc quoque devorant dominum suum. Spiram ubi ventum est, ventum est autem admodum sero, recta me confero una cum equis ad ædes Thomæ Truchses, eius ecclesiæ decani, sive quia ille sic crebris ad me literis iusserat, sive quia noveram omnia diversoria militibus undique differta, qui illic ferocius agere solent quam in bello, ita ut forteis decet viros. apud hunc quoniam canonicos aliquot cœnantes offendi, accubui pariter. tepebat et illic hypocaustum, licet abesset nidor: ilico rediit illa iam nimis nota corporis affectio: itaque decretum erat
§. 19. in totum abstinere a delitiis Germanorum. Illic biduum refocillato corpore Argentoratum pervenio. nec hic decreveram commorari, sed Iacobus Spiegel, Cæsaris secretarius, vir eruditus ac moribus plus quam niveis, quem insalutatum præterire non audebam, me prodidit sodalitio, cui nuper accesserat Lucas Bathodius, et hoc in amore cæteris vehementior. Datus est his dies unus et item alter. Inde Sletstadium me confero comitantibus aliquot, inter quos erat Bartholomæus Latomus Trevir, singulari morum et ingenii dexteritate iuvenis,
§. 20. qui Friburgi moderabatur collegium philosophicum. Hinc rursum nos honoris gratia Colmariam usque produxerunt aliquot e sodalitio, inter quos erant Beatus Rhenanus, qui me postridie Basileam usque prosequutus est. Quid ego tibi hic, mi Laurine, Thrasonem referam commemorans quanto studio sit mihi reditum gratulatus senum optimus ac sanctissimus episcopus Basiliensis, qui nunc quoque missis subinde xeniis et epistolis testatur suam erga me pietatem; quanto magistratus huius civitatis, quanto cæteri vel ecclesiæ vel studiorum proceres, copiosius etiam declaraturi studium animi sui, ni talibus officiis ubique præ me feram me nequaquam capi? et adeo non latuit Germaniam adesse me, ut prævolante rumore dies aliquam multos illic fuerim, ante quam adve-
§. 21. nirem. Et interim isti nugones iactabant me demigrasse Wittenbergam. quid enim istos pudet? Erat interim Basileæ sat prospera valetudo, donec frigerent cœnacula. cæterum ubi perspicerem iam aliis esse frigus intolerabile, passus sum semel atque iterum incendi moderate, sed ea civilitas magno mihi constitit: mox orta pituita pestilens; pituitæ successit calculus, adeo subinde recurrente malo, ut nullus esset dies, quin aut conciperem aut parturirem aut parerem aut a partu decumberem, quemadmodum solent puerperæ; stomachus interim sic collapsus, ut nullo remedio posset restitui. mihi natura letalis est inedia, et calculi nixus qui sæpe biduum durabant, nihil minus patiuntur quam cibum. itaque quum dolor esset quavis morte gravior, tamen non minus erat a stomacho collapso periculi. quid multis? tantum hic erat calamitatis, ut vel Ni-
§. 22. colao Ecmondano fuerit satis futurum. At interim corporis quamlibet magnis malis non cessit animus infractus: præter alia multa absolvi annotationes in Novum testamentum; aggressus sum et absolvi intra duos ferme menses paraphrasim in Matthæum; eam absolutam mitto Cæsari, excepta est magno totius aulæ favore; exhibuit eam Ioannes Glapion in sacello, præsentibus aliquot aulæ primatibus, inter quos erat R. P. episcopus Palentinus, quorum candidissimo

---

[17] Barth. Latomus] *Masson*, Arlunensis, inter Ciceronis interpretes et carmine de bello Sickingano (a. 1523. scripto) clarus; natus a. 1485., † 1560? [22] episc. Bas.] Christophorus de Utenheim. [39] De Nic. Egmondano cf. Neseni ep. de magistris nostris Lovaniensib. supra ad n. LXXIX. cit. [43] Glapion] Carolo V. imp. a confessionibus. [44] episc. Pal.] Cf. ad hunc Erasmi epist. d. 21. April. a. 1522. scriptam.

Digitized by Google

testimonio meæ lucubrationes vehementer Cæsari commendatæ sunt. protinus §. 23.
agnovit Cæsar Erasmum qui quondam patri Philippo porrexisset Panegyricum,
ipsi pridem librum De principe Christiano; ac munus sibi gratum fuisse literis
etiam non minus amanter quam honorifice scriptis testatus est. testati sunt
idem literis suis humanissime scriptis quum alii complures tum ipse Glapion,
N. episcopus Palentinus, Mercurinus cancellarius, Georgius Haloinus, R. P. Io-
annes Carondiletus archiepiscopus Panormitanus, Antonius Suketus inter consi-
liarios autoritatis præcipuæ, Maximilianus inter secretarios primi nominis.
Quum plerisque pensiones vel adimerentur vel decurtarentur, mihi polliciti sunt §. 24.
meam incolumem ac solidam futuram, iubentes ut maiora etiam a Cæsaris be-
nignitate sperarem in posterum. Quin ipse Cæsar paulo post cum Anglorum
rege convivium agitans ultro fecit honorificam mei mentionem, satis declarans
quo esset in me animo: id certo cognitum habeo ex his qui mensæ adstabant.
Scio iam dudum rides θρασωνισμὸν meum, sed huc me compellit sycophantarum §. 25.
impudentia: et tamen aliquanto minus narro quam res habet, tantum abest ut
quicquam admentiar: nam nec te fugere puto, quam non sim huiusmodi glo-
riolarum appetens. Verum illud interim calumniantur, quod tam diu hæserim
Basileæ, quod ante Cæsaris abitum non adfuerim, quamlibet invitatus amicorum
literis. Hic vellem equidem, ornatissime Marce, mihi causam esse minus iustam
quam est: apud Cæsarem nihil agebatur nisi de fortuna vel constabilienda quæ
contigerat, vel augenda, et ego iam parta plane contentus eram, et Basileæ
me non fuisse ociosum res ipsa loquitur. Quid si hoc negocium mihi pluris §. 26.
fuisset quod ad publicam utilitatem pertinebat, quam quod mihi privatim con-
ducibile fuisset, num essem reprehendendus? Ad summos honores vocabar: hoc
enim non unis ad me literis testatus est Glapion, et tot argumentis compertum
habebam Cæsaris erga me studium, et metu scilicet abstinebam. Quodsi tale
periculum ostensum fuisset istis mundo mortuis, ut alatis pedibus hiantes ad-
volassent! Ego si quid erat quod hic metuebam, nihil aliud erat quam ne cum §. 27.
Lutheranis conflictandi negocium ab eo mihi delegaretur, cui negare fas non
fuisset: non quod faveam seditioso negocio, qui sic ab omni dissidio naturæ
quodam instinctu abhorream, ut si mihi pro latifundio lis esset suscipienda, citius
rem deseram quam ius meum persequar: sum enim vere vitis ac ficus illa apo-
logetica e libro Iudicum, quæ per legationem arborum vocata ad imperium bel-
lumque gerendum respondit se non posse deserere naturæ suavitatem ac bellicis
turbis involvi. Erat hoc a magnis, sed falso persuasum Cæsari, me cum primis §. 28.
huic provinciæ gerendæ esse idoneum, cum nemo deligi potuerit magis inutilis;
videbam undique multos accinctos ad hoc negocium; agnoscebam quam essem
impar tantæ provinciæ, etiam si fuissem natura compositus ad tam odiosas
pugnas; videbam alia multa quæ dissuadebant, de quibus opinor magis expe-
dit nunc siluisse. et tamen ne hæc quidem tam multa deterruissent me a re-
ditu, nisi me violentus ille tyrannus compedibus suis vinctum detinuisset. 'Quis
iste tyrannus', inquies, 'quum Elvetia tyrannos nesciat'? Phalaris inquam ille
calculus, cuius utinam mihi liceat esse tyrannicidam. Et hoc tamen contempto §. 29.

---

[2] Paneg.] d. Epiph. a. 1504. finitum. prodiit ap. Ascensium foliis 37 in 4°. mai. [3] Cf. Catal. lucubr. 1527. 4°. p. 37. [6] Georg. Cominii et Halevinii toparcha, inter Caroli V. aulæ proceres. [7] Ioa. *Carondelet* Burgundus I. V. D. et eccl. dignitatibus exornatus. Cf. Foppens. p. 605. Sucetum *l.* Ant. Sucquetum, de quo v. Erasmi ep. ad Alciatum Friburgi a. 1530. d. [8] Maximilianus] de Bergis, Transilvanus. [33] Iudic.] IX. 10. sqq.

Digitized by Google

Sletstadium usque profugeram; sed sic affectus ex itinere, ut primum Brisaci apud Henricum Gallinarium, eius loci parochum, biduo refocillarim corpusculi lassitudinem, ac febrim lenierim. deinde apud Beatum, amicum omnium candidissimum, refocillatus quadriduum, ægre me Basileam receperim, sed hic quoque apud Gallinarium refocillatus. verum interim obfirmato animo, ut si rescissem Carolum diutius apud nos commorari, sartis viribus retentarem iter. ubi per famulum, quem in hoc præmiseram, cognovissem certum diem, ad quem Cæsar destinasset navigare, is erat Maii primus qui tum proxime imminebat, exclusus a spe videndi Cæsaris continui me Basileæ menses aliquot, haud-
§. 30. quaquam indulgens ocio. Interea quum eruditorum hominum literis Romam invitarer, et complurium et eorum quibus fidere tuto poteram, sed præsertim R. cardinalis Sedunensis, qui frequenter per alios, sed his propriis literis amanter magnoque studio scriptis hoc agebat, in quibus præter omnem favorem, præter omnes spes de suo pollicebatur quingentos ducatos annue, præterea viaticum non sordidum, et eodem provocaret literis humanissime scri-
§. 31. ptis Sylvester ille Prieras, cœpi et de Roma adeunda cogitare, si quo pacto tyrannus ille meus daret commeatum. et erant alioqui permulta quæ me Romam prolicerent, optimorum librorum et eruditissimorum hominum copia, tot amici veteres, inter quos erat et Ricardus Pacæus, tum illic agens, et Paulus Bombasius, et Ioannes Faber, et Georgius Sauromanus, præpositus Vratislavien-
sis, iuvenis ad unguem doctus ac maximis rebus natus, et Hermannus Phrysius, iuvenis olim magnus et nobilis inter eruditos futurus. Tot novi, inter quos Coricius, vir candidissimi pectoris, et Landavus, olim futurus inter scriptores nobilis, nisi me plane fallit animi præsagium. omitto nunc tot cardinales, quorum maxima pars mihi impense favet, ut ex amicorum literis cognovi; quidam etiam suis ipsorum literis animum erga me suum testati sunt. Si quis addubitabit de mea fide, productæ literæ docebunt me modestius quam
§. 32. pro re loqui. Itaque quanquam dissuadentibus amicis omnibus Constantiam adii, comitantibus ultro duobus amicis, Henrico Epphendorpio, præter generis claritatem ac literas moribus suavissimis, ac Beato Rhenano. excepit nos omnes hospitio clarissimus vir Ioannes Botzhemus Abstemius, eius loci canonicus, quo quidem homine nihil adhuc vidi comius aut candidius; diceres Musis et Gratiis natum. Domum habet quæ Musarum domicilium videri possit, nusquam non præ se ferens aliquid nitoris et elegantiæ, nusquam muta, sed undique

---

[12] Matth. Schinner. [16] Sylv. Prierias] de Prierio, præd. ord. generalis, Lutheri hostis infensior quam prudentior. [19] Ric. Pacæus] decanus templi S. Pauli Londinensis, Henrici VIII. orator, † 1532. [19.20] Paul. Bombasius] professor litterar. Græcarum Bononiæ, trucidatus Romæ a. 1527. Ioa. Faber] Constantiensis canonicus, tum vicarius generalis, post episcopus Vindobon. † 1541. Sauramanus *l.* Sauromanus] præpositus ac decanus Vratisl. † 1527. Romæ. Cf. quæ supra vol. I. p. 187. ad v. 17. de hoc Hutteni commilitone Bononiensi adnotata sunt. [21] Haionis Hermanni Phrysii eruditionem moresque cuixe laudat ac commendat Erasmus aliis compluribus epistolis. De Tigurino Ioanne Frisio ad h. l. verba fecit Kieserus, inepte. [23] Coricius] Ioannes, Lucilimburgensis, in aula pontificia a libellis, cuius aræ Huttenus etiam epigrammata nonnulla dedicavit, cum in expugnatione urbis Romæ bonis omnibus exutus esset a. 1527., in patriam reversurus Veronæ expiravit. Cf. Bayle Diction. h. v. et Coriciana inter Epigrammata Hutteniana. (Ind. bibliogr. p. 36*.) Landavus] Iacobus, Bavarus, nonnisi ex ep. Erasmi d. 22. Dec. a. 1522. ad eum data mihi notus. [31] Ioa. Botzhemus sæpe Erasmo ille celebratus.

Digitized by Google

loquacibus picturis alliciens ac remorans oculos hominum. in aula æstiva quam, ut ait, mihi paraverat, proxime mensam stabat Paulus docens populum; in altero pariete sedebat Christus in monte, docens suos discipulos: tum apostoli per iuga proficiscentes ad evangelii prædicationem. secundum fumarium consistebant sacerdotes, scribæ et pharisæi cum senioribus conspirantes adversus evangelium iam subolescens; alibi canebant novem sorores Apollinis, alibi Charites nudæ, simplicis benevolentiæ et amicitiæ non fucatæ symbolum. Sed quid ego persequar totam illius domum epistola depingere, cuius nitelas, cuius delitias vix decem diebus perlustrare possis? Sed in totis ædibus undique orna- §. 33.
tissimis nihil est ornatius ipso hospite: Musas et Gratias magis habet in pectore quam in tabulis, magis in moribus quam in parietibus. primo statim adventu rogaram hominem, ne quem vocaret ad convivium, quod et ego natura paucis delector, et tum sic eram affectus ut ego potius essem aliis molestiæ futurus quam ut multorum convictu possem hilarescere, primum lassus de via, deinde adeo gravidus, ut nulla scropha æque, denique partui proximus: præsentimus enim et hoc, non aliter quam puerperæ. o vere miseram prudentiam! aderat §. 34.
tum forte R. D. Hugo, Constantiensis episcopus, vir heroica corporis proceritate, comitate singulari, homo syncerus et absque fuco, absque supercilio; non militaris, ut fere solent apud Germanos, sed vere sacerdotem agens. is ilico rescivit adventum meum et honoris gratia volebat accersere, sed submonuit hominem Botzemus, parceret valetudini meæ, se indicaturum quando id commodum esset futurum. atque hic geminam humanitatis laudem promeruit episcopus: humanitatis erat quod offerebat officium, sed maioris humanitatis erat quod oblatum patiebatur recusari: quidam enim indignantur seque contemni putant, nisi per omnia observias, vel tuo malo: misit tamen œconomum suum qui mihi perdicibus aliquot donatis deferret quicquid rerum haberet domus episcopi, et usi sumus assidua liberalitate præsulis. Post dies aliquot enixus sum, sed sic ut nunquam maiore cruciatu; languebam igitur e partu sic ut nec mihi nec aliis essem §. 35.
iucundus; alioqui nihil deerat ad summam voluptatem. Deum immortalem, quod hospitium, quis hospes, quam belli homunculi, quam nitidus apparatus, quæ fabulæ, quæ lectiones, quæ cantiones! o mensæ cœnæque deum! non viderem diis poeticis suum nectar et ambrosiam, si valetudo fuisset aliquanto secundior. Adblandiebatur et ipse loci situs: imminet enim Constantiæ lacus mire spaciosus, in longum simul et in latum ad multa passuum milia porrectus, nec §. 36.
minus interim amœnus; addunt gratiam montes nemorosi undique sese ostentantes, quidam eminus, quidam e propinquo: nam illic Rhenus velut in Alpium confragosis ac præruptis locis delassatus, tanquam amœno diversorio refocillat sese, per cuius medium leniter delabens apud Constantiam recipit sese in suum alveum, recepto simul et nomine, quanquam totus lacus semper maluit nomen suum debere civitati, Bregantinus olim dictus qui nunc Constantiensis appellatur, donec ei quæ nunc Constantia vocatur, Breganto nomen esset. dicitur et piscosus esse et profunditatis vix credendæ, adeo ut alicubi summa aqua ab imo fundo absit cubitis centum: nam aiunt ingentium montium moles aquis huius tegi. Is qui præest sodalitio Dominicalium, vir integerrimus doctrinaque §. 37.
solida, sed in concionibus sacris admirabili quadam facundia, donavit nobis ex

---

17 Hugo] ab Hohenlandsberg. 41 quæ nunc &c.] In rebus geographicis parum doctum fuisse Erasmum constat. Constantia nunquam Breganti nomen habuit. Cf. quæ ad Notitiam dignitatum utriusq. imp. II. p. 800. sqq. adnotavimus. 41 vocaretur *omnes*. 43 cubitis centum] Immo plus quam D.

Digitized by Google

eo lacu piscem ingentem, quam trottam appellat vulgus, munus rege dignum, si apud nos datum fuisset. Rhenus relicto ad dextram lacu, paululum præterlapsus urbem Constantiam veluti ludens ac lasciviens insulam facit, quam occupat insigne monasterium virginum, ac mox in sese coiens lacum efficit minorem, quem incertum quamobrem Venetum appellant. ab hoc iusto alveo volvitur plerunque vorticosus, sed utcunque navigabilis usque ad oppidum, olim Cameram imperialem, nomine Schiffhusiam, ob traiectum, ut opinor, prius quam illic pons esset; nam haud procul inde sunt cataractæ, per quas se præcipitat magno fragore Rhenus, quanquam et alias frequenter cataractis intercisus et saxis impeditus parum aptus est navigiis usque ad Basileam. Sed interim Constantiam recurrat oportet narratio, quæ civitas nulla re magnopere celebris est, quam ecclesia perquam vetusta, nec ineleganti; tum synodo illic olim habita, præsidente Cæsare, sed præcipue Ioanne Hus illic exusto. Missitabantur undique xenia, e locis etiam procul dissitis: alius vinum aliquod insigne mittebat, alius aviculas, alius pisces, alius aliud; magistratus honorario vino misso gratulatus est nobis. canebant e propinquo diebus aliquot publici tibicines: nam hoc quoque solet honoris hospitibus quibusdam præstari: quodsi convivas quoque nosse cupis, assidue erant præter Beatum et Epphendorpium Ioannes medicus, homo iuvenis quidem, sed insigniter ingeniosus ac doctus, ac perinde sobrius et modestus, Michael Hymelbergius, quem ut tibi paucis depingam, pudore, modestia, doctrina, suavitate morum alter Rhenanus est; §. 38. §. 39. aderat et Vannius concionator, vir evangelicæ synceritatis. A partu postquam nonnihil virium collegimus, horulam dabamus amicis salutatoribus, sed electis et commendatis, nec enim licebat omnium affectui morem gerere. episcopus pro sua humanitate cupiebat quicquid poterat honoris exhibere, sed ab hospite submonitus est me hominem esse modici cibi, vel nullius potius, abhorrere a tumultuosis conviviis, ne quem mea causa vocaret, ne quid apparatus adiungeret quotidiano: paruit, et sodalitatem illam nostram dumtaxat accepit prandio. §. 40. Ab hoc dimissus honorificentius, quam ego sane promerebar, invisimus R. P. Ennium, episcopum Verulanum, tum illic nuncium apostolicum; nam iam ante coierat inter nos mutuis literis amicitia, qui tanta cum alacritate nobis occurrit, ac si quispiam alicuius precii ad se venisset. consedimus soli, variis de rebus confabulantes: est enim vir apprime prudens, et quoniam in multorum principum negociis diu versatus est, singulari præditus iudicio. augebat et ætas æqualis et morbus communis mutuam benevolentiam, nam et ipse calculo fuerat obnoxius, eadem ex causa collecto malo, nimirum ex vinis earum regionum tenuibus, acribus, asperis, crudis, crudelibus et inamœnis: mutato vino desierat laborare aut certe laborabat levius; communicabat et alia remedia, ex §. 41. Mediolano missa. adornabat et ipse iter in Italiam, neque quicquam obstabat, nisi breve pontificis, quod in singulas horas expectabat. me cupiebat itineris sui comitem; ac mihi quidem gestiebat animus, quum non longius abesset Tridentum quam itinere sex dierum, ut aiebant: nam illac erat eundum ob Cæsarianorum et Gallorum dissidia; sic enim nunc fruimur monarchis. invitabant Alpes e propinquo arridentes, dehortabantur amici, sed frustra, ni cal-

---

[1] Throttã *l.* Gallice *truite.* [3] insulam] *Reichenau.* [5] Venet.] *Unter-* s. *Zeller-See.* [7] Schiffh.] *Schaffhausen.* [13] Hac epistula plane digna est sicca hæc remque quasi conlaudans Hussi exusti conmemoratio. [20] Mich. Humelb.] Ravenspurgensis medici Gabrielis H. frater, opinor, grammaticam Græcam composuit. Basil. 1534. 8°.

Digitized by Google

culus violentus rhetor persuasisset Basilea repetita revolare in nidum. Interim §. 42.
dum Abstemius hospes innectit morandi causas, dum verba dant nautæ (nam erat animus Schiffhusiam usque navigio devehi, quod diffiderem me ferre posse iactationem equestrem, sic eram affectus) commorati sumus Constantiæ ferme tres hebdomadas. tandem quum nautæ nullum faciunt mentiendi finem, idque suo vel iure vel more, ira robur addidit et conscensis equis hora octava pervolavimus Schiffhusiam ante tertiam pomeridianam. Ubi reditum est Basileam, visum est §. 43.
gustare vinum Burgundiacum, quod mihi multum recusanti ante dies complures donarat vir humanissimus Nicolaus Diesbach decanus ac designatus episcopus Basiliensis, quem nunc coadiutorem vocant: primo gustu non admodum adlubescebat palato, cæterum nox arguebat indolem vini; sic enim subito recreatus est stomachus, ut mihi viderer renatus in alium hominem. atque ego sane semper imputaram malum hoc vinis quibusdam, quæ pleraque quum cruda, acria, et ob hoc inimica stomacho sint, tamen facile penetrant in renes, eoque crudam materiam secum deferunt; ad hæc quasi per se parum sint infelicia, malis pharmacis viciant, calce, alumine, rhesina, sulphure, sale: nam aqua, quam largiter addunt, minimum est malorum; quid multis? pleraque digna sunt quæ bibantur ab hæreticis, nam hoc ego tormenti satis esse putarim ad quodvis maleficium puniendum. et tamen reperiuntur qui tam miseris villis dignen- §. 44.
tur inebriari. Gustaram et ante vina quædam apud Burgundiones nata, sed ardentia et austera; hoc erat colore gratissimo, Pyropum esse diceres, sapore nec dulci nec austero, sed suavi, nec frigidum nec ardens, sed humidum et innoxium, stomacho sic amicum, ut nec copia largior multum offenderet; et quod in vinis subrubris rarum est, mediocriter solvebat alvum ob genuinam, ut coniicio, vim humiditatis quam explicat in stomacho. O felicem vel hoc nomine Burgundiam, planeque dignam quæ mater hominum dicatur, postea quam tale lac habet in uberibus! Non mirum si prisci mortales pro diis colebant quorum industria magna quæpiam utilitas addita est vitæ mortalium. hoc vinum qui monstravit, qui dedit, quanquam monstrasse sat erat, nonne vitam dedit verius quam vinum? Advectum est et aliud vas priore non inferius, nisi §. 45.
quod auriga plus satis diluerat aqua; alterum obsignatum erat gypso, licebat exhaurire, non licebat infundere; hoc non item; et idcirco illud advectum est non omnino plenum, hoc plenum usque ad summum, et hoc ipsum prodidit œnocleptam quo se probare voluit bonæ fidei vectorem: atque interim qui nummum suffurantur, pendent, qui rem simul tollunt et vitam, impune ludunt. Itaque, mi Laurine, facili negocio possum adduci ut totus demigrem in Burgundiam. 'Ob vinum?' inquies. Imo malim vel ad Iuvernos usque migrare potius quam vel semel experiar calculum. Hoc certe literis meis debeo, ut quocun- §. 46.
que terrarum me vertam, nusquam mihi defuturi sint amici: certe totius Germaniæ, quæ latissime patet, nullam arbitror esse civitatem quæ non cupide sit exceptura Erasmum, si quo lubeat commigrare; nec admodum mentiar, si idem prædicem de Italia et Gallia; certe ad nonnullas invisendas humanissimis literis sum invitatus, et quas adhuc invisi, vel Constantiam vel Sletstadium proficiscens atque inde rediens, vino misso quod ex more novis hospitibus honoris gratia donari solet, mihi gratulatæ sunt. quo quidem honoris genere in tantum non delector, ut frequenter mandarim amicis, curarent ne quid tale fieret,

---

[19] villis] diminutiv. vini, quo verbo Terentius usus est. [21] pyrop.] igneo colore rubens. [34] œnocl.] vini furem. [37] Iuvern.] Hibernos. [38] §§ 46. sqq.] Non tam vinis quam sui ipsius infinitis admirationibus inebriatus est 'humilis homunculus'.

Digitized by Google

non ob id solum quod existimem honoris hoc aliis deberi magnatibus, non Erasmo, humili modis omnibus homunculo, verum etiam quod hæc officia lassis aut alioqui occupatis nonnunquam impedimenta sunt verius quam ornamenta.
§. 47. Iam porro quandoquidem gloriosum e comœdia militem agere cœpi, quid tibi commemorem tot epistolas honoris gratia vel ab eruditis viris vel a magnatibus, e longinquis etiam regionibus huc missas, non sine munere? quid referam doctos homines, quosdam etiam dignitate præminentes, huc non ob aliud e longinquo profectos, quam ut viderent Erasmum? quibus non ambigo quin usu veniat, quod Græcorum proverbio dicitur, thesauro sperato carbones repertos. Sed qualis qualis ego sum, hæc certe coarguunt rabularum istorum impudentem vanitatem, qui, ut scribis, isthic iactarant mihi nusquam in Germania tutam esse sedem; et ideo opinor quoties aliquo me confero, solitus sum im-
§. 48. petrare fidem publicam. Cæterum quo minus multas urbes invisam, quod vel animi gratia fecissem nonnunquam, etiamsi ad id per literarios labores daretur ocium, tamen hypocausta prohiberent, quæ quidem hic fervent totum annum, vix tribus exceptis mensibus; et locum quem mihi Basileæ paravi, mecum circumferre non licet. Nec hoc minus impudens mendacium erat, quo me iactabant hic Basileæ domum esse mercatum et ius civitatis redemisse, videlicet isthuc nunquam rediturum. ut omnia mihi placeant in Germania, sicuti placent pleraque, certe res una propellit hinc, nimirum communis omnium hypocaustorum usus, quo fit ut solus habitem, ac nec alios liceat invisere sine valetudinis meæ periculo, nec aliis me liceat invisere citra incommodum, qui non
§. 49. minus offenduntur frigore meo quam ego illorum calore. Illud verum est esse Basileæ qui mihi ædes dono obtulit quadringentis florenis aureis emptas, in quibus nunc versor; sed ego nec emi nec donum oblatum accepi. De civitate ne per somnium quidem est unquam cogitatum. quidam non infimæ autoritatis apud Turegos semel atque iterum mecum egit per literas, ut illic ius civium acciperem; ego demirans quur hæc ageret, respondi me velle civem esse totius
§. 50. mundi, non unius oppidi. De Gallia adeunda, quod eam mihi velut unicum asylum superesse dictitabant, non omnino de nihilo nata est fabula: persuasum habebam vinum esse causam morbi mei; necdum intellexeram tale vinum cominus a Burgundia suppeditari posse; et si potuisset, ferebantur hic tum varii rumores, metum iniicientes ne non essemus hic omnino futuri bellorum expertes: tale si quid accidisset, ne Burgundia quidem potuisset siti meæ succurrere. verum illud, ut dixi, quum ignorarem et rumores huiusmodi scrupulum iniicerent, cœpi leviter de Gallia adeunda cogitare, quæ vel mediis in bellis
§. 51. vini copiam suppeditaret. Hac de re quum mentionem fecissem apud R. P. Franciscum archiepiscopum Ebredunensem, qui tum hic legatione fungens nos semel atque iterum invisit, ultro pollicitus est ille se curaturum a rege suo diploma, quo tutius eo liceret proficisci, si ita visum fuisset. iuvenis humanissimus gestiens ac sibi gratulans, apud mensam regiam quod Basileæ vidisset Erasmum, egit de diplomate; aderat autem id temporis R. D. cardinalis Lothoringiæ. rex lætus etiam indulsit quod petebatur; deinde ubi Budæum vidit,

---

[9] *Ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφηνεν.* Zenob. II. 1. [43] cardinal. Loth.] Ioannes Renati ducis Lotharingiæ filius, a Leone X. a. 1518. presbyteris cardinalibus adscriptus. Cf. Ciaccon. III. p. 418. sq. Budæum] Guilielmum, summis apud Galorum reges Ludovicum XII. et Franciscum I. honoribus functum eundemque Græce Latineque doctissimum ICtum, natum Parisiis a. 1467., mortuum † a. 1540.

Digitized by Google

quem ascivit inter intimos aulæ primores, 'Heus' inquit 'Budæe, mox habebimus Fabrum in nostra Gallia'. Quum Budæus respondisset Fabrum non abesse a Gallia, rex intellecto nominis errore, 'Erasmum', inquit, 'Erasmum volebam dicere: nam diploma paratum est, quo tuto veniat'. Invitabat quidem me vetus §. 52. illud Galliæ hospitium, quæ mihi nunquam non fuit iucunda; invitabat quod ante annos sex magnificis conditionibus me revocavit, quas si tum accepissem, ut nihil aliud dicam, certe non tam diu digladiandum mihi fuisset cum aliquot stolidis matæologis Lovaniensibus, nec mihi calerent aures huiusmodi furiosis tragœdiis, quibus hic fervent omnia; et res esset aliquanto quam nunc est amplior, aut certe minus angusta; fortassis et valetudo melior, qui toties ob hæc vina et nidorem hypocaustorum sum de capite periclitatus; invitabat et illud quod in Gallia versans multo propius abfuturus essem a Brabantia, quo vel in bello transcurrere licuisset ob noticiam et privatam amicitiam eorum qui civitates hinc et hinc obtinent quæ sunt in confiniis. unum obstabat, bellum §. 53. inter tres reges, quorum uni, nempe Carolo, iureiurando etiam addictus sum, alteri, nimirum regi Angliæ, pluribus nominibus sum obstrictus, atque adeo toti illi nationi; tertium, videlicet Galliarum regem, ob tam propensum in me studium non possum non amare. sperabam autem vel huius novi pontificis opera brevi pacem inter eos coituram, quanquam ad me quidem nihil attinebat bellum, ut qui non adirem Galliam illuc ducturus exercitum aut aliquid magni muneris apud regem ambiturus, sed cum eruditis amiculis inter musas ac literas suavius victurus quam hic vivebam. Itaque diploma iam multos men- §. 54. ses apud me est, nec usus sum. Dices 'quur non huc potius?' Quoniam istic omnia fervebant bellis, ferebatur esse rerum omnium ingens penuria, sed præcipue vini Gallici, cuius istic vel in pace ægre est copia, si quis γνήσιον desideret. Et erat furiosis quibusdam datus gladius, quibus nec collegam esse libebat nec adversarium. et iam satis mihi videbar conflictatus cum monstris quibusdam, quæ quum prodesse nec velint nec possint, tamen in hoc unum vacant totam ætatem, ut vel male loquendo negocium facessant bonarum literarum cultoribus. denique semper e Gallia brevissimus fuisset transcursus ad vos, si quid invitasset. Hactenus rem habes paucis, sed absque fuco. Iam §. 55. quod scribis a nonnullis audisse te quod etiam apud Germanos audirem male, fortasse verum est: nec mirum quum nusquam absint homines maledici. equidem do pro viribus operam ne quis meo merito de me male dicat; cæterum si mihi sperem tantam felicitatem, quæ nemini hactenus contigit, ut efficiam ne quis omnino de me male loquatur, tum vere tempus esset in proprium expuendi sinum: Roma Stunicam habet, habet et Germania nonnullos qui nesciant bene dicere: audio queri nonnihil quosdam impense Lutheranos, ut vocant, quod dilutior sim, quod blandior principibus, quod nimium pacis amans. At ego, ut verum fatear, malim in hanc peccare partem, non tantum quia tutius, verum etiam quia sanctius: placeat sua cuique sententia: sunt et in altera parte qui me data opera suspectum reddere conentur, quasi mihi cum Lutheranis sit fœdus; sed huiusmodi rumores qui studio finguntur, utrinque quemadmodum temere nascuntur, ita facile evanescunt; et habent hoc sane a priscis moribus quidam, ut ad huiusmodi rumusculos mire commoveantur. Pridem late sparsus erat hic §. 56.

---

[2] Fabrum] Iacobum, Stapulensem, in cuius parvo corpusculo summum inerat ingenium doctrinaque celebratissima. [18] novi pont.] Hadriani VI. [25] γνήσ.] verum, genuinum. [26.27] furiosis *et* monstris] ita modeste Erasmus adversarios suos et adpellare et depingere solitus fuit. [41] quia *omis. 2. sqq.*

Digitized by Google

fumus libros meos exustos esse in Brabantia, idque autore R. P. Iacobo Hochstrato, vetere meo si non familiari, certe amico; et commentum tam impudens homines etiam literati desultoriis epistolis distulerant. sensi ilico technam quorundam quos ego sane nescio quo nomine debeam appellare, nonnulli Lutheranos vocant, videlicet hoc agentium, ut me hominem simplicem et credulum in Iacobum Hochstratanum irritarent, in quem si scripsissem impotentius, cogerer in ipsorum castra transire. O callidum consilium! mox ipsa res
§. 57. docuit tale nihil vel cogitatum fuisse apud nostros. Successit huic rumor etiam atrocior ex literis velut e Roma missis, additum erat nomen hominis ἀξιοπίστου, rem ut compertam scripsit magno cum dolore quidam vir illic gravis et eruditus ad [redacted]emum meum; is pene exanimatus ad me perscripsit meos libros Romæ publicitus pontificis voce condemnatos esse: risi protinus et agnovi superiori simillimum commentum; nimirum illud agebatur, ut homo rerum imperitus et credulus hoc facto provocatus lingua calamoque pontificem incesserem,
§. 58. quo facto cogerer ad ipsos transfugere. Cæterum quam id commentum fuit impudens, non solum compluribus literis e Roma scriptis testatum est, verum ipsius pontificis brevi nuper ad me dato, quo certe nullum adhuc accepi vel amantius scriptum vel honorificentius; quanquam quod ad laudes quidem attinet, sic interpretor, me admoneri qualis esse debeam, non depingi qualis sim: certe a tali pontifice vel probari vel amari non moleste fero: ac ne breve parum haberet apud me ponderis, submonuit me literis suis, quidam e pontificio famulitio. non infimus, quum pontifex sensisset diploma scriptum esse dilutius, quod is qui deformarat exemplum, propter amicitiam quam habet mecum non vulgarem, parcius de me scripsisset, ipsum sua voce pleraque dictasse. atque iisdem literis idem amicus sacerdotium non aspernandum offert, quod iam
§. 59. possidet, cessurus ubi velim. Nec est quod hic clamitent me præda corruptum deserere veri patrocinium. fatebor hoc esse verum crimen, si unquam accepero munus ullum huiusmodi: quod tamen si caperem, non facerem absque multorum exemplo. quicquid mihi fortunulæ est, id totum fuit ante Lutherum orbi cognitum, et obtigit non ambienti: dimidium obtrusit recusanti reverendissimus archiepiscopus Cantuariensis; dimidium ultro detulit Cæsaris Caroli benignitas; huic etiamsi quid decedet, minuendis sumptibus augebimus censum. Si præmiis ad hoc bellum pertrahi potuissem, iam olim pertractus essem: deterruit me perpensa hinc negocii magnitudo, hinc virium mearum
§. 60. imbecillitas. Audi nunc tertium utroque impudentius. sparserant summum pontificem nescio quid libelli scripsisse in me, eum a multis esse conspectum. suboluit ilico techna, nimirum agit hoc factitius ille pontifex, ut me provocet ad calami linguæque petulantiam; at ego ex apostolicis literis didici principi meo non maledicere, sed bonum venerari, malum ferre, si frustra sim moni-
§. 61. turus. Habet et diversa pars fabulas suas, in qua nonnulli sunt qui sic agunt partes Romanæ sedis, ut si conentur extrema, magis nocere non possint. Ili nuper rumorem sparserant Basileam multos confluere Lutheranos mei consulendi gratia, atque adeo Lutherum ipsum hic latitare. is rumor hic me nequaquam gravabat, ubi quamplurimi sunt qui norunt esse falsissimum. Atque utinam verum esset omnes Lutheranos pariter et Antilutheranos consilii gratia ad nos confluere vellentque meis parere consiliis, res humanæ paulo melius,
§. 62. opinor, haberent. Multi me salutandi videndique gratia conveniunt, nonnun-

---

6 iritarent *l.* 9 missi *l.* ἀξιοπ.] fide digni. 31 archiep. Cantuar.] Guilielmus Warham. 38 Act. apost. XXIII. 5. 45 Luthranos *l.* 46 uelentqȝ *l.*

Digitized by Google

quam gregatim ac plerumque ignoti; nullus unquam apud me professus est se Lutheranum esse, nec mihi datum est negocium hoc inquirendi, et divinus non sum, neque mihi quisquam hoc nomine notus aut commendatus esse cœpit, quod Lutheranus esset. Ante quam dissidium hoc hucusque increvisceret, cum omnibus ferme Germaniæ doctis habebam literariam amicitiam, mihi sane perquam iucundam; horum nonnulli refrixerunt in me, quidam prorsus alienati sunt, nec desunt qui se palam hostes profiteantur et exitium denuncient. ha- §. 63.
bebam item cum multis consuetudinem, qui nunc sæviores sunt in Lutherum quam vellem, imo quam expedit ipsi causæ: nec ideo submoveo quenquam ab amicitia mea, si paulo propensior est in Lutherum, nec ideo renuncio cuiquam amicitiam, si ferocior est in Lutherum, quum uterque quod facit, bono studio faciat: sic enim interpretor quum in amico tum in viro non malo. Venerunt Basileam quos aiunt suspectos quod sentiant cum Luthero: hoc totum mihi volo imputari, si vel unus me vocante huc sese contulit, et nisi apud amicos satis te- status sum hoc mihi vehementer esse molestum. quodsi qui sese huc conferunt huius aut illius factionis, qua fronte me incusant, qui Basileæ nec custos sum portarum nec ullum gero magistratum? Fuit hic Huttenus paucorum dierum hospes; §. 64.
interim nec ille me adiit, nec ego illum; et tamen si me convenisset, non repulissem hominem a colloquio, veterem amicum et cuius ingenium mire felix ac festivum etiam nunc non possum non amare: nam si quid illi præterea negocii est, nihil ad me pertinet: sed quoniam nec ille ob adversam valetudinem poterat ab hypocaustis abesse, nec ego ferre, factum est ut neuter alterum viderit. Cron- §. 65.
bergius, Francisci gener, bis me convenit: cuius indoles et oratio me certe mirum in modum delectavit; declaravit enim hominem simplicem fucique nescium, magno tamen ingenio præditum. sed hoc colloquium nec longum fuit nec caruit testibus. Imo si Lutherus adesset ipse, libenter miscerem cum homine colloquium, amanter et libere moniturus eum de multis, tametsi sero fortassis, nisi quod iuxta Paulum omnia sperat Christiana charitas. Odi dissidium ut §. 66.
non aliud malum æque, non tantum ex doctrina et institutione Christi, verum etiam occulta quadam naturæ vi. quo magis discrucior reputans hoc seculum sic undique fermentatum et publicis et privatis odiis, ut vix usquam sit syncerae amicitiae vestigium; nec hos amare licet quos meritissimo amas, nec ulla mundi plaga vacat huius mali contagio. altera pars contemni non potest, altera contemni non vult, utraque videtur si non in ore, certe in pectore habere Homericum illud. et haud scio an alterutra possit opprimi, sine gravi bonarum etiam rerum ruina: nec enim negari potest, quin multa monuerit Lutherus quæ corrigi sit in rem Christianam quæque mundus diutius ferre non poterat. Atque in hanc quidem publicam orbis tempestatem satis infeliciter in- §. 67.
cidit hæc ætas mea, cui iam velut emeritæ debeatur ocium, fruituræ sicut par erat pristinis studiorum laboribus: saltem liceret huius fabulæ spectatorem esse, præsertim quum et ipse sim inidoneus histrio, et tam multi undique ultro semet ingerant in proscenium. Verum id quo minus liceat, utrinque sedulo procuratum est, dum in hac parte sunt qui me primum technis prolicere, mox vi rapere student in sua castra; rursus in altera parte sunt qui modis omnibus

---

17 sqq. Hic locus est, non causa, unde statim exoritur incendium, litterarium bellum. 22.23 Crombergius *5*. 23 Francisci] Sickingii. 26 Paul. ep. I. ad Cor. XIII. 7. 35 Hom. illud] quid? Erasmus non dicit. sic innuere et doctius videbatur et commodius erat ut quoquoversum explicari posset. Et illud 'altera pars ... contemni non vult' ambiguum magis quam inane esse videtur. 39 debebatur *2*. sqq.

Digitized by Google

conantur in hostium copias propellere, non ob aliud, nisi ut hac via perderent quem linguis, bonis literis ac veteri theologiæ fortiter patrocinantem de
§. 68. gradu deiicere non poterant. Itaque factum est non mea quidem culpa, sed perverso quorundam studio, ut utraque in parte habeam quosdam mihi parum propicios: siquidem in parte altera sunt qui meum silentium favorem invisæ partis interpretentur; rursum inter eos qui Luthero favent, sunt qui fremant et indignentur quod ob animi timiditatem, ut aiunt, causam evangelii deseram, nec deseram solum, verum etiam moliar aliquid ad constabiliendam causam pontificum, sive
§. 69. ut isti vocant papisticam. Verum aliis quidem iam sæpe numero respondi; nunc lubens egerim cum Lutherano quopiam, sed cui sit aliquid æquitatis: opinor enim me causam meam et illi probaturum ex his quæ ipse mihi largietur: primum enim percontabor illum, quid sentiat de Luthero; utique respondebit virum esse sanctum et evangelicum, Christianæ pietatis instauratorem. deinde rogabo num huic similes sint quos habet sibi devotos; confirmabit haud dubium sic esse. mox percontabor ecquid exemplum sit evangelicum technis et vi in suam factionem quenquam pertrahere, præsertim quum non ignorent hanc professionem non esse minus periculosam quam fuerit olim Christiani nominis; Iudæorum erat obambulare maria et terras, ut unum proselytum illicerent in nassam legis; apostoli neminem humanis artibus allectabant, et celabant Christi no-
§. 70. men professos, donec urgeret articulus profitendi. Hæc dicere possem si professio Lutheranæ factionis nihil aliud esset quam professio doctrinæ evangelicæ, et si quis eam apud istos aliquando clam professus esset: nunc qualis sit illa professio, aliis iudicandum relinquo; certe qualis qualis est, me inscio nata est, et me dehortante progressa, etiam usque ad eos gradus, intra quos adhuc maxima ex parte mundus applaudebat fabulæ. Interim sequuta est Captivitas Babylonica, Abrogatio missæ, totius Hussiticæ doctrinæ defensio, præter alia quæ Saxonica lingua conscripta me nec lectorem admittunt: et tamen hactenus quum multis aliis de causis, tum hac præcipue quod intelligerem negocium esse maius mea cognitione, de dogmatibus Lutheri nihil pronunciavi; tantum æditis aliquot epistolis testatus sum me prorsus alienum esse a fœdere Lutheranorum, et in scriptis illius quæ mihi legere contigit, desiderare plusculum Christianæ mode-
§. 71. stiæ, et optare minus amarulentiæ. Hic rursus appellabo illum Lutheri amicum, num censeat hoc facinus quod ille magno sui capitis discrimine, magno aliorum aggreditur, præclarum esse ac multa laude dignum. respondebit, opinor, prorsus apostolicum esse ac memoria dignum immortali. Age utar permisso. Quis igitur non iudicasset me mortalium qui vivunt omnium arrogantissimum, qui tantum laudis mihi vindicassem, ubi ne tantulum quidem promerebar? imo quis non censuisset me quovis Oreste insaniorem, si falsissimam gloriam capitis mei periculo voluissem emptam? Iam erat plerisque monarchis ac præsulibus persuasum me totius Lutheranæ doctrinæ fontem esse, autorem, propugnatorem et Atlantem; imo libros qui nomine illius circumferuntur, Lutheri titulo, meos esse. An ego tacitus tantam gloriam mihi tribui pati debebam? Clamat Ioannes 'Non sum ego Christus': an me conveniebat obticescere? Sed nimium, inquiunt, multis epistolis hoc testaris. Imo tam multis epistolis vix adhuc persuadeo quibusdam, adeo mendacium hoc impudentissimum erat infixum animis
§. 72. plurimorum. Iam quod ad modestiam et maledicentiam attinet, rursus percontabor Lutheranum meum, an expediat Lutheri doctrinam quam maxime propa-

---

17 sq. Cf. evang. sec. Matth, XXII. 15. „.. circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum,." 43 Ioann.] evang. I. 20. III. 28.

Digitized by Google

gari in orbe, summisque et infimis quam commendatissimam fieri. nimirum respondebit hoc in primis expedire. Quur igitur quidam indignantur Erasmo qui duas res vellet abesse a libris Lutheri quæ potissimum et fidem abrogant et optimi cuiusque animum alienant, arrogantiæ speciem et maledicentiam immodicam? et tamen hæc ita sunt insigniter manifesta, ut qui quam amicissime defendunt, non habeant colorem quem adferant, nisi sic commeruisse peccata nostra, ut per tam acerbum obiurgatorem scorpionibus cæderemur. mihi certe §. 73.
primum Lutheri spiritum non nihil suspectum reddidit illa scriptorum ferocia et nusquam non parata convicia, nec dubito quin aliis quamplurimis idem usu venerit quod mihi. Si Lutheri doctrina sancta est, quam multos credis ab ea alienatos eo libello quo respondit Anglorum regi, quo principe vix alius hodie vivit omnibus regiis dotibus ornatior, nec alienior a tyrannide, nec gratiosior apud suum populum, nec apud quem bonæ literæ et egregia virtus magis sit in precio? liceat hoc citra adulationis suspicionem testari de eo, a quo nec accipio quicquam nec ambio: hoc certe negari non potest regem pio animo §. 74.
scripsisse, et siquid convitiorum admiscuit in Lutherum, præter quam quod ipsius exemplum posset prætexere, scripsit in eum in quem persuasus erat longe atrociora competere; et tamen si quid in eo libello est alienum, suspicor esse dicteria quædam acerbiora. itaque si Lutherus collaudato pio regis studio rem solidis argumentis fortiter peregisset, non violata regia dignitate, rectius, opinor, consuluisset suæ causæ, de qua nunc cum Lutherano quopiam perinde loquar quasi sit optima. quid autem inutilius quam convitiari summis principibus, quibus facillimum est ea contemnere, et in promptu est si libeat ἀντιμυκτηρίσαι. Ego nec amore nec odio cuiusquam mortalium scius prodam ve- §. 75.
ritatem evangelicam; ferunt monarchæ liberam admonitionem, seditiosam petulantiam non ferunt. Hæc in hoc tantum dixerim, ut perspicuum sit quam nec Lutheranis dederim occasionem, quur in me merito sæviant; non quod illos metuam, si suo vitio ferantur in me potius, quam mea culpa, sed quod velim æquitatem meam omnibus esse probatam. nam provolant hinc atque hinc aliquot epistolæ ceu velites nescio quid minitantes, et inter has una non parum spirans veneni, etiam ante consertas manus. Sed hic volo rursum ut ad- §. 76.
sit mihi Lutheranus ille, quem ut æquiorem delegi iudicem huius causæ. Indignandi causæ sunt huiusmodi: videbar in epistolis alicubi nescio quid ostentare spei, si liceret et si daretur ocium me non defuturum tranquillitati rei Christianæ et dignitati sedis apostolicæ. quid hæc promissio facit adversus Lutherum? Sed fingant me scripsisse nescio quid adversus illum, quod adhuc sane verum non est, quum totus orbis ultro acuat stilum in illum, quur uni mihi indignentur, si me commoveam iussus ab his quibus vix tutum est non obsequi? Sed illud mihi concedet opinor iudex meus, Lutherum non esse tam §. 77.
perverse iniquum, ut quum ipse sibi permittat non solum ab omnibus ecclesiæ doctoribus dissentire, verum etiam a conciliorum decretis, indignetur si quis alicubi ab ipso dissentiat, seque læsum existimet si quis a convitiis temperans sacrarum literarum testimoniis, quibus ille tribuit plurimum, ac solidis rationibus inquirat veritatem: nam huc ipse provocat omnes, nec alio provocat Romanus pontifex, quam ut Lutherus solidis rationibus ac sacræ scripturæ testi-

---

[7] Cf. III. Reg. XII. 11. 14. II. Paral. X. 11. 14. [11] quo pr. *etc.*] bucinat Erasmice. [19] rege *l.* [22] Conviciari principibus rude, eos adulari [cf. § 73.] caninum; sed illud sane inutile est, hoc vero quæstuosum nonnumquam. [23 24] ἀντιμ.] contra subsannare. [27] Lutherianis *l.*

Digitized by Google

§. 78. moniis coarguatur. Proinde non erat æquum minitari prius quam vidissent qua ratione quaque moderatione scripsissem: irritabat autem multos ridicula suspicio quæ persuaserat libellum quem rex Anglorum scripserat adversus Lutherum, meo Marte compositum esse, cæterum titulum regis additum quo magis gravaretur Lutherus: et hac de re tam stulta scribebant ad me serio magni principes et amici docti, conantes expiscari veri professionem. quodsi vicisset stultissima suspicio, videlicet in meum caput iisdem leporibus lusisset Lutherus, quibus
§. 79. nunc ludit in regem. At ego interim annis aliquot non videram Britanniam, et quum Caletii salutarem regem innumeris aulicis præsentibus, ne cogitabatur quidem de scribendo adversus Lutherum, sed potius de componendo dissidio: nondum enim exierat Captivitas Babylonica; porro libellum non prius rescivi scriptum esse, quam vidi excusum, idque Brugis, quum illic cardinalis Eboracensis ageret de rebus componendis inter Cæsarem et Gallum. obsidebam ostium R. cardinalis fabulans inter illius proceres et expectans ut ad primam occasionem illum salutarem. tandem prodit Marinus Caracciola, nuncius apostolicus, libellum manu gestans. rogo num liceat aperire; annuit; lego titulum dumtaxat et quod rex in ima margine primæ paginæ suapte manu subscripserat, ac quoniam tum non licebat pluribus, arridens reddo librum; 'Invideo' inquam 'Luthero talem adversarium'; ille primum ringebatur magis quam ridebat; ubi sententiam eandem dilucidius expressissem, respondit 'Et ego gratulor Romano pon-
§. 80. tifici talem defensorem'. Interea quum mihi quoque libellus esset certo ac sæpenumero promissus, nescio quo casu non redditus est: suspicor ob abitum cardinalis opinione celeriorem: est enim et hoc regium: erat tamen destinatus libellus quem rex suapte manu notaverat 'pro D. Erasmo'. is missus mense Augusto anno iuxta Romanam supputationem millesimo quingentesimo vicesimo primo; redditus est Basileæ, mense Februario, anno millesimo quingentesimo vicesimo secundo; nec unquam mihi licuit legere libellum regium, nisi ex æditione miserabili Argentinensi, eoque perlecto mox perlegi et Lutheri respon-
§. 81. sionem. Tantum mihi constat de libello, nec præterea pilus ullus; nec unquam olfacere potui si cuius opera rex illic adiutus esset: plane phrasis ipsius est, et ingenium habet ad omnia felix et expeditum, et tamen siquid voluisset uti doctorum auxiliis, habet aulam differtam viris disertis et eruditis. Cæterum in epistola quid aliud laudavi quam animum regis, aut quid aliud laudare poteram non lecto libro? Hic expecto sententiam mei Lutherani, an æquum sit huius
§. 82. suspitionis tam inane somnium mihi obesse apud viros evangelicos. Audi nunc aliud crimen: impingitur mihi quod ante quatuor annos non discesserim e proscenio dicens 'Valete et plaudite', nimirum mea gloria meoque præmio contentus, quod linguas consecrarim theologiæ, quod sophisticas ranas e scholis profligarim, quod contemptis ceremoniis ad fontes sacræ scripturæ sim adhortatus: hic certe plus laudis mihi tribuunt quam ego aghosco: sed ex hoc proscenio discedere non licet nisi choragus ille noster iusserit. Et tamen sic hactenus ago fabulam, ut illa sublimia Rosciis et Aesopis relinquam: denique comœdum esse mihi magis libet quam tragœdum; ex voce, lateribus, arte me ipsum me-
§. 83. tior. Sed obstas, inquiunt, reliquum fabulæ peracturis. Audiamus igitur et hæc crimina: Romanam, inquiunt, ecclesiam adhuc magnifacit et agnoscit, Romanum pontificem adhuc coli iubet, scribit neminem bonum unquam subtraxisse

---

[2] Iritabat *1*. [3] Prodiit primum Lond. in ædibus Pynsonianis a. 1531., tum Antv. 1522. Cf. *Roscoe life of Leo X. ch.* 19. [15] Mar. Caracc.] ille de quo satis supra. [42] Rosc. et Aes.] comœdis et fabularum inventoribus.

Digitized by Google

sese huius regno: hæc aliaque permulta sunt in illorum literis. De regno nusquam memini: alicubi scripsi 'pios omnes ubique favere dignitati pontificis: quis autem non faveat eius dignitati qui virtutibus evangelicis Christum nobis repræsentet?' et hoc addo, quoties aliquid tribuo dignitati pontificis. nemo vero nescit quibus in rebus sita sit vera dignitas Romani pontificis; nec hoc uno in loco declaratum est in lucubrationibus meis. Ego vero doctus ex evangelicis §. 84.
et apostolicis literis etiam ethnicis principibus aliquid tribuendum esse didici, nisi palam impia iubeant. ad hanc regulam nullius episcopi dignitatem contemnendam esse censeo. an non impium est contemnere bonum episcopum? Sed depingunt quem velint contemni. Et quis est, inquiunt, Romanus pontifex, an non exustor evangelii, inimicus dei, seductor totius Christiani populi? Si de tali pontifice loquuntur, a me nullus unquam probatus est. et tamen si quis talis esset, non est meum illos de solio præcipitare: vivit adhuc Christus et habet in manu flagellum quibus tales exturbet e templo. Sed non est spes, §. 85.
inquiunt, sequuturum meliorem Leone. Primum ego non sum iudex Leonis: habet ille suum iudicem cui stat aut cadit: si præcesserunt tot boni, quur non est spes aliquem posse sequi priscis illis adsimilem? nam de hoc nihil pronuncio, ne cui videar assentari. Christus ipse per impium pontificem adiuratus respondit nec prorsus obticuit a Pilato iussus loqui; Paulus quomodo agit causam apud Festum, Felicem et Agrippam, videlicet appellat tyrannos, mancipia diaboli, servos peccati, hostes dei, mox æternis ignibus addicendos? Nunc vide quid isti responderint civilitatem meam excusantibus. Sic, inquit, diceret Erasmus, Antichristus es, papa; seductores estis, episcopi; Romana sedes vestra abominabilis est deo, aliaque in hanc sententiam multa his etiam odiosiora. Non probant Erasmi civilitatem, nisi prius hæc præfati, tam videlicet §. 86.
evangelice. Primum illud quæram ex meo iudice, an putet æquas huiusmodi leges quas mihi præscribit; deinde an putet utiles negocio Lutherano. Si hæc scriberem in bonos pontifices, nonne videar iniurius? si in malos sic debacchar er, quid aliud quam irritarem crabrones in meum multorumque malum? Su- §. 87.
perest adhuc unum crimen omnium maximum: in Paraphrasi qua explico nonum caput apostoli Pauli ad Romanos, tribuo minimum quiddam libero arbitrio, videlicet sequutus Origenem et Hieronymum. Principio quum Paraphrasis sit commentarii genus, quum profitear me in plerisque sequi probatos ac priscos interpretes, quid admissum est piaculi si sequor alicubi Origenem et Hieronymum, autores ut arbitror in sacris literis non aspernandos? Atque id factum est ante quam Lutherus prodidisset dogma suum, sive Wicleviticum, quicquid facimus sive boni sive mali esse necessitatis absolutæ: nam mea Paraphrasis excusa est Lovanii anno millesimo quingentesimo decimo septimo, et aliquot mensibus erat Antverpiæ scripta prius quam excuderetur. atque interim quidam appellatur totus Erasmianus, quod de libero arbitrio mecum sentiat et a Luthero dissentiat: sed tamen huic datur venia, quod iuvenis bonæ spei brevi sit aliter sensurus. Hic rursus appello meum æquum iudicem, quum hoc scri- §. 88.
pserim ante proditum Lutheri dogma, quum idem sentiant omnes theologi tum veteres tum recentes, Origenes, Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius, Arnobius, Scotus, Thomas, cur ego velut autor huius sententiæ vocor in ius, et quur qui dissentit a Luthero, vocatur Erasmianus potius quam Hilarianus aut Hieronymianus, præsertim quum eam quæstionem non susceperim pertractandam in Paraphrasi sed obiter transilierim, quemadmodum fecit ipse Paulus, qui non dignatur illic respondere percontatori improbo. et tamen vide, lector, quanto minus illic tribuam libero arbitrio quam tribuant vel veteres vel recentiorum scholæ.

Digitized by Google

§. 89. suspicor enim hæc esse verba quibus offenduntur ex capite nono. quum enim proposuissem improbam quæstionem obiectam deo, quæ conatur illi impingere iniusticiam, 'imo, inquam, nonnihil est in voluntate conatuque situm, licet hoc ita sit exiguum, ut ad dei gratuitam beneficentiam nihil esse videatur; nemo damnatur nisi sua culpa, nemo servatur nisi dei beneficio; eo dignatur quos vult, sed ita ut sit de quo gratias agas, non sit quod queraris'. Hæc in Pa-
§. 90. raphrasi. Videbam hinc Scyllæ periculum illiciens ad fiduciam operum, quam ego pestem religionis maximam esse fateor; illinc videbam Charybdim, malum etiam formidabilius, quo nunc non pauci tenentur, dicentes 'Obsequemur animo nostro, sive torquemus nosipsos, sive indulgemus animo, tamen eveniet quod semel statuit deus': itaque sermonem meum moderatus sum, ut minimum quiddam tribuerem libero arbitrio, ne fenestram aperirem tam capitali socordiæ, ut abiecto omni conatu vitæ melioris, quod suo animo collubitum fuerit quisque faceret; et tamen hæc scribebam ignarus fuisse quenquam qui funditus tol-
§. 91. leret omnem liberi arbitrii vim; quod dogma etiamsi mihi constaret esse verum, nolim tamen nudis verbis in vulgus serere: nunc quis nescit de fato disputatum inter philosophos ante Christum natum? et hinc ad nos venerunt quæstiones inexplicabiles, de præscientia, de prædestinatione dei, de libero hominis arbitrio, de futuris contingentibus, in quibus arbitror optimum esse non admodum anxie versari, quando abyssus est impervestigabilis; malim ea inculcare quæ nos hortantur ad modis omnibus conandum optima, nihil tamen interim nobis arrogantes, etiamsi quid esse nostrum possit, sed totum iudicium deferentes Christo cum bona fiducia de illius benignitate potissimum concepta.
§. 92. Pronunciet hic igitur meus ille iudex, an mihi velut autori debeat imputari quod nemo veterum ac recentium non dixit; an æquum sit mecum hac de re litigare, cum potius agendum sit cum tot huius sententiæ autoribus, qui rem ex professo tractant, quum ego obiter in Paraphrasi paucis attigerim. Fieri potest, ut quoniam non satis teneo omnia Lutheri dogmata, imprudens et in alium quempiam lapidem impingam; quod si contingat, num protinus in me frement illius amici? tot sunt ubique qui magnis clamoribus, qui libris æditis in Lutheri doctrinam destomachantur, et mihi uni hiscere non licebit, siquid
§. 93. parum arrideat? Saltem hoc concedant homini, ut vere scribunt, meticuloso, parum erudito, nullius in hoc rerum genere iudicii, ut tot probatorum virorum iudiciis subscribat alicubi, et in tumultu tam periculoso tacitus in eorum discedat sententiam quorum autoritatem tot seculis sequutus est orbis Christianus. Siquis Erasmum non potest amare ut Christianum infirmum, sumat in eum quem volet affectum: ego alius quam sum esse non possum. sicui Christus impartiit grandiora dona spiritus, et sibi fidit, utatur in Christi gloriam: mihi magis interim cordi est humiliora sectari, modo tutiora: non possum non exe-
§. 94. crari dissidium, non possum non amare pacem et concordiam. video quanta sit in rebus etiam humanis obscuritas, video quanto facilius excitetur tumultus quam sedatur, et didici quot sint artes Satanæ; nec meo ipsius spiritui ausim per omnia fidere: tantum abest ut de alieno spiritu possim certo pronunciare. Cupiam omnes in hoc conniti ut victore Christo coeat inter omnes evangelica concordia et excluso tumultu veris rationibus consulatur hinc sacerdotum dignitati, hinc populi libertati, quem dominus Iesus liberum esse voluit: huc euntibus pro sua virili non deerit Erasmus; cæterum sicui magis placet omnia miscere, me certe nec ducem habebit nec comitem. Prætexunt energiam spiritus; saltent igitur bonis avibus inter prophetas quos afflavit spiritus domini: me nondum corripuit iste spiritus; ubi corripuerit, fortasse dicar et ipse Saul

Digitized by Google

inter prophetas. Non dubito quin iam dudum dicas 'Quorsum ista tam multa, §. 95.
tam putida?' Nimirum huc ne posthac talibus rumusculis vel tantillum commovearis, etiamsi nullus accurrat Hilarius qui te exhilaret animumque reddat. Utrique viduæ cæterisque amicis multam ex me salutem annunciabis. Simul atque se remiserit hyems, provolabimus e nido. 'quonam?' inquies. Ad vos si pacis affulserit serenitas; sin minus, illuc ubicunque fuerit paratior salutaris vini copia: nam Romæ pestis odiose ludit, nec minus sævit Lutetiæ. Bene vale, vir optime. Basileæ, Calend. Feb. Anno domini M. D. XXIII.

FINIS.

---

10 NVIBVRGI BRISGOICI. **CCCVIII.** 13. FEBR. 1523.

OTHO BRVNFELS ZVINGLIO
AMICO CANDIDO ET PIO.

Vehementer probo constantiam tuam atque animum illum in te vere invi-
15 ctum et Christianum . . . . . Dimidius annus est quando cum commendatitiis literis iussit ut ad te irem Nesenus, communis noster amicus; ab amicis autem retentus sum in oppido Nueburgo, quanquam necdum desponderim illum animum ut eam. si enim perseveraverit persecutio illa, quæ apud nos iam regnat, atque locus mihi fuerit relictus suffugii, non spernam
20 illud consilium Christi, ut fugiam de una civitate in aliam. spero autem apud vos liberum mihi esse et scribere et dicere quæ evangelica et seditiosa non sunt. conditionem meam tibi scripsit fortasse Nesenus, aut si non scripsit, aliunde aliquando scies quam ex me: credo si me noveris, sponte aliquando me arcesses. Novarum rerum nunc nihil habeo, nisi quod pessimo omine captus
25 est senior filius Sickingii a Palatino tyranno et quidam etiam alii primæ sortis, in quibus omnem spem suam collocaverat Franciscus. Multa nobis de hoc viro spes fuit, sed ruunt et labant illius omnia, et nedum illius sed omnium qui iam evangelium amplectuntur. Huttenus noster male habet, et nos alii passim profligamur; exibilamur per omnes terras et certe nescio quid sit mihi
30 suspicandum mali. Spiritus Christi cum spiritu tuo. Amen. Bene vale. Saluta Leonem et omnem Christianum fratrem. Raptim domo Franciscorum. Nuiburgi Brischoiorum. Id. Febr. 1523.

CCCVIII. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n. 81.) p. 272. sq. nº. XI.

[1] Cf. I. Regum X. 11. sq. [3] Cf. initium epistulæ.

[10] Nuiburgi] Hodieque *Neuenburg*, quod est oppidum ad Rhenum inter Basileam Brisacumque situm. [19] Christi] Evang. sec. Matth. X. 23. [20] sed. non] *vult* non seditiosa. [30] Leon.] *Iud* sive Iudam, Turicensem, nat. a. 1482., Basileæ a. 1542. mortuum, inter doctos eius temporis non obscuri nominis prædicatorem evangelicum.

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCVIIII.** 25. MART. 1523.

ERASMVS ROTERODAMVS
VDALRICO HVTTENO S.

§. 1. *Henricus Epphendorpius, nostri non instudiosus, certe tui amantissimus, subindicavit mihi te non satis amico in me animo esse, adeo ut nescio quid mordacioris scripti mediteris. quod ego sane eo magis sum admiratus, quod de meo in te animo, quem hactenus in te gessi ut si in quenquam alium amantissimum, nihil adhuc immutarim, etiamsi pristinam familiaritatem nobis invidit ad tempus fortuna; nec dedignatus sum te alloquio quum hic adesses, sed humanissimis verbis per Epphendorpium rogavi ut absti-*
§. 2. *neres, si tantum esset salutatio, propter invidiam qua gravatus sum iam diu usque ad capitis periculum. Quod autem consilium est lucrifacere invidiam, quum nihil prosis amico? Ego te, mi Huttene, in tali statu si fuissem Huttenus, ultro rogassem Erasmum, ne sibi frustra accerseret odium. et tamen admonui Epphendorpium, si posses abesse ab hypocaustis, quæ ego nullo pacto ferre possum, mihi non ingratum fore tuum colloquium.*
§. 3. *Fortasse non sunt mea in te officia quæ commemorem, et siqua essent, ineptum sit ea a me commemorari: hoc possum vere prædicare me veteris benevolentiæ semper fuisse tenacissimum, nec unquam Huttenum a me vel dicto vel facto fuisse læsum: ego sum huius animi, ut tantam amici-*
§. 4. *tiam quantam inter nos conciliarunt bonæ literæ, vix etiam parricidium dirimere debeat. Sunt fortasse qui te instigent in me, hoc agentes ut tuo stilo abutantur ad animi sui saturandum odium. Quod si feceris, illud scito, primum facies in immerentem, non enim dicam bene meritum, certe in tibi bene volentem; deinde rem facies Iacobo Hochstrato, Nicolao Egmondano aliisque compluribus, quos tu pro summis hostibus ducis, longe*
§. 5. *gratissimam; cæterum summopere molestam bonarum literarum cultoribus, quorum te profiteris propugnatorem. Quomodo repubescent illa portenta, si senserint Huttenum, illam sic adamatam Erasmo ingenii venam, illum toties prædicatum Erasmo, stilum in Erasmum stringere? Quare fuerit hoc tuæ prudentiæ, priusquam tollantur signa, priusquam rauco crepent cor-*

CCCVIIII. 1...3 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,3...5.) 1) p. 1061. sq. 2) p. 1469. sq. XXVII. 3. 3) coll. 790. sq. n. DCLXXII. 4 = Wagenseil. n. LXVIII. p. 328...330. 5 = Hutt. Münch. IV. p. 335...337. 6 = Kraft (Ind. bibl. n°. 84.) p. 13...15. Cf. Burckhard. II. p. 248. sqq. 288.

---

[4] Epphendorpus *4.* Eppendorpus *5.* Eppendorpius *6.* [5] nesciam, *4...6. (inepte).* [7] quemquam *5. 6.* [9] invidet *2.* [10] Eppendorpium *6.* [13] te *omis. 4...6.* [15] Eppendorpium *5. 6.* [21] litteræ *4. et sic in sqq.* tt [23] stylo *3.* [30] stylum *3.* [31] *Ignavia Enniani versus particulas inopportune expressit Erasmo.* Cf. Vergil. Aen. VIII. 2. IX. 503.

Digitized by Google

nua cantu, priusquam tuba terribilem bello sonitum taratantara dicat, veluti missis patre patrato ac feciale secretis literis ad me libere et amice perscribere quid de me tibi delatum sit, aut quid omnino sit quod exulceret animum tuum: nam ipse, ita me deus bene amet, non possum divi- §. 6.
nare: non dubito quin tibi per omnia sim satisfacturus, nisi prorsus alius esse cœpisti quam olim fueris. Utinam, mi Huttene, non haberes alios ho- §. 7.
stes quam Erasmum; utinam haberes quicquid hic inimicus tibi optat! puta hoc tibi de tripode dictum. Iam si te ab instituto revocare non potest nec §. 8
veteris amicitiæ religio, nec studiorum communium ratio, nec hostium voluptas, cogita hoc non mediocriter ad tuam quoque existimationem pertinere: quis enim non desideraturus est humanitatem et genere et literis dignam in Hutteno, si nulla lacessitus iniuria ferrum letali veneno tinctum stringat in amicum? nec fortasse defuturi sunt qui perpendentes quo in §. 9.
statu res tuæ sunt in præsentia, suspicentur istis artibus prædam undecunque peti; et periculum est ne apud multos hæreat coniectura, nimirum in profugum, obæratum et ad extremam rerum omnium inopiam redactum. Non es ignarus, quæ fabulæ vulgo de te ferantur, neque nescis §. 10.
quamobrem tibi succenseat quidque tibi minitetur comes Palatinus, qui de famulo tuo sumpsit capitis supplicium. Proinde nolim interpreteris hanc §. 11
meam admonitionem vel a metu vel a mala conscientia proficisci potius quam ab amore tui, meque nunc meum negocium agere magis quam tuum. ut odiosissime scribas, primum nec horum malorum insolentem impetes, §. 12.
nec omnino mutum; deinde ut obticescam, tamen gravius læseris tuam ipsius existimationem quam meam. quare etiam atque etiam vide, mi Huttene, §. 13
ut hic tuam prudentiam in consilium adhibeas potius quam obsequare levissimorum hominum cupiditati. Bene vale. Basileæ in die parasceues. M D XXIII.

Expecto tuam expostulationem.

---

[12] lethali *3.* [17] fabulæ] *Erasmus vult sed dicere ausus non est* vera crimina; *sed ea post bella rite indicta secundum mores legesque illius temporis mera auxilia habebantur.* Cf. supra num. CCLXII. CCLXVIII. CCLXXXI. [18] comes Pal.] *Francisci Sickingensis, amici Hutteni, acerrimus hostis.* [19] sumsit *4.* [21] negotium *2. sqq.* [21] existimationem] *Scriptorem inflaverant etiam crebræ adsensiones multæque admirationes, quibus in prioribus iurgiis litibusque, ut in bello contra Leum, animum suum demulserat.* [26] Basilea in die Parasceves sive 25. Martii. *3. 6.* [27] MDXXIIII. *1. 2.* Anno 1524. *3.* [28] Exspecto *6. Verius dixisset* Vehementissime angor expectatione tuæ expostulationis. — Forte fortuna statim subiungenda est expectata expostulatio, quam si non provocasset Erasmus, ipse quidem prudentius egisset, nos vero tum Erasmici tum Huttenici ingenii præstantissima descriptione careremus.

Digitized by Google

[MVLHVSI.] **CCCX.** [VERE A. 1523.]

VLRICHI AB HVTTEN
CVM
ERASMO ROTERODAMO
PRESBYTERO THEOLOGO
EXPOSTVLATIO.

VLRICHVS HVTTENVS EQV.
D. ERASMO ROTERODAMO THEOLOGO SAL.

§. 1. Recte tandem intelligere cœpisti, Erasme, et me ferre dolentissime et communes nostros amicos sic sentire, factum abs te iniquissime, quod cum essem Basileæ superioribus diebus, a colloquio repulisti; ob idque excusare puto id factum volens primum apud quosdam varie id egisti, nunc in epistola ad Laurinum quendam, quam Basilea mittunt ad me necessarii mei typis quoque excusam, miro quodam figmento uteris: sic enim scribis „Fuit hic Huttenus paucorum dierum hospes; interim nec ille me adiit, nec ego illum; et tamen si me convenisset, non repulissem hominem a colloquio, veterem amicum“ etc. et post ea „Sed quoniam nec ille ob adversam valetudinem poterat ab hypocaustis abesse, nec ego

ℭ Er Vlrichs vonn Hutte
mit Eraſmo von Roterdam
Prieſter vnd theologo
hādlung, allermeiſt die Lutheriſche ſach betreffend.
M.D.XXiij.

§. 1. Ich verſehe mich. du haſt endlich verſtandē, mein lieber Eraſme, dz mirs ſeere mißfallenn, auch vnnſer beider freunde auff dyſer meinung ſeynt, dz du nit recht an mir gefaren, ſo ich negſt zu Baſel geweſt, dz du mich nicht zu dir haſt wollen laſſen. Vnd derhalbē dz ſelbige ytzund bey vylen mācherley entſchuldigeſt, ſonderlich yn dem ſendtbrieffe, den du zum Laurino geſchrieben, der mir zu Baſel gedruckt, vonn meynen freunden zeiget iſt, brauchеſtu mir ſunderliche lyſt, ſchreibeſt alſo. Hutten iſt etzliche kurtze tage alhie geweſen, iſt aber nye zu mir kommen, ich widderūb nicht zu yhm, wo er mich aber beſucht het, wolt ich jhm mein wort nicht vergunt haben, ſeitemal er nu mein alter freunt vnnd ſonder. Aber derhalben, das er vmb ſeyner kranckheit nicht lange auß der ſtuben bleibē kan, vñ ich yn nicht gewonet, hat ſichs begeben das keiner den andern auff dyßmall

CCCX. 1...4 = Indic. bibliogr. n°. XLV. 1...4. De Germanicis versionibus vid. ibid. a b. Exhibemus eam quæ a. 1523. prodiit.

[8] [*ERASMVS.* Potin' es mihi verum dicere?
HVTTENVS. Nihil facilius.
Terent. Andr. II. 6, 6.]

[13] cf. supra num. CCCVII. p. 158. sqq. [15] scribis] Ep. ad Laurin. §. 64. supra p. 171. [30] vergunt] = miſsgönnt [31] aus d. ſtuben] *Immo* von den ſtuben [Ofen], ab hypocaustis

Digitized by Google

ferre, factum est, ut neuter alterum viderit". Quid hoc quæso commenti §. 2.
est? quæ fabula? Hoc fuit in caussa, quo minus coiremus? nec tu de-
precatus es a me statim urbem ingresso, ne te inviserem, quod hoc fieri
non posset citra invidiam, qua me non deceret gravare amicum? Quæso, §. 3.
sive leviuscula res est, ut quidem videri potest alicui, quid editis monu-
mentis amoliri eius abs te invidiam dignum ducis? sive talis, ut tuam ibi
p. 2. | quan||dam culpam agnoscas, quomodo audes in re omnibus nota fin-
gere, et ab ambagibus defensionem mutuari? Ego vel per valetudinem §. 4.
vel aliter ab hypocaustis vel tantillum abesse non potui, ut te semel aut
iterum convenirem, per dies plus quinquaginta, quos istic substiti, qui
sæpe in medio foro totas treis horas confabulantes amicos sustinui? Hoc §. 5.
est tua dignum gravitate, rei manifestæ falsum induere colorem et vana
specie verum adumbrare? atque haud scio an ægrius hæc me habeat nunc
vafrities tua quam ipsum factum quo me tractas incivilissime: odi enim §. 6.
natura fucum, synceritatis amicus; neque usquam magis offendor, quam
ubi non vere, neque ex animo agi mecum video. Sed fore non putasti,
ut in disceptationem nihili rem mitterem: itaque de me securus eras, ne
ut iniuriam expostularem, aliis opinionem de te inhumanitatis eximere
voluisti. Næ tu si hoc sentis, haud recte me nosti: ego non vehementis §. 7.
iniuriæ loco habeam male tractari ab amico, cui mea semper cognita fides,

geſehen hatt. Mein lieber Eraſme, wz iſt mir dz vor ein ſchwangk? yſt dz die vrſache §. 2.
geweſen, darüb wir nicht habē kundt zuſammē komen? Haſtu aber nicht von mir ge-
bēten, ſo ich zum erſten yn die ſtat bin kommen, das ich dich nicht ſolt beſüchē, darumb,
das es on dein haß vñ nachteil nicht geſchehē kunde mit welchem mir nit zymet dz ich dich
beſchweret? Ich frage dich mein Eraſme, die ſach ſey nu alſo geringe als ſye võ etlichē §. 3.
geacht mocht werden, warumb haſtu dann ſollichen haß oder beſchwernys, mit offnen ſchrifftē,
von dir wollen ſchiben? So ſye aber alſo groß iſt, das du deine ſchuldt erkēneſt. Wie
biſtu alſo küne, das du ynn eyner ſach, die allenn leutē offenbar, alſo offentlich darfſt
lygen, vñ mit ſollichen vmbſchweiffen, dein ſchützung ſüchen? Als nemlich ich ſolt von §. 4.
krancheit wegen, oder ſunſt vorhyndernis nicht ein ſolliche zeit von ſtuben kunt ſein, yn
mher dan funfftzig tagen, die ich da ſtylle gelegen, dz ich dich eynn mal hett angeſprochē,
ſo ich doch offt mittē auff dez margkt, bey guten freunden zwo oder drey ſtundē geſtanden,
mit yhn geredet, vnnd hab ſye wol konnen duldē. Stehet dz deyner dapfferkeit zu, ein §. 5.
gātz offentlich ding, alſo mit falſcher farbe zubeſtreichē, die warheyt alſo mit falſcher ge-
ſthalt zuuerſchattenn? Auch weys ich nicht was mir am weheſten thut, dyſe deyne heym-
liche tucke, oder die that an ſych ſelbeſt, durch welche du gantz unhöfflich vñ unfreuntlich
mit mir handelſt, der ich gleyßnerey vnd ſchmeichlerey von natur gehaß bin, vnd eyn §. 6.
freund der lauterkeyt. Kan auch nicht hocher vorletzt werden, dann wo ich ſehe, dz man
nicht warhafftig ob' auß hertzē mit mir hādelt. Du haſt aber villeycht nicht gedacht, dz
ich mich einer ſolchē ſachē ſo hart wurde annemē, vñ dich alſo fern meiner forcht ent-
ſchlagē, daſtu gleich wol auff vorradt gedacht, wo ich mich ſolches hones wurde annemē
oder beklagē, daſtu das gerucht, deiner unfreuntligkeyt furhyn ſchrifftlich, von dir haſt
wollē ſchyben. Ich ſage aber, ſo dyß deyne meynūg yſt, kenneſtu mich noch nicht recht. §. 7.
Wie ſolt ichs nicht vor ein groß ſchmach antzyhen, alſo gehādelt werden von eynem freunde,

Digitized by Google

mea perspecta benevolentia, et quicum deinde nulla intercessit offensa,
§. 8. cuius quidem vel tu me arguas vel ipse conscius mihi sim? Audes tu vero negare abs te repulsum, cum scias quibus te ibi testibus convincere facile habeam? At intantum non putasti hoc futurum unquam curæ mihi, ut ve-
§. 9. ritus non sis quidvis hic comminisci. Mihi vero curæ imprimis semper fuit, ut sancte amicitias colerem; neque aut fugi ullum magis crimen, quam || malæ tractationis ab amico postulari, aut contra aliquam ægrius | p. 3.
§. 10. indignitatem tuli, quam ab aliquo ibi fraudem mihi fieri. Scias igitur acerbissimum hoc mihi abs te contigisse. Quid ni? qui te et tua prædicatione et mea conscientia aliter non quam veluti religione quadam contactus reverentissime semper colui, hunc tu dignum non existimas, quicum
§. 11. sermonem socies? qui per omne hoc tempus, quo fuit inter nos amicitia, sic fervide illam colui, ut nemo adhuc inimicus tibi contigerit, contra quem non statim inimicitias ipse quoque susceperim, eum tam leviter amicum habes, ut ob tenuissimam a pessimis hominibus suspicionem abs te
§. 12. excludas? Quid dici potest incivilius? quid his indignum magis studiis? 'At tui rationem habere te ibi oportuit, ne si me admitteres, periculo esset id tibi'. Puto enim uni tibi intentos esse curtisanos ac sedulo observare,
§. 13. num quid mecum habeas. et cum tot per Germaniam civitates publice,

dem mein glaub nu lāge bekāt, d' meinē glimpff vñ gütwilligkeit offt erfarē, mit wilchem ich nye yn zweitracht kommē, das du auch ſelber kunteſt ſchuldigē, oder das ynn meinem
§. 8. wiſſenn ſtunde? Wie wiltu aber nu leucken, das du dich meyner nicht entſchlagē haſt, ſo du doch offentlich wyſt, mit was gezeugenn ich dich vberkömē kan? Du haſt aber darauff nicht gedacht das ich zukunfftig die ſach alſo ynn acht nemen wurde, vnd alſo on
§. 9. gefār alhye, vnd vmbedacht, wie dirs nur eyngefallen, dauon geredt. Ich aber hab allezeit fortrefflichen fleyß dahyn gewēdet, das ich der kuntſchafft oder freuntſchafft, ſo mir vndter fromen leuten begegnet, auffs aller heyligeſt achtneme, vñ darauff wartet, hab auch keyn laſter ye meer geflogē, dan wo ſych eyn freundt, von dez andern, ſolcher, oder der gleychenn vnbillicher haltunge beclaget, keyn vnbillikeyt ye ſchwerlicher getragē, dā wo ich zwiſchē freundē, eynen vonn dem andern hynderliſt geſtellet, hab erfaren, derhalben du
§. 10. wyſſen ſolt, das mir eyn gantz bitter ſtuck, yn dyßem fall, von dir ſey begegenet. Ich darff das frey ſagen auff mein gewyſſen, vñ auch auß deynez zeugnis, dz ich dich nye anders dan als eynen Got, mit hochſter heyligkeit gefyert vnd gewirdiget hab, vnd du achteſt
§. 11. mich nit wirdig, dz du nur mit mir redeſt. Als lange, als ich deine kūtſchafft gehabt, byn ich allezeyt alſo hytzig bey dir geſtanden, dz dir nye keyn feind bekommen, ich hab des ſelbigen feindſchafft vmb deynet willen auch wöllen habē. Vnd du achteſt mein freuntſchafft alſo gering, das du mich, vmb eyner kleynen beyſorge, ſo onmechtige böſwicht, von
§. 12. dir mēchten haben, gātz verſtoſſeſt vñ vorwirffeſt, was kūd vnfreuntlicher vō dir geſagt werden? was iſt deinē ſtudijs vngemeſſer? mochteſt aber ſagen, ich muß meines thuns achtnemē, vnd auff mich ſehē, wen dir villeicht ferligkeit darauff geſtanden, ſo du mich zu dir gelaſſen hetteſt. Ich ſehe es dauor an, dz die Curtiſan alleyne, vmb deynet willē
§. 13. hynauſſen ſeynt, merckē alleyne auff dich, ob du etwan gemeynſchafft mit mir habeſt. Es

---

[7] male *1. 2.* [35] *lego* beikommen

Digitized by Google

tot privatim boni viri nullo neque periculi neque invidiæ metu optima fide hospitium Hutteno exhibeant, solus Erasmus est qui et periculum propositum habeat et invidiam sustinere haud possit! Non video quemadmodum vel illud sit vel hoc te deceat. nam neque ex tot amicis unus aliquis §. 14. adhuc propter negocium curtisanicum alienatus a me est, aut vitandum sibi etiam putavit; neque satis caussæ tibi est ob eius quæ inde oriri p. 4. | potest invidiæ metum excludere a colloquio amicum: || poteras, si nuper socia mecum arma coniunxisses, in partem discriminis venire; cui ob admissum colloquium invisus esse debeas, haud scio. Quem ego vero ami- §. 15. cum, etiam cum res minus invidiosas agerem, periculi participem esse mihi volui? Nonne Capnionis defensionem ad ultimum usque illius vitæ diem sic exercui, ut illum iuberem vitare me, atque ita versatus in negocio fui, ut a me semper deteriora quam ab ipso expectare inimici eius habuerint, etiam tulerint, cum ipse interim sancte iurare posset se inscio fieri quæ illi a me commissa querebantur? Quare etiam quo fidem illis §. 16. non communicati secum consilii faceret, passus sum admoneri me nequid pro se conarer, cum ego meum me ibi negocium agere dicerem, nullius alterius, nec pertinere ad Capnionem quæ ego facerem, sed mea caussa meoque fieri periculo: itaque nunquam habuerunt a me pacem scelerati, etiam cum ab illo habebant, quo ego quiescente aut aliud agente sat

haben mich vil Stete durch gantz teutſch landt, auch vil redlich menner ynn ſunderheyt on alle forcht vnd beſchwernus, offentlich behauſt vñ gehofft, aber dich alleine wil der teuffel baldt freſſen, du haſt alleyn ferligkeit zuforchtē, vnd wilt keyn beſchwernis, Got gebe es ſey billich oder vnbillich, vberal tragen. Wie aber das erſte war ſey, vnd wie wol dir das ander anſtehet, kan ich nicht recht begreyffen. Es hatt ſych noch keyner, auß meynen §. 14. freunden, vmb der Curtiſan willen, meyner entſchlagē, oder vmb diſer vrſachenn gedacht zu meyden, vnnd du haſt eben auch nicht eyn volkomlich ſach, das du mich vmb dyſes haſſes forcht, ſo dir darauß mōcht entſpringenn, nicht zu dir haſt wollen laſſen. Es hett dir aber woll konnen begegnenn, ſo du mir neheſt ynn meyner ſache beyſtandt gethann. Nu iſt das meyne weyße auch nye geweſt, ſo ich gleich vngeferlich ſachē gehādelt, das ich §. 15. meine freunde dareyn miſchet. Welchs clar anzaigt doctor Reuchlens ſchutzunge, do mit ich alle zeyt, byß an dz endt alſo gehādelt, das ich yhn ſtetz ſelbeſt gebetē, er wolt mich ye meiden, bin doch alſo mit der ſach vmbgangē, das ſich ſeine feynde allezeyt meer vor mir dan vor yhm ſelbſt beſorgt habē, yſt yhn auch alſo widderfaren, darauff er doch frey hat durffen ſchwerē, das es alles on ſein wiſſen geſchech, das ſie ſich von mir beklagten. Hab auch, darumb das meyne widderſacher das glaubtenn, das meyn vornemē nicht auß §. 16. vnſer beider rath gīge, geduldet, das er mich vormanet, ich ſolt ye feynet halbē nichts anfahen, habe derhalben offentlich bekant vñ geſagt, dz es meine ſache ſey vñ keines andern, gehe doctor Reuchlin nichts an, das ich handel, ſunder mich alleyne, geſchehe auch mit meyner ferligkeyt alleine. Alſo haben die bößwichter keyn fryde vor mir gehabt, ſo gleich Reuchlyn yn fride geſeſſen, damit ich ſye gnug gepeyniget, hab yhn dieweil ſtylle

---

[21] ſchntzunge *1. in non nullis, non in omnibus exemplis.* § 15] Subindicat etiam Epistolas obscurorum virorum, ut videtur.

Digitized by Google

odiose interim afflixi illos. Sed quid hæc ego quasi meorum ostentator
apud te qui in tuas prius literas retulisti testimonium de me, id ipsum
§. 18. commendans, quod præter meipsum neminem invidia gravare soleam? Qui
neminem igitur solitus sum, te volui, quo sanctiorem amicum nescio an
quenquam habuerim? aut ego si periculum esse tibi cogitassem, petere
colloquium vel etiam admittere voluissem? Non voluissem, profecto non;
sed voluptate me ibi illa, quam nunquam non cepi congressus tibi, de-
§. 19. fraudassem. At vero quis credat ita feroces || subito factos inimicos | p. 5.
meos, ut levia hæc persequi in animum inducant, quos in gravioribus ces-
§. 20. sare hactenus vidi? Quin etiam ut quod sentio dicam, verisimile non est
in te moliri aliquid mea caussa qui ipsum me negligunt contemptissime.
quanquam ut haud temere suspicatus ita sis, quid pro amico faceres tu
§. 21. qui invidiam quantumvis levem capere negas? aut quid in te spei mihi
fuerit, siquando invalescente inimicorum potentia eo fortuna vocaverit, ut
accisis rebus cogar omnium opem atque auxilium implorare, cum integris
adhuc congressum quoque subterfugias? Vel credibile est persequentibus
inimicis aliqua in re adiuturum, cui quiescentibus iamdum conveniendi tui
§. 22. copiam non facis? Interim senatus urbis data publica fide hospitio lætus
accipit, hospitale quoque munus offerens; ipsi magistratus alius super
alium reverenter adeunt, multi omnium ordinum quasi certatim irruentes

laſſen ſytzē oder etwas anders thun. Iſt aber nit von nötten, das ich mich von dyſen
dingē bey dir rhúme, ſeitemal du ſelbeſt offentlich von mir geſchriebē, gezeuget, vñ gelobet
§. 18. haſt, dz ich niemants dan mich ſelbeſt, mit haß pflege zubeladē. Iſt derhalbē der warheit
wol enlich, das ich dir, meinem beſtē freūde, hab wollē thun, das ich nye keinem menſchē
ye hab pfleget, ſonder das glaub mir, wo ich etwan deyn ferligkeit darynne bedacht hette,
das ich deynes anſprechēs nicht alleyne nicht begeret, ſonder auch nit zugelaſſenn wolt habē.
Ja ich wolt mich der wolluſt, die ich allezeyt entpfangē, ſo ich mit dir geredt, beraubet
§. 19. haben. Wer wolt aber glaubē das meyne feynde ſo ſchnel, alſo hefftig od' geſchwindt weren
worden, das ſye ſych ſolcher kleyner ding annemē, ſo ich doch ynn vill groſſerem byß hie
§. 20. her nichts vermerckt hab. Vnnd das ich eben ſage, wie mirs vmbs hertz, iſt nicht der
warheit enlich, das dir meynet halbē etwas ſolt zugeſacht werden, ſeynt ſye mich ſelbeſt,
der ich ſelbſchuldig, auff das allerkleyneſte verachten, vñ ſych meyner nichts vberal annemen.
Ich ſetze aber, das dem alſo ſey, vnd du dz recht beſorgeſt. Wie woltiſtu yn eynē groſſe-
ren, bey eynem freunde ſtehen, ſo du eynen ſolchen kleinē haß oder nachrede, nicht kāſt
§. 21. tragē? Was troſtes ſolt ich mich zu dir verſehē, ſo mir alles das ich hett, von feinden
genomē wurde, das ich vonn armut getzwūgen, der leut ſteur vñ hylff muſt begerē, ſo
du mich jtzundt fleugeſt, dieweil ich das ſelbige noch nicht bedarff, vñ meiner ſach noch
rath hab? Iſt es auch glaublich, das du ynn verfolgūg meyner widderſacher bey mir halten
ſolteſt, ſeint du mich bereidt nicht zu dir wilt laſſen, ſo noch niemant widd' mich iſt, vñ
§. 22. ſo ich auch daruber eins Erbarn Rats geleydt gehabt, eyn offentliche herberge ynn d' Stat?
Itē mit eins Erbarn Raths geſchenck vorēret byn wordē, eyn Burgemeiſter nach dez an-
dern zu mir komē, vil ander güte freūde die mich mit hauffen beſūcht habē, auch etzliche
auß meynē widderſachern, die ſych widderūb, mit mir verſūnt habē? Aber du můſteſt

---

[2] Cf. supra p. 12. v. 16. sq. [7] cœpi *1.* [32] ſelbſchuldig *1.*

Digitized by Google

invisunt, etiam ex inimicis quidam redeunt in gratiam: solus Erasmus clausum se domi tenet, metuens in dubium futurum datam Romano pontifici fidem, si is resciat sermonem contulisse cum Hutteno. Quæ alia §. 23.
enim, si hæc caussa non est? nisi forte metuisti, ne propter frontis imbecillitatem haud posses ferre conscientiam; quin hanc eminentibus in vultu notis proderes, si quædam ego coram tecum expostularem, ut expostulaturus certo eram. Neque tu ignorabas quid me ægre abs te haberet, §. 24.
meo primum nomine, quem in tuis scriptis sat odiose notaveras; deinde
p. 6. | Capnionis nuper vita defuncti, quem fœdissime sugillatum || ignominiæ
et dedecori, quantum in te est, exposuisti. præterea de evangelico et §. 25.
libertatis negocio, in quo acceperam quorundam relatu haud perinde ac olim versari te, sed vel aliter sentire vel si idem sentias, aliter tamen loqui, admonere volebam. forte et alia afferebam complura, sed quorum §. 26.
nihil non erat in rem utriusque, cum mihi occurrit ipso statim die, quo Basileam ingressus sum, communis noster amicus Henrichus ab Eppendorf eques, qui me tuis verbis salutavit primum, deinde petiit ne te, postquam illo venissem, invidia gravarem. Id ego cum minime intelligerem quale §. 27.
esset, ait tandem hoc petere te ne tuam domum adventarem: timere te enim ne fraudi tibi sit apud inimicos meos, si nos conversatos audiant.
Hic me etsi misere admodum exacerbabat animi morsus, multa tamen do- §. 28.
nabam et tuis virtutibus et nostræ amicitiæ et hominum passim opinioni,

alleyn daheym verſchloſſen ligenn, vnnd forchtenn, das dir der Bapſt, das geleytte nicht widder auff ſaget, wo er erfüre, das du mit Huttē geredt hetteſt, wen es můß ye dyſe vrſach habē. Es wer dan das du deiner ſtyen ſchwacheit geforcht, dz du dein recht gewyſ- §. 23.
ſenn, nicht kundeſt verdruckenn, mochteſt villeicht ſeyn rot worden, vnd dich ſelbeſt vorrathen, ſo ich etzlicher ding vrſach, von dir gefraget, als ich dan freilich geſinnet, wenn du weiſt on zweyffel wol, was mir von dir mißhaget, meynet halben erſtlich, das du ſo §. 24.
gantz vnfreuntlich vonn mir geſchryeben, darnach Doctor Reuchlens halbenn, der negſt yn Got verſcheidē, wilchē du auffs aller ſchendtlichſt angriffen vnd verſprochen, entlich auff
ein ſchympff vnnd vnehr, als vil, als yn dir geweſt, geſatzt. Darüber wolt ich dich auch §. 25.
erynnert haben yn der ſach, das Euangeliū vnd Chriſtliche freyheit betreffent, ſo ich von etzlichen verſtādē dz du dich der ſelbigē nicht alſo, wie vorhyn, annemeſt, ſunder wereſt entweder vil anders geſynnet, oder ſo das nicht, redeſt doch anders dauon dan du vormals pflegeſt, het villeycht auch ſunſt etwas mer mit dir zu reden gehabt, das vns auff beyden §. 26.
teyln nit abtreglich were geweſen, ſo kommet mir baldt entkegen, den erſten tag, ſo ich gen Baſell kommen, vnſer beyder freundt der geſtrenge herr Heinrich von Eppendorff, grüſſet mich erſtlich von deynet wegen, bittet darnach, ſo ich nu dahyn komen, wolt dich ye nicht mit haß beſchwerē, hab ich nicht baldt vorſtāden, was das bedeutet, byß er weyter §. 27.
geſaget, wie das deyn fleyſſige bytt ſey, das ich ye nicht zu dir heym yn deyn hauß wolt
kōmen, wen es mocht dir von meynen feindē gfar darauß entſpringen, wo ſie vornemē das wir beiſamē geweſt werē, wilches, wiewol michs fere verdroſſen von dir, vnd mich faſt §. 28.
beweget, hab ich doch vil nachgeben, deinen tůgendē, vnſer altē freuntſchafft, vñ dem wan, ſo alle leuthe von vns gehabt, habe aber nicht gewuſt, wie du auff feindtſchafft bedacht

---

[9] nuper] d. 30. Iun. a. 1522. Cf. Erasmi ep. vol. I. p. 301. repet. [15] Hēricus 2.

Digitized by Google

nihil dum compertum habens decrevisse iam hostilia te et paratum habere
§. 29. domi telum, quod in veri assertores et libertatis vindices eiaculeris: itaque distuli per literas agere tecum, si tu forte conversus animo accersitum ad te audire sustineres; quo te ut provocarem, sæpenumero præter domum tuam, ubi nihil tum negocii mihi fuit, cum amicis deambulavi;
§. 30. neque dubito quin sic oberrantem plus semel videris. Contigit deinde abire me, celerius quam constitueram; cumque hic decrevissem reliquum hybernare, idque amicis istic, ut prope Basilea est, innotuisset, cœperunt
§. 31. alii per literas ut fit colloqui, alii facto itinere || etiam invisere. quorum | p. 7. relatu, cum forte sermo incidisset, cognovi quæ soleres in Lutherum et illi faventes cottidie disserere; et quod nihil dissimulanter minareris calamum quoque nobis, et solidos adeo libros quibus sectam hanc percelleres.
§. 32. Quæ mihi res suspicionem movit statim nonnihil esse quod prius monuissent aliqui. et tamen continui me, cum nudiustertius arbitror affertur huc illa prius a me commemorata ad Laurinum epistola, plena odiosæ insectationis et ex professo testis commutati in diversissimum tui animi, vel si is constet, susceptæ simulationis, ut gratificeris iis qui te, nisi inimicus nobis
§. 33. sis, ferre amicum non possint. Defixit me ibi admiratio quædam ad stuporem usque cœpique fremens mœrensque agitare mecum, quid tandem esse possit, cur tu, qui Romanum pontificem nuper in ordinem redigebas nobiscum, ipsam Romam scelerum ac improbitatis sentinam vindice ca-

ſeyſt, vñ habſt ſchöne gemachte pfeyle daheyme, mit wilchen du widd' der warheyt vñ
§. 29. Criſtlicher freyheit ſchutzer fechteſt, hab darumb mein ſchreyben zu dir verzogē, ob du dich villeicht noch bedēchē wolteſt, vñ mich zu dir ſoddern. Dazu ich dir dan auch vrſach, vñ gleich reytzunge gegeben habe, byn offt mit güten geſellen, on al ſonderlich geſchefft vor
§. 30. deym hauſe vbergangen, wo du mich one zweyffel haſt ſehē müſſen. Darnach hat ſichs begebē das ich ehe byn abgeſcheydē, den ich mir vorgenommē hatt, vñ ſo etliche auß meynen freundē erfaren, dz ich den wynter alhye wolt bleyben, als ich den nicht weyt von Baſel
§. 31. was, ſchriebē etzliche zu mir, etzliche kamē ſelbeſt, auß wilchē ich gehöret vñ wol verſtāden hab, was du widder D. Luthern, vñ ſeynen anhang teglich pflegeſt zuhādeln, vnd wie du auch offentlich mir, mit der feder drawеſt, vñ mit etzlichen büchern, damit du
§. 32. dyſe ſect wolleſt vnterdruckē, darauß ich baldt abgenōmen, das es nicht gantz vergebens ſey geweſt, damit mich furhyn etzliche meyner freunde gewarnet, hab mich aber enthaltē, ſo den dritten tag dauor (iſt mir recht) der ſendbrieff zum Laurino, den ich fur anzogen, alhieher iſt bracht wordē voller gyfftiger ſtychel vñ verfolgüge, vñ ein offentlicher zeug deynes gantz vmbgekarten, auff das aller vngeſchickſte gemüttes, oder ſo das nicht, deyner angenomnen heuchlern, das du den jenigen heuchleſt vnd zugefallē biſt, die du on meine
§. 33. feyndſchafft, yn freundē nicht kāſt behaltē. Daruber ich mich ſeer vorwundert, vnd gantz beſturtzt byn worden, vñ grimmig, vnd doch bekümert bey mir gedacht, was es doch vor eyn vrſache mōcht haben, das du, der du vorhyn zu gleich mit mir, den Bapſt zu Rome yn die ordenunge haſt helffen bryngen, vnnd den andern Byſchoffen, gleichformig machē

[7] abire me] Mühlhusiam. nam Basileæ morari tutum concessumque esse desierat. cf. supra p. 157. n. CCCVI. [15] ad Laur. ep.] supra n. CCCVII. [27] ehe] = eher, früher — als [31] mir] *male interpretatur* nobis

Digitized by Google

lamo increpabas, bullas ac indulgentias detestabaris, cærimonias damnabas, curtisanicam exigebas, ius canonicum et pontificum scita execrabaris, in summa, universam illius status hypocrisim severissime profligabas, is nunc retro actus contraria sequaris et cum hostili parte societatem ineas. Hoc §. 34. sollicite admodum agitanti mihi multa diverse occurrerunt quæ esse in caussa coniectare liceret, cur tu sic ab te ipso discessisses: illa primum ☞ | inexplebilis famæ sitis, gloriæ avaritia, qua te ferre negant succrescentem p. 8. | tibi alienam virtutem. deinde animi || imbecillitas, quæ mihi semper in te ut tua indigna magnitudine displicuit, ut te illorum minis ac terrore coactum crederem. Sed dum intentius adhuc consydero, visum est neu- §. 35. trum horum satis esse ad hoc quod inquirebam: neque enim et si Luthero invideres quod is iam in ore est omnibus, quodque eius libri habentur passim in manibus magis pene quam tui, exque eo devicto aliquam præsumeres tibi laudem, aliquod decus, sic arbitrabar persecuturum fuisse eam vel invidiam vel ambitionem, ut totam statim caussam, quæ nec illius propria est nec ab ipso primum agi cœpta, oppugnares, sed habiturum rationem ibi primum tui ipsius qui hæreres defixis hic pedibus, deinde multorum clarissimorum atque optimorum virorum, ad quos multum ex hac re pertinere haud ignorares. neque item si illorum forte minis conces- §. 36. sisses, tantum potuisse ferocitatis sumere, ut quos amicos habuisses paulo ante, in eos tam inclementer subito insurgeres; et verisimile non videba-

Rom, als eynen ſtinckendē pfudel aller laſter vnd buberey, yn ſchrifften geſchulten. Ablas vñ gnad brieffe verſprochen. Die Ceremonię vnd euſſerlichen pracht verdamnet. Der Curtiſan ſache gantz außgerodt vnd vertilget, des Bapſts geſetz vnd Decretal vermaledeyet, vnd endlich dyſen gātzen ſtādt dyſer gleißnerey auffs aller hefftigſte zu bodem geſchlagē. Felleſt nu alſo bald zurugke, folgeſt deynem widderpart, vñ geſelleſt dich zu deynen feindē, Yn §. 34. wilchem bedenken, mir vill eyngefallen iſt, das dein vrſachen angeſehen werdē, darumb du alſo gātz vō dir ſelbeſt biſt gewichē. Auß wilchen erſtlich iſt, dein gātz vnſātlicher rhum vnd eyttel eergeitz, dauon mā ſagt, dz du keine fremde tūgent oder verſtandt kanſt leyden bey dir auffwachſen. Darnach deines gemütes ſchwacheyt, die mir altzeit yn dir als ein vnwirdig dingk deiner höhe, mißfallē hat, alſo das ich allezeit glaubet, dz du etwan mit der yenigen drawen, od' forcht vberwunden ſeyſt. So ich aber die ſach recht anſych, wirt §. 35. mir keins dauor gnug angeſehen, zu dem dz ich förſche. Wen ſo du gleich D. Luthern haſſeſt, oder yhm entkegen biſt, darūb, dz villeicht die gantze welt alleine vom Luther ſaget, vnd ſeine bücher mer geleſen werden den deyne, vnd du dir nu eyn eer od' preyß an Luthern zueringen, wo du jhn vberwūdeſt, haſt vorgeſatzt, hab ichs doch dauor gehalten, dz du den ſelbigen haß oder eergeytz nicht alſo würdeſt volfüren, dz du darumb baldt dy gantze ſach, die wider ſein eygen iſt, noch durch yhn alleyne erſtlich angefangen, wyderfechten würdeſt, ſonder erſtlich dein ſelbeſt achtnemē, ſo du ſelbeſt mit beydē füſſen darynnen ſtickeſt. Darnach auch vieler anderer Erbarer mēner, zu wylchen du woll weyßt das die ſach auch eyn groß teyll gehöret.

Zum andern, wen gleich dem alſo were, das du mit drawen vberwunden, yſt es doch §. 36. nicht dauor anzuſehē, das du alſo eylend, alſo wuetēdt kundeſt ſeyn worden, dz du widder dyſe, die du yn kurtz vorgangē zu gutten freunden gehabt, dich alſo vngeſchickt aufflenē

tur ab hostili terrore tam repente contra suos quempiam efferari: nam te
§. 37. acerbum et immitem video ibi. interim nec illud persuaderi potuit, quasi melioribus inventis sic te damnare pristina et agnito instituti errore ab ipsa conscientia impositam tibi non diversa tantum sentiendi, verum hæc
§. 38. etiam pro viribus retractandi et improbandi necessitatem: nam hoc si esset, nec insectaturum fuisse authores, quibuscum nihil non eorum quæ obiicis commune tibi est, et usurum || rationibus quas affers omnino nullas, | p. 9. neque id conatum quæ prope summa tibi in eo scripto lucta est, ut opinionem adversariis facias, nunquam aliquid contra ipsos te attentasse, et quæ planissime simul atque acerrime scripta sunt, coacta interpretatione lenias, nonnunquam illito etiam fuco obtegas; verum satis habiturum erro-
§. 39. rem fateri et culpæ veniam precari. Igitur aliud subiit, num tu forte munera accepisses, aut ad honorem aliquem respiceres: indebant eam cogitationem quæ tu ipse commemoras, de illo magnifico Adriani pontificis brevi, quo nullum accepisti adhuc vel amantius vel honorificentius, adeo
§. 40. ut te ibi laudet etiam; de Sedunensi cardinale, qui pollicitus tibi est, si Romam migres, quingentos annue ducatos de suo et viaticum munifice;

ſolteſt. Iſt auch der warheyt nicht enlich, das eyner auß ſeyner feynde forcht, alſo baldt widder nemãtz bewegt oder vorbittert kũnde werdẽ, als ich dich vormerckt, wie gantz vn-
§. 37. freũtlich vñ bitter du hirynne biſt. Daruber hab ich auch bey mir nicht konnẽ begreiffen, dz du dein forige meinũge, auff diſe weyße widderſprecheſt, als hetteſtu etwas beſſers erfundẽ, ob' ſo du nu deyn ynthũb erkant, wurdeſt von deynem gewyſſen, nicht alleine anders zuglaubẽ, ſonder auch dein vórige meinũge zuuorwerffen vñ zuſtraffen nach all deim
§. 38. vermúgẽ, von groſſer nodt, vorurſacht, wen ſo dem alſo were, hetteſtu nicht die perſon, oder der ſachẽ forderer, mit wilchẽ du gleich ſchuldig biſt, yn allem das du anzeugeſt, dorffen verfolgẽ, auch dyſer vrſachen keyne vberal brauchẽ, die du eynfüreſt. Wer auch nicht võ nôthẽ geweſen (dz den deyn groſter kempff iſt yn der ſelbigen gſchrifft) den widderſachern eyn wan machen, das ſie ye offentlich ſehẽ vñ glaubten, dz du nye etwas widder ſye hetteſt angefangẽ. Zu letzt were auch ſolch vnderũge one nodt geweſt, die du yn al dem yenigẽ, das du vorhyn, auffs aller klerſte vñ hefftigſte geſchriebẽ, braucheſt, linderſt, vnd flickeſt auff allen ſeyttẽ, etzlichs mit newer außlegunge, etzlichs mit newer ſchmucke vñ farbe, die du allen deynen geſchrifften, dyſe ſach betreffendt, an allen orthen anſtreichſt
§. 39. Sonder wer gnug geweſt, dz du deyn ynthũb bekãt hetteſt, vñ gnade gebettẽ. So dz aber nicht geſchehẽ, ſtehet ein and' bedẽckẽ darauff, dz du villeicht etwã mit der ſilbern buchße geſchoſſen biſt, oder haſt etwã eyn groſſes ſtands, hoffnung vorhãden, darnach du dich richtẽ
müſeſt, dz ich auß deynen eygenẽ ſchrifften hab, da du erſtlichẽ von dez großmechtigẽ brieue ſageſt, damit dich der Bapſt begabet habe, wie es alſo frũtlich alſo ehr erbietlich ſey, dz
§. 40. er dich auch darynne lobe, vñ du des gleichẽ nie gehabt haſt. Czum andern von dez Sedunenſer Cardinal, d' dir yerlich .cccc. ducatẽ, alleine vor ſeyne perſon, vnd frey reyße

---

[14] de ... Brevi] d. 23. Ian. a. 1523. dato. (Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. p. 744. sq. num. DCXLVIII.) Cf. ep. ad Laurin § 58. supra p. 170. [16] de Sed. card.] Matthæo Schinner. Cf. ep. ad Laurin. §§ 30. sq. 5. supra p. 164. 159. [36.39] Sedun.] von Sitten oder Sion im Wallis.

Digitized by Google

de reverendo patre Sylvestro Prierate et aliis quibusdam qui te et ipsi §. 41.
magnis conditionibus Romam vocant, inter quos unus quidam sacerdotium
non aspernandum offert, cessurus cum voles; et cum scribis iniuria cla- §. 42.
mare quosdam præda corruptum te veri patrocinium deserere, 'nam si
præmiis ad hoc bellum pertrahi potuisses, iam olim pertractum fuisse':
hæc nemini non possunt suspitionem facere accepisse aliquid cui toties §. 43.
oblatum sit: facile enim credimus, quo quis plurimum sollicitatus est, eo
tandem cõsentire; et plærunque crimen sollicitius qui excusant, criminis
suspicionem contrahunt. Quæ etsi non parvi momenti esse debeant, alia §. 44.
p. 10. | tamen obstitit cogitatio, quod non capiebam | quemadmodum tu, et satis
11 iam habens, et id ætatis ut in futurum paucissimis indigeas, adduci po-
tuisses, ut flagitiosæ largitioni corrumpendum te præberes. Tandem ex §. 45.
multis unum conflavi decretum mihi, ut obstinate sentiam hac via ingres-
sum te illuc: primum per illam animi parvitatem, qua omnia facillime
times ac desperas, adeo diffisum rei huius progressui, præsertim summos
in Germania principes frequentissimos cum videas adversum nos conspi-
rasse, ut statim putaveris tibi non tantum nos descrendos, verum etiam
illorum gratiam modis omnibus esse ambiendam. deinde cum gratissimis §. 46.
illi animis ad sese acciperent, etiam ut officiosum collaudarent, ac fidem

vorheiſſet, wo du dich wolleſt gen Rome wendē, vñ von vil andern, als nemlich iſt d' §. 41.
wirdig vatter Silueſter von Prierio, die dich alle mit groſſer verheyſſunge vñ zuſagūg gen
Rome foddern, auß wylchen dir eyner nicht eyn geringe geyſtlich lehen erbeut, ſo du ab-
weichē wolteſt, vñ weytter da du dich beclageſt, wie dir vngerecht geſchihe, dz etzliche §. 42.
ſchreiē, wie du die warheit vmb ſynantzen vñ geſchenck verlaſſen habſt, ſchreibeſtu alſo.
Ya wan ich mit gyfft od' gabē zu dyſem kempff, het konnē gezogen werdē, wer das ſel- §. 43.
bige lengſt geſchehen. Wilche wort allē leuten groſſe beyſorge machē, du habſt etwas ge-
nomē, ſeint dirs alſo offt erbotten, wen dz glaubet man leichtlich, wo eynem alſo offt,
vmb eyner ſachē wirt angelegen, dz er entlich dareyn vorwillige, ſo iſt das auch gemein,
das auff die yenigen allezeyt am meyſten ergwā wirt geworffen, die ſych d' that am meiſten
entſchuldigē. Wilches alles, wywol es nicht wenig zur ſache thut, ſein mir doch ander ge- §. 44.
dāchē, ym wege geſtāden, das ich nicht habe konnen vorſtehē, wie du dich nu zu letzt mit
ſchētlicher ſynātz ſolteſt laſſenn verfüren, ſo du vorhyn gnug haſt, vnd yn dyſem alter
biſt, das du nu ynn zukunfft nicht vil bedurffen wirſt, byß ich entlich auß vilen, eyns §. 45.
bey mir beſchluſſen habe, dar auf ich nu ſtehe, vnnd feſtigklich glaube das du durch dyſen
weg dareyn gefurt byſt. Erſtlich, vmb ſchwacheyt vnnd vnbeſtendigkeit deynes gemüttes,
damit du alle ding fürchteſt vñ bald verzweyfelſt, haſt freylich woll bedacht, die ſache wurde
nicht alſo ſchlecht hyn außgehē, ford'lich ſo du vermerckt, das beynaht die groſten Furſten
deutſcher nation, widder vns geradtſchlagt, vnd ſych verbundē habē, haſt derhalbē bald
gdacht, nicht allein wie du dich vnſer entſchlügeſt, ſonder das du dich auch bey den yenigē
zuflickeſt, vñ dir gnedige hern macheſt. Zum andern, ſo ſy dich auffs aller eerlichſte zu §. 46.
ſych gezogen, vnd dich auch vmb deiner geſchicklikeyt vnd glauben, des ſie ſych zu dir ver-

---

[1] de ... Sylv. Prier.] Cf. ep. ad Laurin. ll. citt. [3] affert *1*. [4.5] nam ... fuisse] Cf. ep. ad Laurin. §. 50. supra p. 170. [7] 'Quod quisque sperat, facile credit'. *Proverb. Cf. interpp. ad Verg. Ecl.* VIII. 108. [37] leg. beynahe

Digitized by Google

esse dicerent, cœpisse arridere negotium tibi, non ausum tamen confidere
§. 47. illis, nisi aliquo prius officio te commendasses. qua inita ratione optimum
factu putasse, quia tantopere quærerent illi idoneum quempiam, in Lutheranos qui scriberet, ipsumque te diu iam eo invitarent, eam tibi provinciam desumere; sic victum fuisse et metu pœnæ si superare illos contingeret, et spe gratiæ si ante infelicem rei exitum in deditionem venisses.
§. 48. nam quod sic alacriter primo statim tumultuaris, eius hanc coniicio caussam, quod iis te minis speres infracturum nostros spiritus et ad deditionem compulsurum ipsos; quod si perficias, tum te non securum modo in posterum, sed ingentem quoque futurum ac singularis cuiusdam gloriæ
§. 49. compotem. Si ulla, hæc profecto tua ratio est; || et si est, tum vehe- | p. 11.
menter iubeo sollicitum esse te ne fallat ea: nam si aliter cesserit, non possum nisi infaustum aliquid et miserum augurari. quod videre iam
§. 50. ante te oportet: in ea es ætate quæ neque de re in futurum familiari sollicita esse debet, neque mortem timere aut ad gloriam animum intendere, sed quam convenit omnium iam securam veluti lætum confecto prope itinere viatorem id quod restat ingredientem, omnem aspernari plausum,
§. 51. omnes triumphos contemnere. Hic tu novam sic captare velis gloriam, ut contra animi sententiam istis gratum facere mundi dominis haud de-
§. 52. digneris, neque id videre quam te indecore his iactes conatibus? Non mo-

ſehen, gelobet vnd preyſt haben, hat dir ye die ſach nicht mißfallen durffen, haſt yhn doch nicht vberal vertrawē durffen, du hetteſt dich dē auch widerüb mit dienſt kegē yhn er-
§. 47. zeiget, iſt alſo dir dein bedenken geweſt, dz wol dz der gröſte dinſt mocht ſeyn, den du yn küdeſt erzeigen, ſo du dich widern Luther legeſt, ſo ſy doch vorhyn lāge eynen geſucht, der dazu dienet, vñ dich ſonderlich verordnet, vnd dazu abgedacht hettē. biſt alſo überwüden. Erſtlich von forcht der ſtraff vnnd pein, ſo dir daruber mocht begegnen, wo der widerpart vberwüde. Zum and'n, auß hoffnung der gnad, dz, wen gleich dy ſach nicht eyn guten außgāgk gewünne, dz du dich doch dadurch gnad verſiheſt zuerlāgen, ſo du dich
§. 48. vorhyn yenen abgeſchlagen vnnd diſen zugewendet hetteſt. Das du aber ym erſten anfang alſo ſtürmeſt vñ pocheſt, ſchetzt ich dz es dyſe vrſach habe, dz du gedacht, du wolteſt vns vnſer gemütt mit drawen zu brechen vñ zurucke ſchlagē, vnd alſo bezwingē, das wir dir zufallen müſtē, wilches ſo du endeſt, wurdeſtu dā jn zukünfft wol zu fride bleyben, vñ
§. 49. auch ſonderlich vnd groß eere daruber erlauffen. So auß dyſem, yndert eyns deyne meynüge iſt, ermane ich dich treulich, du wolteſt dich ye mit fleyß vorſehē, das ſie dich nicht betrygē, wen wo es anders hynaus gehet, dan du dich vorſehen, ſo Prophecey ich dir das
§. 50. gewys, das du gar greulich vñ vngeſchickt wirſt anlauffen. Derhalben ſych ebē vor dich, du byſt ytzund yn dyſen tagē, das dir nu nicht meer, wol anſtehet, nach groſſer eere, oder groſſen güttern zubetrachtē, ſonder vil meer, wan du ſterbē ſolt zubedenckē, vnd das du nu gleich thüſt, als ein frölich pylgram, der den groſten weg gangen, vnd nu nicht
§. 51. ferne vom vatterlande iſt, ſolleſt allē weltlychen triumpff, eere, vñ rüm verachten, ſo hebeſtu auff ein newes an, nach einer newen eere zuſtellen auff dyſe weyße, das du ganntz widder deynes hertzen meynunge, den yenigen, der welt hirſchern, zugefallen thun wilt, ſychſt nicht wie dir deyn vornemen mechtig vbel anſtehet, vñ dir gantz vnerlich iſt, daryn
§. 52. dich doch diſer zeit leufft vñ brauch erynnern ſolten, was dir zuthun were. Darnach die

Digitized by Google

vere te autem debet is qui nunc est rerum status: ipsi illi qui te prece nunc et precio ad se traducunt, cum sint potentissimi, neque hoc profecto facerent, neque sic anxie de nobis consultarent, nisi aliquem sibi ingentis periculi casum prospicerent. Quod in illum cum videas, quid §. 53.
tibi, cui inde spes dependet, cogitandum existimas? fragilem semper spem propositam habuerunt qui a fortuna et rerum eventu consilium cœperunt. Sed hoc ego fama potius nominis tui, quam capitis discrimine metior; §. 54.
etsi non vacat ibi quoque metu animus. tamen ut in tuto vita sit, hoc certum est atque etiam magis curandum, famæ periculum: quam multos esse putas qui temporale hoc tuum ingenium aliquot iam annos et noscunt et aversantur, quia tamen in levibus aliquando rebus variabas, ob insignes
p. 12. || alioquì virtutes tolerandum duxerunt, hi cum videbunt in tanto nunc negotio affectibus cedere te, quam non indignationem capient? Alii vero qúi §. 55.
in optima semper de te opinione nullam doli suspitionem conceperunt unquam, nullam levitatis aut simulationis, cum videbunt sic decumbere, ut ferent? nonne ut magnifice quisque locutus ante est, ita contemptim nunc expuet? Quod utinam prævenire mihi licuisset: nihil unquam libentius quam §. 56.
tali te malo imminenti exemissem: nunc vereor ut possim consulere nimium progresso. certe vellem, etsi ignorem an mea ibi affectio grata tibi

yenigē ſelbeſt, die dich mit ſolcher gabe vnd katt zu dyſer ſach locken, wiewoll ſye gewaltig, wo ſye nicht etwan groß ferligkeit voꝛ yhn ruechen, wurdē ſye dich wol gehen laſſen, wurden auch ſo hefftig vber vns nicht ratſchlagen. Wilches, ſo du mit augē ſichſt, §. 53.
vñ deyn hoffnunge auß yhn henget, ſtehet dir wol zubedencken, was du dich doch tzeyeſt, od' wꝛ du zuerlauffen gedencketſt. Auch weiſtu wol das d' yenigē hoffnunge, die yhꝛ ſach aufs gluck, vnd vngewiſſe zuſchlege, geſtelt haben, allezeit kranck vñ geringe geweſt iſt, wylches ich doch meer auff deynes names oder geruchtes, dann leybes ferligkeit, oder nach- §. 54.
jhm der aller geheymſte, allezeit geweſt, vñ dir alſo geſagt iſt wurden, das du vngewys geweſt byſt, ob es war ſey od' nicht, darffeſtu offentlich von dir ſchreiben, vnd allen leuten zuerkennen geben. Iſt dys deinn glaube Eraſme? iſt das deynn widerſtatunge, die du dem fromen Erbarn manne, darüb, das er dich allezeyt alſo geliebet, widder thůſt? le- §.108.
geſt yhm dys laſter auff, das yhm nye keyn verzweyffelt Hochſtratt hatt furgeworffen, keyner, auß allen ſeynen feinden ye hatt ſchult geben. Item das ſych keiner munche wůterey, keyner Theologiſten bitterkeit ye hat vnderſtanden, das zeuchſtu, der du eyn freund ſolteſt ſeyn, gleich als auß eyner bereyttē ſalbe hirfur, dermit du yhn befleckeſt vnd bethadelſt. So du dys etwan auß leichtfertigkeyt haſt gethan, alſo dz du dich nichts beſor- §.109.
get, das ſychs nemant annemen wurde, ſo ſaltu wiſſen, das ich Reuchlins, vnnd ſeyner wolthat, die er mir erzeiget nymermeer wil vergeſſen, vnd ſein vnſchult, gleich ich am leben thun, alſo auch nach ſeynem tode verfechten. Derhalben du wyſſen ſolt, das ich von §.110.
dir haben wil, dz du Reuchlin eynes ſolchen beſchuldigen uberzeugenn ſolt, wo nicht, das ich dich vberzeugē will, vnd ſo du etwas vor dein teyl haſt, das richt auß, vnd feyer nichts, vnnd wyſſe das ich nicht unterlaſſen wil, das ich einmal angefangen habe, vnd an meines freundes ſache, darüb deſter meer anhaltē, das ich dir ſunſt alles was mich antrifft, vnnd das du mir beweyſet haſt, ſchēcke wil, fortrefflich ſo Reuchlin nach ſeinem tode nun aller ſchůtzunge beraubet iſt. Die nach lebē, mit wilchē du auch offt, nicht alzu treulich ge- §.111.
hādlet, ſchetze ich das es nicht von nötten ſey, das ich yhre ſache auff mich ſolt nemen,

---

16 facilius] felicius *1.* 28 laſter *1.* vicem, *non* vitium. 30 Theologiſten *sic.*

Digitized by Google

tegrum unicuique est suam expostulare iniuriam, et eorum neminem puto
§.112. defuturum sibi. Igitur de inimicis et tuis et nostris omnium communibus aliquid interseram hic, ubi commemoratis paucis ostendam nihilo graviorem te sustinendis iis, quam tractandis amicis esse soleas, ut scilicet videas scire nos et intelligere quam decreveris omnia perverse agere, qui et bene-
meritos odiose insecteris, et quos habes infestissimos, fœda ubique || adu- | p. 26.
§.113. latione palpes. De Hochstrato superius satis. Lovanienses et Colonienses multis lugubribus epistolis questus apud amicos es perniciosissime bonis studiis adversari atque ea esse præcipua omnis per Germaniam barbariei seminaria; inde veluti ab infecta quadam lerna exhalare nocentissimum late
venenum, quod multos recte studiosos misere conficiat; hos esse inauspicatos pessimarum avium nidos, qui illas circum se emittant omnem bo-
§.114. narum artium lautitiem defœdantes Harpyias. atque eiusmodi nobiscum agens cum satis accensos vides et in hostem concitatos, tu conversus blandissime illis commendas te, laudandoque academias illas pene Athenis præ-
fers, nostram taxas audaciam qui illos ibi Platones et Theophrastos inces-
§.115. suerimus. Et est hic perpetuus tibi mos, qui infensissime hostes sunt, in eos concitare nos et ubique movere qui adversentur; statim ubi iam ardere vides conflatum per te incendium, publice laudibus efferre homines ac præconiis celebrare, nonnullos fraterne appellare et omni dissimulata offensione amantissime per epistolas colloqui, ac siqui irati sunt, blanditiis demulcere; aliquando etiam in illorum gratiam aut placandi studio unum

derhalbenn das ſye noch leben, vnnd yhre ſache woll ſelbeſt verfüren werden vnnd auch wollen.

§.112. Wil aber doch an diſem orte, von deinen, auch zugleich vnſer beyder freündē, yn eyn gemein, etwas mit einmengē, vñ dir anzeigē, wie kein vnterſcheit vberal bey dir iſt, widd' võ freundē, noch von feyndē, dz du entlich ſyheſt dz wir verſtehen, wie du mit lauter bůberey vmbgeheſt, vergůnneſt vnd verfolgeſt die jenigē, die dir vill gůttes gethā,
§.113. vñ dē du am aller gremſtē biſt, dē heuchleſtu am allermeiſtē. Vom Hochſtrat hab ich vorgeſagt, weyter aber, vber die Sophiſtē võ Löuē, vñ die võ Cöln, haſtu mit vil betrůbtē bzieuē hin vñ heer bey deynē freundē klaget, wie ſie allē gůttē künſtē ſere ſchedlich, vñ vberal entkegē, vñ wie ſie der rechte ſamen aller Barbarey, durch gantz deutſche landt werē, wie võ yhn gleich als auß einem faulē pfudel, alles gyfft komē, dz alle, die recht gerne ſtudiren gwolt, byßhyher erwurgt vñ vmbbzacht hat. Itē das dys die vnglückſeligē neſter der aller ergeſtē fogel werē, die von ſych außſchickete, die vngezimptē Harpiē, die alle reinikeyt vñ lauterkeyt, gůtter künſten beſchmeiſtē vñ beflecktē, vñ der-
§.114. gleichen vil. Wilches ſo du offt gethan, vnnd ſye nu hart gnug widder vns gereytzet haſt, felleſtu zuruck, vñ heuchleſt jhn widderüb, gybeſt dich yhn heim auffs aller demütigſte, lobeſt yre ſchüle alſo ſere, dz du ſie ſchier Athen verzeucheſt, vñ ſchuldigeſt vns
§.115. widderüb, dz wir die ſelbigē Platões vñ Theophraſtes ägefochtē habē, welches dein alte vñ ewige weiß iſt, dz du vns allezeit widd' die yenigē hetzeſt, die dir am aller feyndtſtē ſeynt, vñ grebeſt vberal darnach, das du dir nur ymant zu feinde macheſt, balt aber wans feur auffgehet, das du doch ſelber angelegt, ey ſo iſt es nie dein meinūge geweſt, ſo hebeſtu an zugloſirē, etzliche zulobē, etzlichē zu heuchlē, etzlichen ſchzeybeſtu heimliche bzieue,

Digitized by Google

aut alterum e nobis mordicus arripere. Quis ignorat quantum ab his §.116.
scholis dissenseris, cum Lutheri articulos condemnarent? Nunc pulcre
factum ostendis et ad Lovanienses scribens, disputationibus illorum adver-
p. 27. | sus Lutherum semper constantissime favisse te iactas. Similiter || cum §.117.
ordine prædicatorum agis, in quem cum obliquus semper fueris, sæpe
plusquam hostili animo cognitus sis, nunc multimoda persuasione cuidam
niteris fidem facere nunquam non bene voluisse te illi factioni. Solebas §.118.
ut bonis inimicam moribus et religioni ac fidei Christianæ infestissimam
detestari Romanam curiam, nunc sancta est illa et catholica ecclesia, ubi
candore lilia vincunt homines, ubi quicquid improbissimus quisque curti-
sanus loquitur, rosa est. Sed de hoc paulo post. Hieronymum Alcandrum §.119.
deferebas nobis hominum teterrimum, natum struendis technis et fraudibus
concinnandis, semper infidum et perfidiosum, semper malignum et male-
ficum, qui in hoc haberet literas, ut noceret literis. de eodem primus §.120.
opinor famam sparsisti clanculum, natum esse Iudæum. quinetiam sunt
non indigni fide authores, qui, cum Wormaciensi concilio pontificis Ro-
mani legatum ageret ille, dixisse te ferunt negaturum in Germania homi-
nes liberos esse, si vivus discedere hinc Aleander permissus esset, pro-
ditor Sinon, qui in hoc mitteretur ad has nationes, ut illa dolis ac insi-

flickeſt vñ ſchmixeſt auff allē ſeyttēn zu, bißweilē greiffeſtu auch etwā vnſer einē an, dē §.116.
jenigē zugefallen, vñ iſt mhue, vñ arbeit. Wer weys aber nicht, wie du dez ſelbigē hauf-
ſen ētkegē wareſt, do ſie zū erſtē Luthers artickel verdāpten, nu zeigeſtu widderūb an,
wie ſie recht thā haben, ſchreybeſt auch zu den vonn Cöuen, das dir yhre diſputation, wid-
dern Luther allezeit wol gefallen hab. Der gleychenn thueſtu auch mit den Prediger Mün- §.117.
chen, denn du alle zeyt auffs hochſt entkegē biſt geweſt. Nu ſchreybeſtu zu eynem, vñ
wilt yhn vberredē, wie du ſtetz auff yrer ſeitte, ſeyſt geſtāden, vor kurtzer zeyt pflegeſtu, §.118.
den ſtul zu Rome, als der eyn feindt, des Chriſtē glaubens, vñ aller erbarkeit entkegē,
zuſcheltē, nun iſt dyrs dz aller heyligſte Römiſche kirche, darynne die menſchē, reiner vñ
lauterer ſeynt, dā die Lilien, vñ was der aller verzweyffelſte Curtiſan ſagt, das helteſtu
fur Roſen vñ vor heilthum, dauon ich darnach wil weitter ſagen, Jeronimum Alean- §.119.
drum, gabeſtu zum erſtē bey mir an, als den aller ergeſtē, der ye vnter die leut kōmē
were, der zu ſchalckeit vnnd buberey geboren were, der vill zāckes anrichtet, wer ſelbeſt
verlogē, trewlos, zēckiſch, gifftig, der alleine dazu geleret, das er allē recht gelerten ſchedt-
lich were. Von wilchem du auch zum erſten haſt auffbracht, wie er eyn getauffter Jude §.120.
ſey. Daruber kann ich auch mit glaubwirdigē leutē bezeugē, ſo er vom Bapſt gen Worms
zum tage geſchickt, dz du geſaget, wo diſer verretther lebendig widder hynweg keme, wol-
teſtu nicht glaubē dz deutſchlandt leute hette. So nicht, das er darumb in deutſch landt
geſchicket were, das er dys hartte bannds vñ verknopfnis, deutſcher nation mit hynderliſt

---

[3] ad Lovan.] Godschalco Rosemundo Lovaniensium academiæ moderatori a. 1519. (Erasmi Epp. Basil. 1521. fol. p. 490. sq. Bas. 1529. fol. p. 435. sq. Bas. 1538. s. 1540. fol. p. 415., Lond. 1642. fol. p. 605. XII. 18., L.B. 1706. fol. p. 537. n°. 491.) „Disputationibus vestris adversus Lutherum semper constantissime favi".
[11] rosa est] cf. Pers. sat. II. 38. [18.19] proditor. Si non, *1*. Cf. Vergil. Aen. II. 79. sqq.
[20] ſeytten, zubißweilē *1*. [35] glaubwirwigē *1*. [38] verknopfnis = Verknüpfniſs

Digitized by Google

diis, incendio et vastitate referta laxaret claustra, inciperet a Luthero, contra quem cum obtinuisset, tum doctissimos quosque et ingeniis pollentes in-
§.121. vaderet. Atque hæc vera abs te iactata ne adhuc quidem dubitamus; hoc miramur, in quem tale tam adversum testimonium dixeris, eius te authore laudes nunc vendere passim librarios: neque enim || uno loco sic scri- | p. 28.
bis de illo, quasi in quem nihil eorum quæ commemoravi, congruat: ille te amat unice, illum tu dilectum habes; cum illo suaviter vivis et in mediam quandoque noctem producis literatas fabulas; etiam convenit inter
§ 122. vos, ut Romam eatis una. O dulcem consuetudinem ex gravi repente odio et inimicitia! Nec tu existimes tamen hæc movere me, quod tanti viri amicitiam invideam tibi: nihil minus in mentem venit: habe et hunc tibi et huic similes eosque ama et vicissim ab ipsis amare, me facile cariturus
§.123. ibi æmulo. tantum obiicio huiusmodi, ut ostendam quam tu sis bellus tergiversator, et quod pene neminem capitaliter hostem habuerint hoc tem-
§.124. pore recta studia, quicum non corruptissime prævaricatus sis. Certe Alexandrum omnes sciunt, quo facilius reliquos deinde opprimeret, instructum contra te venisse, omnium in Germania motuum et rerum ubique novarum authorem (ut ipse ferebat) primarium, neque aliud obstitisse quo minus ad suum tractaret nutum, quam quod habita super re consultatione visum est arte potius aggredi et a partibus abducere, ut ad suos usus reserva-

vñ ſchalckeit zutrẽnet, vnd zurſtöret, wurde am Luther alſo anfahẽ, vñ ſo er dẽ vnter-
§.121. gedruckt, darnach alle die recht gelertẽ, vnd fortrefflich verſtendig auch angreiffen. Daran mir den nichts zweiffelt, vñ weys gewyß, dz du recht geſagt, das kan ich mich aber nicht gnug verwũdern, võ wilchem du ſolch gezeugnis gebẽ haſt, das nichts deſte minder, des ſelbigẽ lob, ym widderũb von dir zugeſchrieben, alle bũch verkauffer vmb furẽ, ſchreybeſt
nicht an eynem orthe, von yhm gleich betreffes, yhn nichts, dz ich ytzunt geſagt, wie er dich, vñ du yhn widderumb von hertzẽ liebeſt, wie du ſtetz bey yhm, vñ er bey dir ſey, wie yhr öfft bys zu mitternacht beynãder geſeſſen, vnd von luſtigen ſchwenckẽ geredet, wie
§.122. yhr geſynnet ſeyt, das yhr miteinand' gen Rome wollet. Das můß mir ye ein kẽſtlich freũtſchafft ſeyn, die ſych alſo ſchnel auß ſolchem haß, vnnd feintſchafft vntter euch hatt begebẽ, du darffeſt aber nicht ſorge haben, das mich diß bewege, dz ich dir darumb diſes mãnes freũtſchafft vergünne, neyn, das iſt mein meinũge nicht, hab dir den, vnd dyß gleichẽ alle, liebe ſye, vñ wird widderũb võ yn geliebt, ich wil dich vmb der keyns eif-
§.123. fern. Derhalbẽ werffe ich dir ſie aber für, dz ich dir anzeige, was du vor ein heuchler biſt, vnd wie rechte Studia zu vnſer tzeit keinen feint gehabt, damit du nicht auff dz aller ſchẽtlichſte gehuret haſt, das iſt, wilchem du nicht ab vnd zugefallen geſchulten vnd ge-
§.124. lobet haſt. Das weyß mã ye gewiß, dz Alexander am meiſten vmb deinet willẽ iſt hauſſen geweſt, das er dich am erſten vnderdrucket, darũb das er gedacht, es hett darnach mit den andernn nicht nodt, wann du nur beſeytte kemeſt, der du dyßer ſachen, eynn erſter anheber biſt geweſt, vnnd yhn hat auch nichts verhyndert, dan diß bedencken, das er vor-
hyn betracht, es wer beſſer das mã dich mit liſt, dã mit gwalt võ deinem furnemen wen-

---

5.6 scribis] in famosa illa ad Laurinum ep. d. 1. Febr. a. 1523. composita §. 10. cf. supra p. 160. 19 cõſulatione, *l.* 32 miſsgönne

Digitized by Google

tum illa haberet curia. Sed ille ad nos teque ipsum utilius aliter egisset rem quam illa arte: utcunque cessisset enim, melius famæ consultum tuæ fuisset. Inter hæc Adrianum pontificem non Lutherani finxerunt contra te §.125. hostilia machinari, quam nobis impudenter culpam affingis iterum, invita conscientia; ipsa potius constantissima fama, cum cardinalem ille Derthu- p. 29. | siensem ageret, quam ortam ferebant a literis ad te et alios || ex Hispania tunc missis, rumorem sparserat et alia conari eum adversus te et quodam tempore Romam scripsisse epistolam, qua illos valde obiurgaret ibi curiæ præfectos, quod ne quicquam litigando cum Luthero tempus terent; te arripiendum esse potius, fontem mali et rebellionum fomitem, qui ad id erudias Germaniam, ut sciat reclamare pontifici Romano, et novandis rebus instigator sis prope unicus, quo oppresso actum esse de Luthero, et omnibus illi adhærentibus: nam ex tuis libris tuoque ingenio omnes nos haurire quæ dicamus quæque scribamus. Quo facilius credam §.126. haud penitus fictum fuisse de libro contra te scripto, etsi nunquam prius quod meminerim audivi. tu vero cum (quod iureiurando ausim affirmare) prius de hac re quam ex Lutheranis quisquam, intellexeris, ut tamen et prævenias siquid ab illo tibi imminet, et quantum faveas quoque, nobis commorsis signum des, audes conficti rumoris flagitium nobis imputare, sciens vidensque quod falsissimam hanc in nos calumniam adornes. Alibi §.127.

det, wan ſie kũdtẽ noch etwas mit dir außrichtẽ, vñ dich kegen den ſelbigen part wyderumb bꝛauchẽ, wilches alles er auff eynẽ andern weg vyll baß hett kunnẽ zuwege bꝛingẽ, vñ wer auch deynem namen erlicher geweſt. Vber dys habẽ auch die Lutheriſchẽ nicht er- §.125. tichtet, das dir der Bapſt Adꝛianus nachſtellet oder entkegen ſey, wilches du vnns ſchult gybeſt, wider dein eygen gewiſſen, biſt aber daraus verurſacht, dz dir vñ etzlichẽ deynẽ freundẽ auß Hiſpania offt zugeſchꝛybẽ iſt, wie Adꝛianus etwan, ſo er noch Cardinal geweſt, ein bꝛyeff gen Rome zu dẽ Oberſten ym hoffe geſchꝛyben habe, vñ ſie vermant, das ſy ſich vmb ſonſt vñ vergebens wydern Luther legetẽ, ſonder ſolten dich angreyffen, du wereſt der bꝛon vnd rechte grunt aller widerſpenikeyt, du weyſeſt gãtz Deutſchlandt dahin, das ſie nur dem Bapſt nicht gehoꝛſam werẽ. Item, wie du auch aller newerüge yn Deutſch landt ein haubt vnd anreger geweſt. Vñ wã man dich beſeyt bꝛechte, were den leichtlich mit Luthern vnd all ſeynem anhang zuhandlen, wan was ytzund yn dyſer ſach geſagt oder geſchꝛybẽ wurde, wer alles auß deynem kopff vnd deynẽ büchern geſchäpft. Darauß man auch abnemẽ kan, das es nicht allerdinge ertícht ſey, das man geſagt, er het §.126. eyn eygen büchlein widder dich geſchꝛiebẽ, wiewoll ichs nicht meer gehoꝛt, dz ich gedechte. Das iſt aber gewys (dar auff ich auch ſchwerẽ durfft) das du dyſe gramſchafft ehr erfaren haſt, dan yꝛgent eyner auß den Lutheriſchẽ. Darüb aber, dz du ferlikeit, ſo dir darauß mocht entſpꝛingẽ, furkemeſt, vñ an tag legeſt, wy du jm geneiget, haſtu auch vns byßweylẽ zwagket, vñ haſt da durch deinn vnſchult wollen anzeigenn, legeſt alſo dyſe ertichte lügẽ feyn auff vns, wir ſollen zũ erſtẽ außbꝛacht haben, wie dir Adꝛianus entkegen were, du hetteſt auch kaumet eyn beſſer weyße konnẽ fyndẽ, damit du eyn ſolchẽ Bapſt lobeſt §.127.

---

2 Vtrũqȝ *1.* 14 credant, *1.* 38 geleſt] pro legeſt *1.* 41 wegße *1.*

Digitized by Google

modum non invenis laudandi talem pontificem, licet is tamdiu pontifex non fuerit, ut coniicere possis bene an male de ipso sperandum sit, ac antequam esset pontifex, minime bonum iudicaveris: et quæ tua est ubique gravitas, prius auream illi statuam decernis, quam fortiter rem gesserit: ut plane credendum sit, siqua ille modestia præditus, immodicis tuis laudibus reclamet 'Ego quidem, Erasme, talis non sum', subiecturum te cum
§.128. Timonis amicis 'At talis postea eris, o Adriane'. Sed in pontificem forte nemo aliquis nimiam laudem congesserit. || Quid Glapion quanta et ipse | tuba abs te canitur? atqui solebas execrari hominis malitiam: hanc etenim querebaris callidam vulpeculam nullas non malas artes advertere, ut opprimendi tui ansam apprehenderet; eundem esse pessimum magistrum, pessimum consultorem, qui ab omnis generis salutaribus monitis averteret Cæsaris aures, omni contra perversitate imbueret, atque ipso corrumpi
§.129. optimam adolescentis indolem, ipsum in mala abduci studia. Quæ utinam falsa monuisses potius, quam ista nunc falsarum laudum præconia occentas: multa enim melius haberent in Germania, nos æquiore uteremur Cæsare. Quodsi me interroges de Glapione quid sentiam, quandoquidem semel decrevi libere verum profiteri, respondero nequiorem me hominem cognovisse nunquam et qui copiosius esset operandis fraudibus instructus:

dann dyſe, wiewoll er nicht alſo lange Bapſt iſt geweſt, das man het konnē vermercken, was hoffnūge zu yhm were, vñ ehe er Bapſt wurden, yſt dys ſtetz dein meynunge von yhm geweſt, dz er nichts vberal tōchte. Dys iſt aber deiner tapfferkeit ſonderliche eygenſchafft, das du alle zeit dē yenigē, den du heuchleſt, das lon vñ eere der vberwindtnis ehe zuſchreibeſt, dan ſye ynn ſtreit komen. Alſo das feſtigklich zuglauben, wo Adrianus ein tapffer man were, das yhm dein vnmeſſig lob nichts vberall ſolt gefallen, ſonder er wurde ſprechen, mein lieber Eraſme, ich byn ein ſolcher nit, vnnd als den ſolteſtu wie etwā des Timonis freunde thetē, ſagē. O mein Adriane, darnach wirſtu ein ſolcher werden. Des gleichenn thūſtu auch mit dem Glapion, wilches lob du ytzunt mit groſſen Poſaunen außbleſeſt, furkurtzer zeit aber war kein groſſerer ſchalck, dan dyſer, vber wilchen du auch offt, als vber eynen lyſtigenn Fuchs, der alle büberey ertichtet, damit mann dich mochte beſeyt bringen, klageſt. Item wie er der aller ergeſte meiſter, der aller ergeſte radgeber, der den Keiſer von allem gutten furnemen wendet, vnd yhm widderumb alle
§.129. verfüriſche meinūge einbrawet, wolt Gott aber du hetteſt yhn ſolches falles vnrecht beclaget, were vil beſſer geweſt, dann das du yhm ytzunt alſo vnuerſchampt, falſch lob zuſchreibeſt, wen deme alſo were, ſtunden one zweyffel vil ding beſſer ym deutſchen lādt, vñ wir hettenn auch vill eyn beſſern vnnd gnedigern Keyſer. Wen du aber mich frageſt, was meyn meynung von Glapion ſey, yſt dyß meyn antwort (ſo ich mich doch erwegen die warheyt vberall zubekennen) das ich keynen verzweiffelten boßwicht nye erkant, noch geſe-

---

[7] Timonis amic.] Cf. Luciani Timon. c. 45. sqq., ubi iterum divitem factum laudant præclaras eius et virtutes et res ab eo gestas ut quas habiturus gesturusque esset. [8] Io. Glapion, sacerdos Franciscanus, Carolo V. imp. a confessionibus. Cf. infra §. 152. [16] Germanica *1.* [21] feſtigkich *1.* [33] hɔtteſt *1.*

Digitized by Google

simulando certe et dissimulando vincebat omnes hypocrita egregius et cuius §.130.
nihil non erat ad fallendum idoneum, aptum et compositum os, oculi,
frons, caput, manus, sermo, incessus, omnia; conformabat se omnibus ac
in omnia transformabat; sciebat, quid quolibet loco, quolibet tempore et di-
cendum esset et faciendum: nihil vere, omnia adhibito fuco et insidiose.
Eius hæc audita mihi et Francisco assidentibus nonnullis item aliis vox est, §.131.
cum Eberburgum ad nos a Cæsare missus esset (qua una fraude reliquas eius
æstimet quis) se fateri hoc neque dubitare neminem eorum qui implacabiliter ||
p.31. | Luthero inimici essent, negaturum ab illo primum patefactam Christianis
omnibus ianuam, per quam ad veram reconditissimorum sacræ scripturæ
sensuum cognitionem ingredi liceat. cumque ego intulissem, quod igitur §.132
tantum illius peccatum esse possit, quod cum tali benemerito collatum præ-
gravare debeat, ego quidem, respondit, non video. et tamen nemo in-
terim capitalius Lutherum oderat, in quem etiam quicquid acerbe tunc et
atrociter consultum est, in huius ante officina elaboratum fuit; neque alius
obstinatius pugnavit, ut inauditus, indefensus neque dicta caussa damna-
retur, et obtinuit. Ita poterat ad tempus occultare se, rursumque ubi §.133.
opportunum ipsi videbatur, ostendere. Qualis a nemine potius quam te
et laudari et vituperari debuit. nam in multis es Vertumno illi simillimus.

hen hab, der geſchickter vnd gewapter zu aller buberey were, dan dyſen, der allē Hypocritē §.130.
vnd gleyſnern, mit liegen, triegen, ſchmeichlen, vñ heucheln meer vberlegen, dez alle gli-
demaß, gleych auß vorſatz, von natur zu betriegen geben vnd vermut ſeyn. Zū erſten eyn
giftig vberauß verlogen maul, hüriſche augen, eyn vnuerſchampte chrgeytzige ſtym̃e, die-
biſche feußte, eyn rechten betriegeriſchen heuchleriſchē gangk, endlich, kopff, füſſe, hand, vnd har
alles nach eines grundtſchalckes vnd verfürers liniamenten formiret, vnd auffs aller eigent-
lichſte abgemeſſenn. Wilches eygentſchafft fortrefflich iſt, die yhm ſeyn grund ſchalckeit hat
geben, das er ſych mit tichtē allen leutten zugefallen weyß zuhalten, vnd ſych ynn allen
ſachen recht ſchycken, vonn welchem ich ſelbeſt, ynn kegenwert viler tapferer menner, vnnd §.131.
forderlich Frantzes von Sickingen, ſo er vom Keyſer zu vns gen Eberburg geſchicket, dyſe
wort gehöret hab, (darauß man leychtlich al ſein ander büberey kan abnemen) das er ge-
ſagt, das er dyß bekennet, vnnd zweyffelt auch nichts daran, das keyner, auß den yeni-
gen, die luthern todtlich feyndt ſeyndt, leucknenn wurdē, auch nicht kundten, das Mar-
tinus der ſey, der zum erſten allenn Chriſten die rechte thör, zu dem rechtenn gehaymniß,
vnnd rechtem verſtandt, der heyligen gſchrifft, zukommen geoffendt, vnnd auffgeſperret
hatt. Darauff ſo ich gefraget, was denn die vrſache were, oder was er verſchult hette, das §.132.
mann yhm alſo nachſtellet. Antwort, er wuſte es ſelbeſt nicht, vnnd das war gleychwoll
offentlich, das niemant luthern geheſſiger was, dā eben er, vñ was zu der ſelbygen tzeit
widern Luther gehādlet wart, hat alles auß ſeynem radt vñ angebē eyn vrſprūg, ya nie-
māt ſtūd auch heſſtiger darauff, das mā luthern vnuerhört vñ vnüberwundē ſolt verdam-
men, dā eben dyſer Glapiō. Vdoch kundt er den ſchalck, wo es vō nōtē war, alſo ſeyn §.133.
bergen, vñ widerūb, wo es die tzeyt foddert, wüten vñ toben, iſt ebē dyſer har vñ art,

---

7 missus ess.] cum Lutherus Wormatiam iter faceret. 19 Vertumnus deus a vertendo dictus, inconstans, multiformis, mutabilis. 29 er] Glapiōn. 35 wete *l.*

Digitized by Google

§.131. Sylvestrum Prieratem neque probasti apud amicos unquam, neque cum nunc vis, probandi caussas habes; laudas tamen, et ut bonum virum prædicas, qui humaniter erga te affectus sit, in Lutheri, ut manifeste cognosci datur, invidiam, quo magis videaris adversari huic si inimicis ipsius se-
§.135. cunda facias. Neque alia caussa Caracciolum, malum alioqui hominem, tuo præconio frugi reddidit, quam quod cum Aleandro una pontificis adversus Lutherum egit negotium: in hoc uno insunt omnes illius virtutes
§.136. quas efferre gestis. Adscribis huic albo Ecchium quoque mortalium omnium vanissimum atque arrogantissimum, vel tuo testimonio: nam etiam || 9
dicebas hunc omni contemptu ac publica irrisione exibilandum explo- | p. 32.
dendumque. quod adeo non videtur tibi modo, ut quibusdam irascaris
§.137. qui affixis hunc schedis prosciderint. Placet et Ioannes Faber ordinis prædicatorii monachus tibi, qui tamen nemini bono unquam placuit, homo natura atrox et crudelis; quo nemo et in Capnionem prius, et nunc in Lutherum inclementius omnia consuluit. Quod si peccatum ab illo non est, nec tibi improbatur, illud tandem quale est, quod de ipso omnes sciunt, neminem magis semper voluisse extinctum bonas literas? aliquid puto est, ac tale, ut te omnium maxime commotum reddat: doles tamen

der võ niemãd billicher, dã võ dir gelobet vnd geſchẽdet ſol werdẽ, wen du auch ſeyner
§.134. arth ein groß teyl an dir haſt. Den Sylueſtrũ võ Prierio haſtu vormals nye bey yrgent eynem menſchen geprieſet, vñ wã du es auch gleich hetteſt wöllen thun, hetteſtu freylich keyne vrſache darzu gehabt, nu wirffeſtu yhn doch auff, vñ ſchreibeſt von ym, als võ eynem groſſen mãne, vñ wie er dir ſere geneyget ſey, ſo du verſtandẽ das er Luthern entkegen iſt, thuſt das ſelbyge Luthern alleyne zu widerdrieß, dz mã darauß abnemen ſoll,
§.135. wie du Luthern auch muſt entkegẽ ſein, ſo du ſeyne feynde alſo herlich handleſt. Dergleichen haſtu auch den Caracciolũ (der ſonſt eyn böſer menſch ynn d' haut iſt.) gelobet, vmb keyner andern vrſachen, dã dz er mit Aleandro yns Bapſt ſache widern Luthern gehandlet hatt, wilches ſeine tügẽt alle ſeint, darüber du dich alſo ſere krekiſt, vñ ſie gerne
§.136. hoch außbreytẽ wolteſt. Zu dyſen ſettzeſtu auch den D. Eck, wilches gleichẽ, der hoffertiger vnd vnnutzer were, kein menſch je geſehen hat, das du auch ſelbeſt bezeugeſt, vñ offt von yhm geſagt haſt, das er alleyne wirdig ſei, den alle leute offentlich verlachten vnd verſpottẽ, dz doch ytzũd alſo weyt dein meynũg nicht iſt, das mã auch erfarẽ, das du tzornig vber die yenigen biſt, die jhm nur etzliche zittel haben angeſchlagen. Darüber gefelt
§.137. dir auch er Hanß Schmidt, prediger Ordens, der keinem fromẽ mãne ye wol gefallen hat, vnd võ natur eyn wüterich vnd tyran iſt, vnd niemãt hefftiger vnd eher, beyde widern Reuchlin vñ Luthern, heſſiger vnd felſchlicher geradtſchlagt hat, dan ebẽ dyſer Schmit. So aber dyß keyne verſchuldũge od' vbelthat bey dir yſt, vnd du yhm dyſer vrſachen halben nicht magſt feindt geſeyn, ſolt dich doch dyß bewegen, dz alle leute von yhm wiſſen, das niemãt ye gröſſern fleys hat thun, alle gute ſtudia vnderzutrucken, dan dyſer Schmit. Vdoch ſchreybeſtu yn eynem brieffe zum Biſchof von Mentz, võ yhm, vñ beclageſt dich,

[8] Ioannem Eckium, bullarium. [12] Ioa. Faber, Dominicanus prior Augustensis. Cf. Erasmi Epp. d. 4. Oct. a. 1520. (XII. 11.), d. 6. Oct. a. 1520. (XIII. 2.), d. 9. Nov. a. 1520. (XIII. 36.), d. 8. Oct. a. 1520. (XIII. 42.) [28] krekiſt]? krẽkiſt?

Digitized by Google

in epistola ad Moguntinum episcopum vires deesse tibi ad commendandum pro sua dignitate tantum virum. In eadem apud te fortuna est alius Faber §.138.
canonicus et vicarius Constantiensis, curtisanorum superbissimus, qui magnum contra Lutherum volumen edidit, quod tu aliquando dixisti omnibus esse merdis percacandum: neque iniuria; sic ineptit ille ibi asinus: at nunc optimis comparandi hominem caussas habes: nam et in gratia Romæ est, et illud tibi nuper aureum ab Adriano breve retulit, et, quod omnium debet esse efficacissimum, Luthero inimicus est. Quis credidisset Ludo- §.139.
vichum Berum et Ioannem Gebvilerum, duas exitiabiles Basileæ pestes, avaritia perditos, ambitione occœcatos, curtisanorum teterrimos, et qui soli
p. 33. | in ea urbe renascentibus literis ac emergentibus bonarum artium || studiis pertinacissime diu iam obsistunt, laudatorem inter nos inventuros? Te nacti sunt, quem nemo non si velit comparare sibi possit, tuaque prædicatione non virtutes quidem suas ornatas agnoscunt, sed vitia confirmata gaudent. Atque hos habes domi tuæ cum me excludis, et cottidianis con- §.140.
fabulationibus dignaris cum mihi totis tribus annis non viso amica congressione interdicis. Latomum, Edmontanum et Atensem in hac Germania §.141.

dz du nicht gnug krefte habeſt, das du eynen ſolchē man, nach ſeyner wirde, verdienſt, vñ
tůgent gnugſam lobē kůteſt. In gleicher wirde iſt auch ein and' Schmitt bey dir, Thumbher §.138.
vnd Vicarius zu Coſtnitz, aller Kurtiſan mutter, der auch ein groß buch wider Martinū geſchryben, dauon du etwan ſelbeſt geſagt, das es wirdig wer, das mans mit allen drecken beſchiſſe, wer auch nicht vnbillich, wen er macht ſych wol alſo vnnütze, der ſelbyge Eſel. Vdoch haſtu vrſache funden, das du yhn allen den yenigen die etwas tapfers ſeynt darfſt vergleichen. Derhalben forderlich das du erfaren, das er zu Rome gnedige hern habe
vnd hat dir auch, das negſt guldene breue, dauō ich vor geſagt, vom Adriano bracht, vnnd endlich, wilches das aller gröſte bey dir iſt, iſt er auch des Luthers tödtlicher feindt. Wer §.139.
hett auch glaubet, dz die tzwu peſtilentzien zu Baſel, Ludewigk Ber, vñ Hans Gebeler, die von wucher vñ eergeytz gantz verblendet, vnd die aller vertzweiffelſten vnter allen Curtiſan, dy am erſten vnd am meyſtē rechtē ſtudijs, ſo zu vnſerer zeit wider gegrůnet vnd
an tag komē, allezeit mit allem fleys widerſtandē, ſolten etwā vnter vns eynen fyndē der ſye lobet? Sie haben dich fundē, wilchen ein ytzlicher, ſo er nur wil, yhm wol zu eynem lober erkauffen kann. Sie konnē aber nicht vermercken, das durch diß dein lob, nye tůgent gemeret oder getzyret ſey, ſonder ſehen vnd erkēnē, das yhr ſchalckheyt dadurch beſtetiget vnd verſchattet iſt, des ſy ſych frewendt, vnd du yhn, yn duſſem fall wol zu
gefallen geweſt biſt. Solche geſellē haſtu teglich bey dir ym hauſe, ißt vnd trinckeſt mit §.140.
yhn, mich aber, der ich dich yn dreyen yaren nicht geſeen hatte, achteſtu nicht wirdig, das du nur etzliche wort mit mir redeſt. Den Latomum, Edmontanū vnd Attenſem, hetten §.141.

---

[1] epist.] vol. I. p. 421. repetita. [2] alius Faber] item Ioannes, vic. Const., a. 1531. episcopus Vindobonensis. Cf. Erasmi ep. ad hunc: VI. 33. et ep. ad Laurin. §. 31. [7] Adriani breve] d. 1. Dec. a. 1522. (Erasmi Epp. XXIII. 3., ed. Lugd. 1706. fol. p. 735. sqq. n°. 630.) [8.9] Lud. Bär Basiliensis, prof. theol., canonicus et præpositus Basil. De quo cf. (Herzogii) Athenas Rauricas. Bas. 1778. 8°. p. 8. sq. [9] Io. Gebwiler, al. Sellatoris, *Sattler*, Colmariensis, canonicus eccl. cathedr. Basil., prof. theol. Cf. Athen. Rauric. p. 7. [17] Latomus et Egmontanus et Atensis (Ioa. Noxus) Erasmi adversarii, de quibus innumeris locis conquestus est.

Digitized by Google

nemo reor nosset, si tu non infestissimis epistolis atque iis mirum quam crebris circumquaque traduxisses, nobisque data opera persuasisses nihil dignum satis in homines scribi posse, ita malitiose simul et obstinate in
§.142. bonas literas conspirasse ac infestissime alienis obtrectare virtutibus. Atque ita esse cognovimus postea, neque et per te moti et ipsorum cognita culpa desinimus aliter iudicare ac eorum merentur mores. in tuis vero epistolis alia nunc lego, ubi illos quidem aliquando ambigue, aliquando amice quoque tractas, Atensi vero hoc addis elogium[8] quod paucissimis a condito usque orbe tributum crediderim, ab omnibus esse laudatissimum, neque tamen satis unquam laudatum. Proh æqualitatem sententiarum! hoc modo convenit Christianum theologum pronunciare de tali nebulone, tam viru-
§.143. lenta belua? Sed quid plures ego commemorem, cum aliud agendum sit? Superest ut Leum quoque, quem ultimum puto in nostros coniecisti stilos, nova edita recantatione aut potius pro illo contra nos apologia hinc rursus eximas. || tibi enim soli licet et ubi et quoties vis album vel atrum iacere | p. 34. calculum, frigidum efflare vel calidum, damnare vel absolvere, laudibus
§.144. palpare vel conviciis proscindere. Quo privilegio tuo si in omnibus uti voluisses ac tantum promittere tibi quantum nemo sibi debet, nemo bonus vellet, in Lutherano tamen negotio debuisses rationem habere tot amico-

on tzweyffel nicht vil leuthe yn gantzem deutſchlandt erkant, ſo ou ſye nicht yn allē deynē bryeffen vmbgefürt vnd geſchēdet hetteſt, vns auch mit fleys vberredet, das nichts alſo hefftig widder ſye kūd geſchrieben werden, ſye weren nach vil groſſerers wirdig, ſye weren al-
§.142. len gutten künſten vnd tugenden entkegen, dz ich den nachmals auch erfaren, vnd diſer deyner vermanūge nach, auch yhrers weſens anzeygen, nye anders von yhn gehalten, dan ſye wirdig geweſt. In deynen bryeffen aber, leße ich nu ander meynung, darynne du, wiewol byſweylen zweyffelhafftig, vnd doch am meyſten löblich vnd freuntlich vonn yhn ſchreybeſt. Dem Athenſi gybeſtu auch dys zeugnis das wenigen, (als ich glaube) weyll die welt geſtanden hat, iſt geben wurden, wie er vonn aller welt auffs aller hochſte, vnd doch nicht gnugſam ye gelobet ſey. Ey wie feyn tryfft dys vbereyn Eraſme, wie feyn ſtymmen deine wort zuhauffen, es ſtehet eynes Chriſten theologo vberauß wol an, dz er ein ſolch
§.143. zeugnis von einer ſolchen beſtiē, von ſych gybet. Ich wil vill ander alhie vmb kurtz willenn laſſen beſtehen. Zum letzten aber, acht ich, das dir auch vō nötten ſey, daſtu den Leum, widder wilchen, du vns zum yungſten vorhetzet haſt zuſchreiben, auch widderumb mit einez eygē büchlin, verſoneſt, vnd widder vns ſchützeſt, wē es dir alleyne zymet, als offt du wilt, vnnd wo du wilt, eyn ytzlichen zurechtfertigen, oder widderumb zuuerdam-
§.144. nen, eyn ytzlichen zulobenn, oder zuſchendenn, warm oder kalt bloſen. Wilcher gewalt vnnd priuilegion, ſo du dich gleych ſunſt vberal hetteſt brauchet, vnd dir ſelbeſt alſo vil nachgeben, das yhm ſelbeſt ſunſt niemant nachgeben ſol, keynn redlich man auch begeret, ſolleſtu dich doch yn dyſer ſachē gemeſſiget haben, vnd viler gutter freunde acht genōmen,

---

[8] addis] epistolæ ad Martinum Dorpium (Erasmi Epp. VII. 7., L.B. 1706. fol. p. 1808. nº. 424. append.) „Ioannem Atensem omnibus laudatissimum et tamen nunquam satis laudatum meo nomine etiam atque etiam salutabis." [13] Eduardum Leum ex superioribus satis notum. Cf. vol. I. p. 340. sqq.

Digitized by Google

rum, qui cum de te partim benemeriti quoque sint, Luthero autem sic adhæreant, ut pene tam nolint avelli quam ab ipsa veritate et evangelio in diversa traduci, hoc dolent gravissimum abs te inflictum vulnus sibi, ut non tantum deseras, sed cum adversariis quoque societatem contra se iungas. Verum ita arrident quæ afferunt novi socii, ut nostra sordeant §.145. facile; sic illa te inescavit iniecta ori tuo (ab urbe Roma credo) offa, ut recte nausees hæc; itaque illos quidem intromittis, nos vero penitus animo eiicis. si 'qua ratione?' quæram, dicere non possis, si 'quo motu?' nolis: igitur coniicere ibi licet, certum scire non licet. Et tamen huiusmodi est §.146. hæc instituti permutatio, ut nisi accurate adhibito consilio fieri non debuerit: omnes certe mirantur atque igitur caussas scire expetunt: quid enim novum magis, quam tale quidpiam de te audiri 'Erasmus Romano pontifici sese dedidit; ab eo in mandatis habet, ne desit authoritati sedis apostolicæ'? Hoc quid aliud est quam Herculem in authoritatem Omphales concessisse, colum gestantem, hanc ab illo pensum exigere? Quantum §.147. p. 35. | facis præter || decorum, Erasme; illi vero quam indigni sunt qui te utantur administro ubicunque, nedum ad quorum improbissimas cupiditates, infandam libidinem pericliteris de fama et salute tu. Quæso enim cogita tecum, quibus hominibus fias obnoxius, quos officio assecteris: nempe eos §.148. qui, omnis honestatis contemptores, legum ac pietatis transgressores, bonos

auß wilchē dir etzliche etwā auch seynt forderlich geweſt, etzliche alſo bey Luthern haltē dz ſie ſchir gleich als wenig von yhm, als von der Euangeliſchen warheit ſelbeſt wollē geryſſen oder gewendet werdenn. Nu weyßtu das yhn dys vorletzen, das du yhn mit deynez vornemen gethan, ſere wee thut, ſo ſye ſehen, das du nicht alleyne von yhn abgewichen, ſonder auch mit den widderſachern widd' ſye ſtreytteſt. Dir gefelt aber die new §.145. geſelſchafft alſo woll, das du vnſer leichtlich daruber vergyſſeſt. Die Bappe vonn Rome iſt auch freylich woll alſo ſeyßt geſchmaltzen geweſt, das ſye dirs maull vorwenet hatt, das du vnßerer ſpeyße nu nicht hoch achteſt, Alſo kommet es nu, das du dye ſelbige geſelſchafft eynleſſeßt, ich vnd meyns gleychen müſſenn außgeſchloſſen werdē. Wen ich dich aber fraget, auß wz vrſache, wurdeſtu freylich nicht ſagen konnen, auß was reitzen oder bewegunge, wurdeſtu nicht ſagen wollen, derhalben ich die vrſache an dyſem orth abnemenn můß, gewyß kan ich ſie nicht wyſſen. Doch hatt deyn wandlunge dyſe geſtalt, das du es §.146. one ſonderlichen radt vnd bedencken, wo du eyn redlicher man wereſt, yn keynen weg ſolleſt than haben, daruber ſych alle leuthe ſere verwundern, vnnd mit allem fleyß gerne rechte vrſache wolten erfaren. Wenn es hett niemāt nichts newers oder vngehorters konnen vorkommen, denn das man ſaget. Eraſmus iſt des Bapſts arm man wurdē, hat beſel, vnd iſt yhm hart gebotten, das er ſeyne vnd des gantzen Rômiſchen ſtůles bůberey, ye mit allen fleyß vertedige. Was iſt dys anders geſagt, dann wie man ynn den altten fabeln lyſt? Hercules iſt eyn tapffer ſtarcker man, iſt vnter Omphales, das iſt eyner hůrn gebiette komen, ſpinnet dyſer den Rocken, ſie fordert das garn vnnd tagwerck vonn yhm. O Eraſme wie weyt beſchameſtu ynn dyßem falle deynn, vnnd vnßer aller man- §.147. ſchafft. O wilch eyn vnbyllich dyenſt yſt dyßs, dazu ſye dich brauchenn, nemlich, daſtu yhn yhre vnaußſprechlich vnreynigkeyt vnnd buberey vortedigeſt. Wilches dir nicht alleyne §.148. deynn gerůchtt, ſonder, auch deynn ſeligkeyt antryfft, ſo du dych zu denn yenigenn wen-

Digitized by Google

mores depravant, fidem excludunt, innocentiam violant, religionem irrident, cum veritate bellum gerunt, evangelio hostes sunt: ad tales transfugis, ta-
§.149. lium imperata facere paras. Et iam navare operam ingressus es; iam aliquod dedisti illis tui specimen; elata sunt signa, tuba cecinit, telum coniectum est; rupisti pacem, vulnus fecisti, modestus pauloante Erasmus,
§.150. subito impotens curtisanus. Quæ maior tam repente alienatio? quis te noscet posthac? aut sic habere hæc credet? Qui sepultam nuper pietatem refodiebas, evangelium ex latebris in lucem reducebas, fidem et religionem instaurabas, is nunc ad eadem conculcandum, eiiciendum, prosternendum
§.151. et interimendum operam profiteris. Esne adhuc mentis compos? Sum, inquis. Quam nobis igitur rationem affers mutati tam in diversum instituti? ipsane caussa sic cœpit displicere tibi, ut hanc necessario deseras?
§.152. Hoc non dicis quidem, sed 'Hortati huc me sunt complures, primum, ne omnes commemorem, reverendus pater Marinus Caracciolus, nuncius apud Cæsarem apostolicus, præterea clarissimus vir Hieronymus Alean|der, tri- | p. 36.

deſt, die aller redlygkeyt verachter, aller gotſelikeyt vñ Göttlicher gſetz vbertreter, aller guten ſytten, glaubens vnd vnſchult verrucker vñ zu nicht macher, ya auch Gottes vnd
§.149. aller warheyt verlacher vnd verſpotter ſeynt. Dyſen unterſteheſtu dich dinſt zu leiſten, vnd haſt dich deſſelbigen nu laſſen merckē, ja auch angefangen, die panner ſeind außgeſtackt, die Poſaun iſt geblaſen, die pfeyle ſeint geflogen, du haſt den oꝛkryde gebꝛochen,
pfeyle vō dir geſchoſſen. Du wareſt yn kurtz vergāgener tzeit eyn glimpflicher vnd yn allē dyngē ein wolbedachter man, nu iſt ein onmechtiger vntuchtiger Curtiſan auß dir
§.150. woꝛdē. Wie hett ſych ein gröſſer vernewerūg yn dir kōnen begeben? Wie hetteſtu dich allen leuten fremder oder vnbekandter kunnen machen? wer hett dis von dir konnen glauben oder begreiffen? Du haſt yn kurtz vergangner zeit, die voꝛmols zur zeit geſtoꝛbene
gotſelikeyt, mit deinē ſchꝛifften, gleich als mit negeln, widerumb auß der erden graben, das Euangelium wider an tag bꝛacht, recht geyſtlikeyt vñ den glauben wider auffgericht. Nu unterſteheſtu dich, das ſelbige alle, widerumb zuuerdꝛugken, zuuertilgen, vnd mit
§.151. allem fleyß außzuruttē. Biſtu auch noch bei ſynnē Eraſme? du wirſt on zweyffel ya ſagen. Was iſt den dein oꝛſache das du dein voꝛnemen alſo fern vnd vngſchickt gewādlet haſt? Wie hat dir dy ſache alſo eilend konnen mißfallen, das du ſy alſo ſchnel, vnd gleich
§.152. als zwünge dich ymāt darzu, haſt verlaſſen? Diß ſageſtu nicht, ſchꝛeibeſt aber gleichwol alſo von dir. Es haben mich vil dazu verynnert vnd vermanet erſtlich (dz ich ſie nicht alle nenne) der wirdige vater Martinus Caracciolus, Bäpſtlicher legat, zum Kaiſer ge-

---

[9] eadem] eandem *Erasm. Spong.* §. 174. [13] Hic locus maximam partem ex ep. ad Laurinum data compositus, sed non verbotenus ex illa desumptus est. Cf. hunc ex alia Erasmi ad Laurinum Lovanii d. 5. Apr. a. 1518. data epistola desumptum locum: „Licebat amplissima spe sequi regem catholicum; invitatus sum aureis montibus promissis a rege Gallorum; invitatus sum humanissime a rege Anglorum, et a cardinali Eboracensi, ab Francisco archiepiscopo Toletano, qui nuper decessit; invitatus sum ab episcopo Parisiensi, a Baiocensi, ab archiepiscopo Moguntinensi, a Leodiensi, a Traiectensi, a Basiliensi, a Roffensi, a duce Bavariæ, a duce Saxoniæ. Non mentior hæc, res cognita est permultis et ex ipsorum ad me crebris epistolis liquet."

Digitized by Google

linguis eruditionis hoc ævo sine controversia princeps; ad hæc reverendus pater Ioannes Glapion, qui Cæsaris erat a concionibus: nam is ex Cæsaris voluntate frequenter hac de re ad me scripsit non minus diligenter quam amanter: hortatus est eodem pridem Guilielmus Montioius; nuper etiam illustrissimus dux Georgius Misnæ princeps; iam „erat hoc etiam a magnis persuasum Cæsari me cumprimis huic provinciæ gerendæ esse idoneum". Quid plura vero? cum totus orbis ultro stilum in Lutherum acuat, cur uni mihi indignaris, si me commoveam iussus ab iis, quibus vix tutum est non obsequi?' Pulcra sunt hæc et ad movendum multum efficacia ex im- §.153. peritis aliquem, nedum Erasmum. atque hinc elucet potissimum, quam te suaviter afficiant, quamque titillent istæ magnatum salutationes, familiares affatus, magnifici fumi, principales nugæ, aulica pompa, ultro obiecta gratia; et manifestum facis hic quandam putare te gloriam esse hæc accidere, etsi Laurinum testem appellas, quam non sis huiusmodi glorio- larum appetens. at nisi esses appetentissimus, frustra captarent nunc isti §.154. te; neque alienatus a nobis esses, si non amplissimum iudicares tibi totam

ſchikt. Darnach auch der achtbar herr, her Hieronymus Aleander, der yn dreyerley ſprache, zu vnſer zeyt, one tzweiffel der furnemſte. Item der wirdige vater Joānes Glapiō, des Kaiſers prediger, der mir oft auß des kaiſers befel, freūtlich vñ fleiſſig von dyſer ſachen geſchryben. Itē Wilhelmus Montioius, der gleichē der durchlauchtige her Herzog Jürge auß Meiſſen. Daruber hetten auch etzliche den kaiſer ſchō vberredet, das ich zu dyſer ſach am meiſten geſchickt vñ beqweme wer, was wolt ich weiter begerē oder verzyhē, ſo die gantz welt vngezwungen, vnd von eigenem willen ſych widern Luther leget? Worumb wolleſtu mir nicht zu gute haben, ſo ich mich ließ bewegen, auß der yenigen gebitt vnnd verheiſchen, wilchen ich ſolchen dienſt on groſſer ferligkeyt nicht wol kan verſagē, Ey §.153. ſchone argumēt ſeint diß Eraſme, vnd die ein jedern vngelertē, geſchweig dich, ſolten bewegen, dauon man feyn kan abmercken, wie dich der großē Hanßen gunſt, kuntſchafft, gemeinſchafft, pracht, gnade, gros erbyettē, ſticht vnd kutzelt, macheſt auch da durch offenbar, dz du es vor ein groß eere vnd kōſtlich ding achteſt, alſo von mechtigen gehandlet werden, vnnd wenn du auch gleich noch eyn mal den Laurinū zum gezeug anzōgeſt, wy du dys dynges alles nichts begereſt, wen wo es alſo war were, wie du ſageſt, wurdē ſie §.151. dich freylich vergebēs vnd vmb ſonſt zu yhn locken. Du wurdeſt dich auch nicht alſo ſchnell

---

[4] Montioius] cf. Erasmi ep. XVII. 26. (ed. 1706. n°. DCVI.) [5...8] erat hoc a magnis, sed falso p. *et* cum totus *etc.*] Verba sunt ex epist. ad Laurinum §. 28. §. 76. sumpta. Similiter in ep. ad Campeg. 6. Dec. 1520. (ed. 1706. fol. n. DXLVII. p. 597.) „Iam cum et eruditi multi et scholæ etiam hanc provinciam sibi capesserent refellendi Lutherum, quæ fuisset impudentia memet ingerere transversum aliisque et iudicandi auctoritatem et victoriæ gloriam præripere?" et ibid. p. 601. „. . non sum tam ingratus ut dissentiam a Leone, cuius et favorem et indulgentiam in me non vulgarem sum expertus; postremo non sum tam imprudens ut obsistam ei cui nec regibus tutum est obsistere, etiamsi illius causa parum mihi probaretur, præsertim cum nulla spes esset boni fructus". [14] ep. ad Laur. §. 25. „Nam nec te fugere puto quam non sim huiusmodi gloriolarum appetens" *ipse de θρασωνισμῷ suo ne rideatur, adiecit.*

Digitized by Google

illam omnis generis omniumque nationum hominibus refertam curiam, quæ a nobis paulatim desolata ad magnas brevi angustias devenerat, neque certam habebat adsequendi contra nos || auxilii spem, audita nunc trans- | p. 37.
§.155. itionis tuæ fama ex quadam veluti compressione respirare. Quidni? certe hanc ob caussam ingens est iam Romæ Erasmus. quo si veniat, certum est profecturos obviam illi complures reverendissimos, immensam mixtæ turbæ multitudinem; tum magnos fore in urbe applausus, celebres triumphos, miras acclamationes fortissimo catholicæ ecclesiæ vindici, invicto hæreticorum debellatori, qui ut alter Camillus collapsam rem Romanam tua
§.156. virtute restitueris. Hæc et huiusmodi videre videor, ut diurnis nocturnisque volvas cogitationibus: nam cum tam sæpe iactas principum virorum ad te epistolas, operum tuorum ab aliis prædicationes ac habitum tibi ab illo principe, illa civitate honorem, missa munera, promissiones factas, opinio-
§.157. nem nobis facis miræ in te vanitatis. At vide ne te decipiant hæc secunda et ad intolerabilia adversa protrudant; ne te multi blandissime captent nunc, qui in rem tuam id non faciant: nam valde metuo a quibusdam tibi: sed ut omnes fidem servent ac istas mercaris Romæ laudationes et quos dixi triumphos, siccine de gloria periclitaris tu, ut ab improborum tandem
§.158. calculis ea colligenda sit? 'Non deeris dignitati sedis apostolicæ'. Ades: nos contra oberimus. Verum verumtamen ostende nobis ubi illa sedes sit

von vns abgewendet haben, ſo du dirs nicht vor einn groß mechtigen preyß anzögeſt, das der ſtuel zu Rome, der mit aller volcker geſchlecht erfüllet, vnnd nu von uns alſo zerſtöret, das er ynn kurtz zu groſſer nodt were kommen, hett auch keyner hulff, hoffnunge wyder vnns zuſtreben, ſo er gehoret das du von vns abgewichen, von dir ſolt erhalte werden. §.155. Ja iſt wol billich, wen vmb dyſer vrſachen wirdt Eraſmus one zweyffel eyn gehalten man zu Rome werden, vnd wann er wirt eynreitten, werden yhm die wirdigen vetter alle entkegen kommen, die gantze gemeine, werden yhn als eynen ſtarcken vorfechter der heyligen Römiſchen kirchē, der ketzer vberwinder, der mit ſeyner tügendt, gleych als der Camillus etwann das gantz Römiſch reych erhalten vnnd wider auff gericht, mit wonne §.156. vnnd freuden entpfangen, vnnd auffnemen. Solches vnnd dergleychenn laſs ich mich gedünckenn, lygt dir tag vnd nacht ynn oren, ſyndt du dich alſo prächtiſch berümeſt der gewaltigen kuntſchafft, vnnd brieffe, ſo ſye zu dir geſchriebenn. Item des lobes das ſie deynen büchern zuſchreiben, vnd forder der ehre vnnd erbiettunge, die dir dyſe ſtadt, dyſer Fürſt hat erzeyget, weytter auch geſchenck vnnd verheyſſunge, wilches alles vns deyner thorheit §.157. vnnd eyttelkeit eyn groß bedencken macht, ſych dich aber gleich woll fur, das dich diſſe glückſeligkeit nicht betriege, vnnd dich etwan zu vngeluck bryngc, das nicht etzliche ſeint, die dir ſüſſe wort geben, vnnd thun das ſelbige gar nichts vberall vmb deynet willen. Wen ich weyſs yhr vill, vor wilchen du dich gar eben magſt furſehē. Ich ſetze aber das dir die alle glaubenn haltenn, vnnd du erleuffeſt dyß lob vnd dyſe triüpff alle zu Rome, wie biſtu alſo ſorgfellig, vnnd arm von lobe, das du das ſelbige, bey den aller verzweyffelſten buben §.158. můſt ſůchen? Du biſt aber gebeten, du wolteſt, des Apoſtoliſchen ſtuls wyrde ye beyſtendig ſeyn, ſtehe alſo lange du wilt, ſo ſaltu wiſſen, das ich mit fleyß dar widderſtehen vnnd ſtreben will. Wiewol ich auch gerne vonn dir wiſſen wolt, wo doch der ſel-

[9] Cam.] „quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent." Liv. VII. 1.

Digitized by Google

quæ unice apostolica dici debeat, ut et nos venientes adoremus pariter.
p. 38. | 'Romana' inquis 'ecclesia est, quam || ego puto a catholica non dissentire'. Peream confestim anima et corpore, si tu ignoras quantum a catholica ecclesia et apostolica dissentiat hæc Romana. Ubi illa vero scriptura est, §.159.
quæ hoc docet, Romæ esse talem ecclesiam quæ sit aliorum caput, et illum habere debeat episcoporum tyrannum, quem fas sit vocare sanctissimum, qui evangelium si velit innovare possit et antiquatis iis quæ Christus tradidit, novas dare leges, novam præscribere vivendi normam? a cuius placitis fas non sit discedere? quem ferre quantumcunque malus sit oporteat? qui terrarum principibus osculandos pedes recte porrigat, mundi regna ad suum dispenset arbitrium, cœlos vendat, animarum ab se salutem mercari homines iubeat? Hanc tu mihi ostende scripturam, inquam, §.160. sed divinam aut apostolicam, et traduces me quoque a sententia, cogesque tecum adesse dignitati illius sedis. quodsi eiusmodi est Romana sedes, ut est, ut eam Christiani omnes qui quidem vere sunt, eversam et abolitam velle debeant, idque si fiat, ab omnibus cognoscatur expedire reipublicæ Christianæ, quid sacrilegum magis dici potest, quam, quod abs te scriptum supra posui, neminem pium non favere Romano pontifici? Imo

bige ſtull were, denn du alleyne, den Apoſtoliſchen ſtul nenneſt, wolt ich auch kommen vñ yhn mit dir anbeten, wirdeſt villeicht ſagen, das die Römiſche Kirche der Apoſtoliſchen kirche nicht vngemeſſs ſey. Ja ich will des teuffels ſeyn, mit leyb vnnd ſele, wann du nicht wyßt, ſo du mit mir, die warheyt bekennen wolteſt, wie weyt vnterſcheyt vnter dyßer Römiſchen vnnd der Apoſtoliſchen Kirchen ſey. Wo ſtehet es doch geſchrieben, oder auß was ſchrifft wiltu bewe- §.159. renn, wolt ich gerne wiſſen, das zu Rome einn ſolche Kirche ſey, die aller ander Kirchenn haupt iſt? darynne der andernn Biſchoffen aller Cyran můß wonen, den man můßs denn aller heiligeſten nennē, der das Euangeliū verandern kūd, ſo er wolde, vnd Chriſti geſetz abthun, vñ ein newe form vñ regel, wie man ſich halten ſol furſchreybē, von wilches meinunge vnd gutdünckē niemant darff abweychen, den man leyden muß, er ſey als bōſe, als er ymmer mher wolde, dem die andern Furſten zu fueß fallen můſſen, ya yhm auch die füſſe kůſſen, der die reich der welt nach ſeinem gutdunckē außteylet vnnd lehenet, den hymmel vnnd der ſelen ſeligkeyt den menſchen verkauffte? Dyſe ſchrifft zeige mir an auß der bybel, oder ſonſt etwan §.160. auß den Apoſteln, ſo wil ich dir zufallen, vnnd den heyligen ſtuel auch helffen verfechten. So es aber dyſe geſtalt vmb die Romiſche kirche hatt, wie mann offentlich weyß, das keyn frommer Chriſt iſt, der ſie nicht mit wyllen vnnd allem fleys zurſtōret vnnd vertilget wolt haben, wilches ſo es geſchehe, on tzweiffel der gantzen Chriſtenheyt ſere forderlich vnd gut ſeyn wurde. Was het ſchedlichers vonn dir konnen geſagt werden, denn das ich furhyn hab anzogen, das du vonn dir geſchrieben, das kein fromer gotſelyger man yndert ſey, der nicht dem Bapſt vō hertzen gunſtig ſey? Du hetteſt vil rechter geſagt, wenn du das

---

[2] inquis] in ep. (ad cardinalem Campegium d. 6. Dec. a. 1520. data [XIV. 1. ed. 1706. fol. n°. 547.] et ep.) ad Alois. Marlianum d. 25. Mart. a. 1521. cf. num. CCXXVIII. supra p. 10. v. 33. sq. et ep. ad Campeg. (ed. 1706. p. 601.) „. . quid ... sperem præmiorum, ut .. stare velim adversus doctrinam evangelicam, aut adversus ecclesiam Romanam, quam opinor a catholica non dissentire?" [18] nem. pium *etc.*] cit. ep. ad Marlian. p. 11. v. 7. ep. ad Laurin. §. 83. [38] wenn du du das *1.*

Digitized by Google

quis pius favere possit ei cuius universus status mera est hypocrisis, quæ
§.161. donec viget, languere veram pietatem necesse est? 'At illius sedis authoritatem tot seculis secutus est orbis Christianus'. Quodsi multis seculis erratum sit ab omnibus, vetes in viam redire nos || cognito errore, et | p.39.
a periculo in tutum recipi? Plane erratum est: tu cognovisti inter primos ac ad veram viam quantum in te fuit reduxisti homines; multi secuti sunt habentque gratiam: ipse nunc cum videtur commodum, ad errorem revo-
§.162. cas: mirantur omnes: tu caussam reddis 'authoritatem orbis consensu tot seculis comprobatam'. At vero tota Græcia et Asia ac præterea maior Christiani orbis pars non secuta est illam authoritatem: ubi ille autem est totus orbis, qui ultro stilum in Lutherum acuit? quidam est puto alius mundus qui hoc facit, et fortasse ex Democriticis illis unus: nam in hoc orbe multi sunt, quibus cordi non est in Lutherum scribere, quorum ali-
§.163. quos invenies paulopost pro Luthero in te stilum qui acuent. Sed fas est verbis amplificari abs te res parvas; quod nos minime movet: nam nec tua vana iactantia, nec falsa Lutheri insectatio ullam nobis instituti muta-
§.164. tionem invehent. Verum ad illos redeo imperatores tuos. Estne honestum

blatt hetteſt vmbgekart, vnd geſagt. Es mag vnd kann keyn fromer, eynem ſolchen wüterich geneyget ſeyn. Wilches ſtandt vnnd gantz weſen, nichts anders dan lauther farbe vnnd gleyßnerey iſt, bey wilches leben keyne got ſeligkeyt nymmer myer kann auffkom-
§.161. men. Mochteſt aber ſagenn, hatt doch die gantze Chriſtenheyth, etlich Hundert yar dyßem ſtule nachgefolget, vnnd iſt yhm vnderthenig geweſt. Antwort. Wiltu vns darüb vorbieten, das wir nicht auff eynenn rechtenn weg ſollenn gedencken, darumb das vnßer Furfarn, alſo langne geyret habenn, vnnd vns außs ſeligkeyt, dahynn wo es ſycher yſt, wenden? wenn das iſt gewyßs, das mann geyret, vnnd du haſt eben zum aller erſtenn ſolchenn yrthumb vermercket, haſt vnns auch, als vill ynn dir geweſt, widderumb zum rechtenn wege geweyßet, vnnd es habenn dir auch vyll nachgefolget vnnd ſeyndt dir dangſam geweſt. Nu felleſt du widder zurucke, vnnd reitzeſt vns widderumb zu dem forigen
§.162. yrthumb, daruber ſych niemant gnug verwundern kan, bryngeſt dyſe vrſache, wie die gantze welt eyntrechtigklich alſo lange daruber gehalten habe, da kegen ich das ſage, das gantz Kriche land, gantz Aſia, vñ auch das groſte teyl der Chriſtenheit nicht daruber gehaltē hat, auch nicht diſem ſtule gefolget. Darumb ich dich frage, wo doch die ſelbige gantze welt ſey, die ſych gantz vnd gar widern Luther zuſchreyben vereyniget hat? Es müß etwā ein welt ſeyn, auß den weltē die Democritus geticht hat, wē das iſt ye gewys dz vil yn vnßer welt ſeyn, die gar nichts vberal, widern Luther zuthū geſinnet ſeyn, auß wilchē du auch
§.163. etzliche findē wirdeſt, die Luthern kegen dir vertedigē werden. Du haſt aber priuilegia, dz du kleine ding mit worten magſt außbreiten, vñ großmachen, ſycht mich nichts an, wē das iſt gewis, dz mich widder dein rumreitigkeit noch die ſchmehunge, die du Luthern anlegeſt, yrgent von meinē furnemen wirt abwendē. Wer ſeint aber die ſelbigē gewaltigen gebieter, dauō du ſchreybeſt, die dich alſo hart dazu pflichtē? iſts auch recht oder erbarlich, das yenige das ſye dir gebietten? dauon du ſageſt das du es yhn nicht verſa-
§.164. gen darffeſt. Deine antwort iſt, das es darumb recht müß ſeyn, ſynt dirs ſolche gewal-

---

[2] At illius *etc.*] „quorum aut. *etc. Ep. ad Laurin.* §. 93. [5] cognovisti i. pr. *1. et vers. Germ.*; cum paucis hoc sensisti *2. 3. et Stolz.* [12] Cf. Aelian. var. hist. IV. 29.

Digitized by Google

putas quod iubent, quibus obsequi oportere dicis? 'Quia illi iubent' inquis 'esse puto'. Non consilium habes tu igitur in te, aut ratio non est quæ ducat, quo minus extra te quæras in vita quid sequendum sit, exque aliis pendeas? 'Saltem hoc Lutherani concedant, inquis, homini ut vere §.165.
scribunt meticuloso, parum erudito, nullius in hoc rerum genere iudicii, ut tot probatorum virorum iudiciis subscribat alicubi'. Unde hæc igitur,
p.40. | ex tanta nuper prudentia, subito imperitia tibi? unde || ruditas? quo illa sic statim abierunt, per quæ tam multi crevisse se testantur? Iam eo recidit tibi res, ut qui omnes erudiebas, idque feliciter satis, ipse in discipli-
nam te des qualibuscunque nunc magistris? Quam deformis est hæc si- §.166.
mulatio, quam non idonea qua decipias! Alterum igitur, aut perstare a nostris de partibus decuit, aut si discedere velles, improbandi nostra et diversa consectandi caussas habere. „In Luthero" ais „displicent arro- §.167.
gantiæ species et maledicentia immodica". Quæ ut sint in illo, quid ad
ipsam id caussam, quæ veritatis est et evangelii? Sed contra veritatem et evangelium nihil est negocii tibi, contra Lutheranos est; et a me quæris forte, cur me huic rei immisceam, quem tu pro Lutherano nunquam habueris? Neque me ipse Lutheranum dico aut ab aliis dici libenter audio. Sed dicam tibi cur hic movear, si hoc responderis prius mihi, quid sit in §.168

tige leute gebieten, haſtu aber keynen radt bey dir ſelbeſt? oder keyne vornunfft, die dich alſo vil lerne, dz du ſelbeſt kunteſt verſtehē, was dir yn dyßem falle, zuthū od' zulaſſen ſey? Ya du ſchreybeſt an eynem andern ort, die Lutheraner werden mir, der ich von na- §.165.
tur eyn forchtſam mēſch byn, wie ſye auch ſelbeſt billich von mir ſchreybē, vñ mich des dinges nicht faſt vill verſtehe, ye zugutte haltē, das ich yn dyßem falle, den meyſten
gelerten leuten nachfolge, vñ den ſelbigen meine ſtim̃e gebe. Wie kōmeſtu alſo ſchnel zu diſem vnuerſtandt Eraſme? der du yn kurtz vergāgen, ein ſolcher trefflicher gelerter man geweſt, wo iſt deine kunſt hynkomē, da durch ſych vill gebeſſert haben, vñ gewachſen ſeint? Wie iſt dir die ſache alſo eylent, dahin komen, daſtu nu widderūb ynn die ſchule muſt gehē, der du yn kurtz vergāgē, alle welt gelernet haſt, vnd das ſelbige gnugſam
vnnd mit groſſem preys? Awwee, wie ein vngeſchickt geticht iſt dys, vnd gar nichts be- §.166.
queme damit du yemāt betriegen wolteſt. Du hetteſt aber vnter zweyenn eyns ſollen thunn, das iſt du hetteſt entwedder bey vns ſollen bleyben, oder vrſache anzeigen, warumb du von vns geweychen. Vom Luther ſprichſtu gefalle dir nicht, das ſeyn ſache ein anſehen §.167.
hat, als thet er alles vmb eergeitz willen, vnd dz er alzu milte vnd vnmeſſig die leuthe
verſpreche. Wen es nu gleich dyſe meynunge hette, was gehet dys, die ſache yn ſich ſelbeſt an? nemlich ſo ſye dz Euangeliū, vnnd die warheit ſelber betrifft? mochteſt villeicht ſagen, widder das Euangeliū vñ warheyt handel ich nichts, ſonder allein widder die ſect, vñ widder die Lutheraner, vñ ſo du mich villeicht frageſt, warūb ich mich yn diße ſache menge, den du nie fur einē Lutheraner haſt gehalten, dauor ich mich auch ſelbeſt nicht
halten wil, habs auch nicht gerne, das mich ander leute alſo heiſſen. Wil dir aber gleich- §.168.
wol alhie anzeigē, was mich beweget. Alſo doch, das du mir erſtlich ſageſt, was es doch

---

4 Saltem *etc.*] ex ep. ad Laurinum §. 93. 13 ais] in ep. ad Laurin. §. 72. cf. ibid. §. 71. 34 milte *sic 1.* lego wilde

Digitized by Google

Luthero quod maxime improbet Romanus pontifex, et cur tantopere extinctum velit? Quædam posses iactare hic ad vanam speciem, sed cum ex conscientia respondere vis, hoc esse concedis quod is non primus quidem, sed potentissime Romanorum pontificum tyrannidi restitit, evangelium ut ante se nemo in locum restituit, humanis sanctionibus fidem abrogavit, pseudoepiscopis fucum detraxit, papisticas fraudes mundo aperuit, bullas ad nihilum redegit, gratias profligavit, indulgentiis et id genus aliis im-
§.169. posturis Germaniam clausit. Hoc profecto esse dices: atque igitur cum || Lutherum insectari vis, magna vi increpas 'Romanam agnoscere te ec- | p.41. clesiam, a qua divelli ne morte quidem possis', cum toties discesseris; atque iterum minitabundus habiturum te pro adversario quisquis adversetur Romano pontifici: 'te etenim semper fuisse semperque futurum Ro-
§.170. manæ sedis, cui te scias multis modis obligatissimum'. His inquam Gnatonicis adulationibus non iactares te, nisi scires hanc esse infensionis contra Lutherum caussam quam dixi, et facile remissuros fuisse iratos Romanistas quæ de libero arbitrio, de sacramentis et quibusdam aliis perperam sentire illis videtur; hoc persequi, per quod suo quæstui obviam itur, suis
§.171. lucris via præcluditur, suæ imposturæ frigent, doli patescunt; quodque

sey, das dem Bapſt fortrefflich am Luther myßfalle, vñ warūb er yhn alſo gerne verdrucken wolt? Du möchteſt wol etzliche vrſachen zu eynem ſchein anzeygē, wē du aber auff deyn gewyſſen wilt ſagen, müſtu freilich bekennen, das es darumb am meiſtē geſchicht, das Martinus, ſo nicht zum erſten, dz er doch auffs gewaltigſte, des Bapſts Tyrāney habe widderſtandē, das Euāgeliū meer dā yrgēt eyner fur jhm widd' an tag bracht, mēſchliche geſetz darnidd' geſchlagē, d' pfaffen vñ ſeiner creaturn, auch ſeiner eygē buberey, den vorhang vnd ſynes abgeſtrichen, die Buln zu nicht gemacht, den Ablas zubodem geſchlagē,
§.169. vñ yhm das gantz deutſchlandt fur ſeiner betriegerey zugeſchloſſen. Dys vñ d' gleichen wirſtu freilich muſſen ſagen, das es die vrſachen ſeint. Weitter, ſo du den Luther fere wolteſt gefern, ſchreyeſtu hefftig, wie du die Römiſche Kirche alleyne fur die rechte kirche erkenneſt, vonn welcher du nymer mher, auch nicht am todte (das du doch vormals alſo offt gethan) wilt abeweichen, bekenneſt auch fērd' mit drawendē wortē, dz du die yenigē alle, die dē Bapſt entkegen ſeint, auch fur deyne feinde, vnd widerſacher halten wilt, darumb dz du al dein lebtage des Römiſchen ſtules vnderthan geweſt biſt, wilt auch das ſelbige ſtetz bleibē, ſeyſt auch dyſem ſtule vmb vil vrſachen, allē müglichē dinſtpflichtig.
§.170. Dyſe Holhyppiſche wort, wurdeſtu wol dahynden laſſen, wen du nicht wüſteſt, das diß des Bapſts ſache widern Luther were, die ich ytzundt angezeigt. Hetteſt auch die zornigen Romaniſtē leichtlich verachtet, dy Martinum dauor halten, das er nicht recht mit dem freyen willen, mit den ſacramenten, vnd der gleichē hab vmbgangē, vnd handel dys alleyne, da-
§.171. mit er yhn yren geytz verhindere vnd mach yhn yhre ſchalckheyt offinbar. Wilches auch

---

[10] a qua div. *etc.*] cit. ep. ad Marlianum p. 11. v. 33. sq. cf. p. 12. initio.
[11] habiturum] cit. ep. ad Campeg. (ed. 1706. p. 601.) „.. Erasmum et fuisse semper et semper futurum Romanæ sedis, cui scio me multis nominibus obligatissimum, cum primis studiosum, habiturum pro adversario quisqnis illi adversatur".
[13.14] Gnatho (a γνάθος, maxilla) parasitus in Terentiana Eunucho, nomen cuiuscunque parasiti.

Digitized by Google

in caussa est, cur tot egeant Romæ Decimi Leonis creaturæ, tot episcopi et prothonotarii sumptus minuere cogantur, ipsa illius Summi aula evacuetur, in consistoriis solitudo fiat, curtisani frustra ambiant, copiistæ et tot in urbe notarii ad famem compellantur. Quæ ego quia et prius quam §.172.
ille inciperet, aggressus sum, et pro mea virili pertinaciter in hunc usque diem egi, quoniamque boni viri esse duco per veritatis confessionem, æquitatis vindictam ubique et semper prodesse patriæ, Christiani vero pro veritate etiam mori, si hoc res postulet, malo Lutheranum dici me, quando-
quidem sic vocantur qui hæc agunt nunc, quam officium deserere. Quan- §.173.
p.42. | quam igitur nec magistro ibi || usus illo sim nec socio, ac seorsim negotium hoc agam, et quacunque factione censeri infestissime oderim, quia tamen valuit hoc iam ut qui Romani pontificis tyrannidi adversantur, quorum præcipue in numero semper haberi volo, et veritatem qui asserere audent quique ab humanis sanctionibus ad evangelicam sese doctri-
nam recipiunt, Lutherani vulgo cognominentur, feram æquanimiter appellationis iniuriam, ne rei professionem abnegare videar. Neque ita me ali- §.174.
cuius pœnitebit cognomenti, ut vel suspitionem mutati honestioris instituti præbere de me velim. Habes redditam tibi rationem, cur Lutherani appellationem agnoscam: nunc facile est fidem omnibus facere eisdem de caussis
Lutheranum esse te quoque, tanto etiam magis quam vel me vel quenquam alium, quanto tu melior scriptor es ac orator disertior. Nam, ut §.175.

die vrſache iſt, das der Bapſt Leo alſo vil arme creaturn nach ſych gelaſſen hat, dz den Biſchoffen vnd ertznotarie die küchen iſt gemyndert wurdē, auch des aller heyligeſtē hoff nu wüſte wirt, die gerichts heuſer zufallē, dy Curtiſan plaſtucken vmbſonſt, die Copiſten vñ notarien haben kaumet das brot zufreſſen. Wilches alles, ſo ich ehr ägefangē dan §.172.
Martinus ſelbeſt, vnd nach meinē vermügen biß auf dyſen tag, mit allem fleyß verfüret, vñ weis, dz eynem redlichen mäne zugehöret, das er mit bekentnys der warheyt, mit rachüge vnnd ſtraff der vngerechtikeyt, allezeit vnnd vberall dem vaterland ſol forderlich ſein, einem Chriſten aber, das er auch wo es von nöden iſt, von wegen der warheyt wyllig
ſterbe, wil ich noch lieber ein Lutheraner genēnet werden, ſo man ſy ye alſo nennet, die mit diſer ſachen vmbgehē dan die that, dz iſt dy ſach yn ſich ſelbeſt verlaſſen. Wywol §.173.
ich Martinum yn dyßem ſal zum Schulmeyſter, auch zum geſellē nye gehabt, wil auch noch die ſach ſond'lich vnd fur mich ſelbeſt treiben, vñ wā ſie mich gleich vō der aller ergeſten ſecten oder factiō nennetē, die ye auff erdē iſt kommen, ſyntemol doch die yenigen, die des Bapſts tyränney wid'ſtreben, vnder wilche ich allezeyt gerne gezalt werde, vnd die warheyt frey bekennen durffen, vñ ſych menſchē geſetz entſchlagen, dem Euāgelio zu wendē, die Lutheraner genēnet werdē, wil ich dyße vngerechtigkeyt dyſes zunamens gerne tragen, darumb das ich nicht der ſachen yn ſych ſelbeſt widerſtendig geſehen werde. Wil mich alſo §.174.
keynes nhamens vberal ſchamē, wan ich auch gleich ſolt wiſſen, das argwan meyner vermandelten forigen gutter meynunge, auff mich ſolt gewoꝛffen werden. Da haſt du vrſache warumb ich den Lutheriſchen namē anneme vñ erkēne. Darauß mā leichtlich abnemē kā, das du, dyß angeſehen, ſo du ein redlich mā biſt, auch muſt Lutheriſch ſein, vñ alſo vil deſte mher, dan ich oder ſonſt yrgent eyner, das du zu vnſer zeit, der beſte vñ am wol beredeſten ſchreiber biſt, haſt auch dyſe ſach, wy ich fur angezeiget, ehr angefangē dan Lu- §.175.

Digitized by Google

prius ostendi, eadem egisti tu ac prius egisti quam me et Lutherum natos sciret mundus, licet nunc purges te illis, ac nihil tale admisisse videri velis. at vel aboleri maximam tuorum scriptorum partem oportebit, vel censeberis et tu factione hac (quandoquidem factio vocatur) ab omnibus
§.176. qui rem ipsam æstimabunt magis quam specie movebuntur. Quodsi vel purgationem illi tuam accipient, vel ea in futurum abs te sperant commoda, quibus facile prisca sarciant damna, et in Lutheranos, hoc est veritatis adsertores et Christianæ libertatis vindices, tu scribendo inveheris ac nos ultro tibi adversarios deposcis, ego contra nihil animad||verso | p.43. factionis nomine, sed rei quam persequeris, habita ratione quantum in me
§.177. erit communem contra te caussam tuebor. Quam tamen nollem impositam abs te mihi necessitatem. sed quia præstitit tibi illis parasitari quam mecum in officio persistere, disiungi patiar, ut tu concedas illuc, ubi authoritatem Romani pontificis expedit sacrosanctam haberi, ego hic maneam, ubi consultum est rei Christianæ, ut amoveatur quisquis in ecclesia tyran-
§.178. nidem occupat: tu illic securus agas, ubi potentes viri sunt, qui munera offerunt et paratos habent, si in Lutherum scribere vis, episcopatus tibi ac sacerdotia cedunt haud contemnenda; ego hic pericliter, ubi integri, graves, veri, candidi, synceri, constantes et liberi homines sunt, quos neque munera movent neque honores mutant neque pericula terrent; quibus
§.179. æquitas colitur, fides servatur, religio curæ est, veritas non deseritur. nam

ther, vnd ich auf erden seynn komen. Entschuldige dich wie du wilt, so müssen entweder deine meisten bücher vertilget werdē, od' du must auch Lutherisch (so mā es ye also nennet) von al den yenigen, die dy sache yn sych selbest mher ansehen, dan den namen, ge-
§.176. halten werdē. So dir aber dy selbygen zu gut wurdē halten, vñ dein entschuldigūg anemē, des halbē dz sy sych verhofften, du kūdtest yhn dysen schadē mit eynem andern wyder eynbringen, so sy dich vnuerhyndert liessen, vnnd du also wider die Lutheraner, dz ist wider die yenigen, die die warheyt bekennē, vñ christliche freyheyt verschützē, dich zu handlen unterstūdest, vñ mich ye zu eynem widersacher haben wolltest, soltu wissen das ich keynē namē angesehen, die sach yn gemein vñ yn sych selbest frey wil vertedygē vñ ver-
§.177. fechtē. Wywol mirs leyt ist, dz mir dys mit dir begegnē sol, seytemal du aber lieber mit dē yenigē plastuckē wilt, dā mit mir yn rechter sache fechtē, muß ichs geschehē lassen, dz du auf des heiligē stules seitten bleibest. Ich wyl mich aber zu dysem teyl wenden, das voꝛ die gantze christenheit wachet, das all die yenigen mochten beseyt bꝛacht werden,
§.178. die tyꝛāney ynn der kirchen vben. Du bist auff deynem theyle woll sycher vndter den gewaltigenn, die dir alle tag geschenck gebē vnd habē, ledige Bischtumb vnd gutte lehē fur dich, so du nur widern Luther schꝛeyben wolltest. Ich will alhye vnter redlichē fromen tapffern mēnern gerne gesar stehen, die da warhafftig vñ bestendig seynt, die widder geschenck, noch weltliche eere beweget, seynt auch voꝛ aller ferligkeit vnerschꝛockē, von welchē die gerechtigkeit wirt geübet, der recht glaube gefoddert, der recht Gottis dienst yn hůt
§.179. gehaltē, die warheit angenōmen. Was gehet mich dyß an, dz du dem Rōmischē stule ge-

[13] cf. §. 169. et ep. ad Laurin. §. 83. [16] Cf. ep. ad Laurin. §§. 24. sqq. 59. (et ep. ad Lovanienses d. a. 1521. (ed. 1706. p. 674.) [40] gefoddert = gefördert

Digitized by Google

quid ad me, quod tu multis adeo nominibus Romanæ curiæ es obligatissimus? tam constanter illam oppugnabo tyrannidem publicum ob commodum, quam tu ob privatum pertinaciter defendes. ubi facilior mihi labor, conscientia liberior, quod omnia vera dicenda sunt, omnia plana et recta; tua peior conditio, cui fingendum, inveniendum, comminiscendum, mentiendum, fraudandum. Quod cum incipis, non semper proferendam veritatem §.180. dicis, et magni referre quomodo proferatur: quam tuam sacrilegam vocem p.44. | in iugulum recogi oportuit (iam enim stomacho |sius hoc me eloqui res cogit) si officium debite facerent qui hæreticos vel ad recantationem adigunt nunc, vel in ignem coniiciunt: quid enim impium magis et contra §.181. Christi doctrinam quam 'non semper veritatem proferendam esse' dicere, pro qua ille nos mori quoque voluit? deinde quo insigniores nos ad invidiam facias, tumultus quoque obiicis et dissidia et quæ rei ipsius natura est, nostro imputas vitio. An non prædixit Christus fore, ut odia et dis- §.182. sensiones, bella et cædes propter se suumque sermonem habeantur? nisi igitur evangelium ferre non possent Romani isti, Luthero non irascerentur; neque alios offenderet ille, si citra eorum incommodum vivi Christiane inolesceret. Tu vero ostende nobis viam, qua et veritas ius suum obti- §.183. neat, et qui nunc bella movent, placidissime conquiescant. Sane huiusmodi

pflicht biſt? Ich wil yhm wol alſo vil vmb gemeines nutzes willen entkegē ſeyn, als du yhn vmb deines eygen nutzes willen ſchutzē kanſt. Will auch dz ſelbige mit weniger mhue vnnd freyerem gewyſſen zuweg bryngen dan du, darüb das meyne ſache ein rechten grundt hat, darff nichts tichtē, nichts heuchlen, nichts vnrechts ſagen. Dein teyl iſt darüb deſte ſchwerer, das du alles ertichten, liegen, vñ triegē, myſchen vnd mengē muſt, wilches ſo du dich unterſteheſt, ſprichſtu das es nicht allezeit gütt ſey, das man mit der warheit er- §.180. fur platze, vnd wie groß daran gelegen wie man ſye furgebe. O wie hoch were von nöten, von den yenigē die ytzunt die ketzer brennē, oder zur widerruffunge zwingē, ſo ſye yhrem ampt recht wolten fürſtehē, das ſie dir dyſe gotloße ſtym̃ widderumb yhn hals tryeben, alſoferne du ſye haſt erauß gelogen. Wen was iſt gotloßer vñ Chriſti lere meer §.181. entkegē, denn das man ſaget, die warheit ſey nicht vberal, vñ allezeit zubekennen, bey wilcher er vns auch befolen, das wir das leben laſſen ſollen? Daruber auch, daſtu myher neydes auff vns ſchutteſt, ruckeſtu vns auffrur vnnd zwytracht auff, gybeſt das yenige vns ſchult, wilches der ſachen natur fordert, vnd habē muß, hatt nicht Chriſtus ſelber geſagt, §.182. das haß, neydt, zweitracht, ſtreyt, todt, vmb ſeinet willen vñ ſeiner lere wurden kömen? Derhalbē, wo die ſelbigen herrn von Rome das Euangelium kütē leyden, wurden ſye Luthern auch woll zufride laſſen, wurden auch von yhm nichts verletzt werden, wan er leret das man on jhrē ſchaden oder abgang ſolt oder kunt chriſtlich leben. Ich wolt gerne ey- §.183 nen weg vō dir lernē, dadurch man zugleich die warheyt kundt erhalten, vnd das die yenigen, ſo yhr alſo hefftig widerſtreben, auch zu fryden ſeſſen. Darüber dys dein radt iſt, ſo du dich rümeſt, du wolleſt allezeit bey dem gemeynen Chriſten hauffen feſt halten, vnnd

---

[2] cf. §. 169. [5] peior] prior *1*. [6] non semper] ex ep. ad Marlian. p. 11. et ad §. 73. not. [14] prædix.] Evang. sec. Matth. X. 34. sqq. („non veni pacem mittere, sed gladium") sec. Luc. XII. 51.

Digitized by Google

consilio occurrere his te rebus decuit, cum iactares non defuturum rei-
§.184. publicæ Christianæ et unum posse te has sanare discordias: nam cum scri-
bis tuum non esse de solio illos præcipitare, nihil ad rem. non hoc abs
te quæritur, sed ut propagandæ quam latissime Christi doctrinæ des ope-
ram. 'Vivit' inquis 'Christus et habet in manu flagellum, quo tales extur-
bet e templo'. Scimus. sed interim tu exalta vocem tuam, clama, ne ces-
ses, annuncia populo dei scelera eorum: hoc te plurimum decet hominem
§.185. theologum. imo desuper coactio est, ut cui datæ sunt claves scientiarum
dei, is rigide semper et immutabiliter veritatem recludas et proferas, quan-
tocumque etiam periculo. 'Sed || non potest hoc fieri citra tumultum'. | p.45.
Fac non posse, at interim doce melius esse hos vitari tumultus quam pro-
pagari sermonem dei. nobis quidem satis caussæ cur inceptum desera-
mus, non videtur, quod tumultuantur quidam; et si adversa veritati evan-
gelicæ factio opprimi non potest nisi perniciosissimo orbis tumultu, ob id
§.186. nos nihilo minus ut opprimatur adnitemur. Christus vult et opportune et
importune prædicari et sic Paulus præcipit; neque cessandum ibi est, quic-
quid etiam obstiterit. 'At involvet tumultus hic innoxios'. tu quidem di-

trawest dir auch also vil, dz du dyser zweytracht wol raten woltest. Schreibest aber forder, das es nicht yn deyner hant stehe, sonder yn der yenigen, die dir zu gebieten haben.
§.181. Reimet sych hieher nichts vberal, wirt auch dyser gehorsam alhie nichts von dir gefordert, sonder vil mer das du darauff syhest, das der gemeyne christliche hauffe gemeret werde. Mochtest aber sagen, ya Christus lebet noch, hatt auch die peytzen yn der hant, damit er sein widersacher auß dem tẽpel treibet. Wir wyssen dys wol, dir gehöret aber nichts deste mynder, ja ist dir auch durch dē prophetē beuolē, dastu deyne stymme auffhebest, schreyest, vñ hörest nicht auff, verkündygest dem volg Gottes seine sunde vnd vbeltadt.
§.185. Dis gehöret eynem rechtē theologo zu, ya du wirdest auch võ oben hernyder dazu gezwungen, so dir die schlussel des verstādes vñ der kunst gottes geben seint, das du ernstlich vnd vnbeweglich die warheit, duch mit deiner ferligkeit, wans nicht anders sein kan, schutzest vñ handthabest. Ja dys kan nicht on auffrur geschehen. Ich setze das dyßem also sey, so wolt ich doch gerne võ dir höre vñ verstendiget werden, obs besser sey, dz mā solch auffrur meyde, od' das mā vmb aufrurs willen Christi lere geschweige, wen ich sychs nicht vor gnugsam vrsach an, dz wir dz wort Gottes vmb etzlicher schwúr mer willen soltē verlassen. Vnd wen gleich des Euāgeliōs vnd der warheyt widersacher, nicht anders, dā durch d' gātzen welt auffrur vñ entpörunge kuntē gestillet werdē, seint wir doch nichts
§.186. deste mynder schuldig den selbigen zu wid'stehen. Chrūs wil das mā sein wort syttig vñ stúrmig nach der zeyt gelegēheyt predige, des gleichen gepeut auch Sant Pauel, man sal auch da nicht auffhören, Got gebe es stehe ym wege was nur wölle. Es komet aber offt dz die vnschuldigen yn solchen auffruren mussen mitleydē. Dys sagestu, ich sage nein dazu,

---

[1] cf. ad Laurin. ep. §. 76. et ep. ad Lovanienses d. a. 1521. XVII. 18. (ed. 1706. nº. 603. p. 675.) [5] Vivit] ep. ad Laurin. §. 84. i. f. [6] Isaiæ LVIII. 1. [10] Ep. ad Campeg. (ed. 1706. p. 600.) „hoc igitur meum consilium hactenus modo favit Luthero, ne præter meritum, ne præter ius, ne per tumultum, ne magno orbis tumultu opprimeretur." [16] Paul.] II. ep. ad Timoth. IV. 2. „Prædica verbum, insta, opportune, importune". [32] schwúr, tumultus, seditiones, coniurationes.

Digitized by Google

cis, nos abominamur. sed ut futurum sit hoc quoque, nihil tanti est, cur postergari debeat negocium Christi. Quare etiam temere non obiicitur tibi §.187. ab illis impense Lutheranis, ut commemoras, quod dilutior sis, et blandior principibus quodque nimium pacis amans. imo non attente audivisti homines: hoc querebantur, quod nihil constanter dicas aut facias, quod ex omni levissima caussa blandiaris et adsenteris, idque non principibus tantum, sed et infimo cuilibet, quem tuæ imbecillitati visum est metuere. Quid deinde vero assentando effutis? „Quis non faveat eius dignitati, qui §.188. virtutibus evangelicis Christum nobis repræsentat?“ Nemo non, siquis abs te talis repertus est: atque adeo dic bona conscientia mihi, fuit per octingentos retro annos Romæ pontifex qui ad evangelium sese gereret? vel fuit hoc tempore qui ullam haberet in se probitatis micam, nisi quantum tua adulatione ad immeritæ laudis professionem intrusi sunt aliqui? Quia §.189. p.46. | igitur nulla apparet amplius in té | gravitas, nulla plane constantia, et cum nobiscum prius egeris, hoc est eadem egeris, nunc tergiversaris ac ad hostes transfugis, contraque omnem rationem et communem sensum falsissime pronuncias neminem pium non favere Romano pontifici, cum hic, quod omnes vident et cognoscunt, maxime impios habeat sibi deditos: patimur quidem alienari a nobis te, miseremur vero quod huc de- §.190. mentiæ veneris, ut tam absurda contra conscientiam probes. Et siquidem

vñ wen es gleich alſo geſchicht, ſo iſt es doch nicht gnugſam vrſache, das man derhalben Gottis ſache ſal lygen laſſen. Dir wirt nicht one vrſache, vonn den Lutheranern, wie du §.187. ſelber ſchreibeſt, vorgehalten, wie du ein meſſiger feiner man biſt, hern vñ fürſtē fere angeneme, vnd alzu fridſam. Ya du haſt ſye nicht recht verſtandē, mit dyſen verwickleten wortē habē ſie ſych beclaget, dz du widd' yn wercken noch yn worten beſtendig biſt, heuchleſt vnnd ſchmeuchleſt auff allen ſeytten, vñ nicht alleine Herrn vnd Fürſten, ſonder auch den allergeringeſten, vor wylchen ſich nur deine tapfferkeit etwan ein wenig beſorget. Ich meynn ya das ſey recht geheuchlet, das du klapperſt. Wer wolde dyßes wirde nicht §.188. günſtig ſein, der vns mit Euangeliſchen tügenden Chriſtum gleich furtregt? Ya freilich wir wolten dyß alle gerne thun, wen du vns etwā einē ſolchē anzeigeſt. Sage mir aber auff dein gewiſſen, iſt auch yn dyſen achthündert yarn, eyn Bapſt zu Rome geweſt, der ſych nach dem Euangelio hat regiret? oder iſt auch zu vnßer zeit yrgēt eyner geweſt, der nur eyn punctlyn fromikeit an ſych gehabt, alleine was du ſie mit deinē lügen beſtrychen, vnd geſyneſt haſt. Derhalben ſo nu offentlich erſcheinet, das keyn redlikeit, kein beſtendigkeit, §.189. meer yn dir iſt, vñ du vorhyn dyße ſach zugleich mit mir getrieben, vnd nu abgefallē, vñ dich zu vnßern feinden gewendet, ſageſt auch on vrſache, vñ alle vernunfft, das kein redlich man iſt, der dem Römiſche ſtule nicht von hertzen freuntlich vnd günſtig ſey, ſo man doch offentlich ſycht, das ſeyn gantzer anhang, eyttell gotloße leuthe vnnd boſewichter ſeynt, muß ichs laſſen geſchehen, das du dich von mir wēdeſt, dz erbarmet mich aber gleich- §.190. woll, das du alſo weyt gefallen biſt, das du bey eyner ſolchē ſchnēdē ſache, widder dein

[3] ab illis imp. Luth.] ep. ad Laurin. §. 55. „Audio queri nonnihil quosdam imp. Luth., ut vocant, quod dilutior sim,“ quod bl. pr., quod nim. pac. am.“ [8] Quis non] ep. ad Laurin. §. 83. „Quis autem non fav. *etc.*“ cf. cit. ep. ad Marlian. d. 25. Mart. a. 1521. supra p. 11. v. 7. [17] nem. pium] ep. ad Marlian. cit.

Digitized by Google

sanari non vis, libenter ferimus illic potius perire te quam nobiscum: nam vobis levibus et fluxæ fidei hominibus opus non est; per fortes aguntur
§.191. hæc et constantes. ubi satis mirari non possum, quod iactas, quosdam te Lutheranos technis allicere ad has partes, quosdam vi quoque velle rapere. atque igitur dialectice probas non esse evangelicos Lutheranos, quia evangelicum non sit technis et vi in suam quemque factionem protrahere: præsertim cum non ignoretur, hanc professionem non esse minus pericu-
§.192. losam quam fuerit olim Christiani nominis. Fatemur non esse evangelicum id, quo minus etiam probamus tuum Romæ imperatorem, qui nos vi ac violentia sub suam authoritatem compellere vult, et cum renitimur, cœlestia quoque fulmina, tanquam ipsius illa potestatis sint, deminatur.
§.193. Illi vero qui has tibi technas admoliti sunt, hanc intentarunt vim, scire cupio ubinam et qui sint homines? teque rogo dicas mihi, iocerisne hoc an serio moveas. sed non iocaris qui bis aut ter repetis esse Lu|the- | p. 47.
ranos, qui te primum technis, deinde vi rapere in sua castra sint conati. Modica fide, nulla fiducia esse debent, quicunque sunt, qui hoc machi-
§.194. nantur, si ulli sunt, neque Lutherani in iis spiritus tantillum est: nisi tu hic nos contemnendi studio vicanos quosdam et de foro nihili homines nobis imputas: sunt enim postremissimi quidam, qui cum se aliquos videri volunt, ea dicunt ac faciunt quæ a communi abhorrent consuetudine,

gantz gewiſſen doch haltē muſſeſt, vnnd ſo du dir ye nicht wilt laſſen rathen, iſt mir noch lieber du vertȳbeſt alleine, dann ich mit dir. So will dyße ſach auch nicht vnbeſtendige
§.191. loße leute haben, ſonder muß durch tapffere glaubhafftige menner gehandelt werdenn. Ich kan mich aber nicht gnug verwūdern, das du dich rūmeſt, wie dich etzliche Lutheraner mit hind'liſt zu yhn haben wollen zyhen, etzliche mit gewalt zwingen, vñ probireſt weitter mit deiner ſophiſterey darauß, dz die Lutheraner nicht Euangeliſch ſein, darumb das dys nicht euangeliſch iſt, das man yemant mit liſt oder gewalt auff ein meinūge wolt bryngen, ſonderlich ſo nicht minder ſar ytzunt auff dyſer ſecten bekentnis ſtehe, dan etwan auff
§.192. Chriſti namē geſtandē hat. Ich bekenne dz ſolcher zwang nicht Euāgeliſch ſey, ſage auch weitter das dein Bapſt zu Rōme auch nicht Euangeliſch thu, ſo er vns mit lauter gewalt vnd tyrāney, ya auch mit plitzē vnd donnern, gleich were er des hymels auch mechtig,
§.193. vnter ſych zwinget. Weytter wolt ich auch gerne wiſſen, wer ſye doch ſeindt, die alſo mit liſt mit dir vmbgehen, vñ gewalt an dich legē, bitt wolleſt mir ſagen, ob es deyn ernſt oder ſchertz ſey? Ich verſehe mich freylich es ſey dein ernſt, ſyndt du es alſo offt anzúgeſt, das es Kütheriſche ſeint, die dich zum erſten mit liſt, darnach mit gewalt, auff yhrē ort habē wollē zyhē. Es muſſen lūgēhafftige vñ treuloſe leute ſeyn, die ſolchs an dir ver-
§.194. ſucht, yn wilchē kein tropffen Kutheriſches geiſtes iſt, ſo yhm doch alſo yſt wie du ſageſt, vñ du nicht vil meer, dis vmb vnßer verachtūge willē thuſt, wilt vns, ſo du vns fur peuriſche vnd eynfeltige leute helteſt, ſolch ding aufflegen. Wiewol ich auch bekenne, das etzliche grobe narn ſeint, die darūb, dz ſie auch etwas mūgē geſehen ſein, al vngehort ding

---

[3] quosd. *etc.*] ep. ad Marlian. cit. [11] repetis] cf. e. gr. ep. ad Campeg. (ed. 1706. p. 596. 598.), ep. ad Marlian. (supra p. 10. 12.), ep. ad Laurin. §§. 55. 63. 68. et imprimis §. 69. [22] alleine, dann ich mit dir] Ab Hutteni sententia aberravit versio.

Digitized by Google

tuncque vanitati suæ Lutheri nomen prætexunt: hos tu haud ignoras a Luthero nihil habere, et dicere non audes idoneos esse qui honestissimorum virorum consortio adscribantur; neque facile credo tantum esse odii, ut nos hac iniuria gravatos velis. Quæ potęst esse autem Lutheranorum §.195.
vis quæso, in tanta circum Germanorum principum contra nos conspiratione? Equidem Basileæ nihil audivi quenquam pugnare, ut vel tu vel quisquam alius Lutheri esset. et Wittenbergæ haud dubito quin nulli sint qui tale studeant: cum quia hactenus suum esse te crediderunt, tum vero quia quo propius Lutherum vivitur, eo plus ex illius spiritu hauriunt homines. Quæ Lutheri autem mens est quantum ad defectionis per te con- §.196.
citandæ metum, non redemptum asse velit: prædicando evangelium coniunxit et multitudinem sibi vel Christo potius, et procerum bonam partem: idem sperat deinde facturum se, neque unquam timet nequid tu vel quicunque contra evangelium obtineatis, ac certo scit non defuturos qui dei
p. 18. verbum intra || sese admittant; quare etiam nihil minus curat quam vel arte circumveniendo vel vi cogendo lucrifacere Christo homines; vi verbi confidit. Ubi igitur illi sunt, iterum quæro, deserti Lutherani, qui- §.197.
bus in aliqua puto solitudine constitutis opus est convictoribus? Ipse quidem neque cum ad orientem me verto, neque cum ad occidentem respicio, neque cum ad meridiem dirigo oculos, neque cum inde ad aquilonem intentus sum, quenquam video: mirum ubi lateant igitur qui me §.198.
quoque fallunt: si prope sunt, quomodo factum est, ut Basileæ cum essem

thun vñ ſagen, wollē zuletzt yhre thorheit mit Luthers namē verſchatten vñ verdecken, ſolche leuthe weiſtu wol dz ſie nichts vberal vom Luther habē, des ſie ſych rûmen mōchten, ſeint auch nit wirdig, das ſie mit fromē leutē vormēget werden, darzu verſehe ich mich auch nicht zu dir dz du vns alſo abgünſtig biſt, dz du vns mit ſolcher leute torheit wolleſt beſchwerē. Weitter wolt ich gerne wiſſen, wz diſs vor gewalt mocht ſein, damit §.195.
dich die lutheraner ſoltē zwingē, vnter alſo vil deutſchē fürſtē, die beinaht alle widder vns verbūdē ſeint? Ich hab zu Baſel, ſo ich etzlich wochen da gelegen, niemāt vernomē, der gefochten, das wyder du noch ſonſt irgent eyner Lutheriſch würde, vnd weyß furwar, das zu Wittemberg auch niemand iſt der diß begeret, ſo ſie biß hieher glaubet, das du furhyn bey yhn ſtundeſt, daruber lernen ſie auch yñ dyſem fall, vom Luther wol alſo vil, das ſy wiſſen, wes ſye ſych haltē ſollen, das weyß ich aber gewys, das dis Luthers meynūge §.196.
ſey, als vil dy furcht d' abfallūge, ſo du dich mit deinem abweichen vorſychſt zu machē, das er dich nicht vmb eynen heller wider kauffet. Er hat yhm, vnd vil mehr Chrō, mit des worts prediget, eynen guttē hauffen hern vñ gemeynes volckes verſamlet. Wirt dergleichen auch yn zukumfft thū, weis auch gewis, das wider du noch ſonſt ymāt yn diſer, daß iſt yns worts ſache, etwz widd' yhn wirt konnē auffbryngē, iſt dys auch geweret dz allezeit leuthe ſeyn werden, die das wort werden annemē. Darūb du nicht fürchtē darffeſt, das er geſynnet ymāt mit lyſt od' mit gewalt Chriſto zugewynnē. Ich §.197.
wolt aber zum andern ye gerne wyſſen, ynn wilcher wüſteney doch dyſſe verlaſſene Lutheraner ſeint, den alſo, das man ſie beſtreitte von nēttē iſt. Ich kere mich zum auffgāg, niddergang, mittag, oder mitternacht, ſo kan ich doch dyſer kryger keinē anſehē, mich wundert wo ſie ſeyn müſſen, das ich ſye auch nicht vermerckt. Seint ſye nahēt, ſo §.198.

Digitized by Google

et se mihi circumfunderent agminatim Lutherani homines, obscuros istos non persentiscerent, aut ipsi ultro consilium mihi suum non communicarent, ut una studuissem novum facere te proselytum? sī vero longe absunt, quam tibi a longinquo vim facere possunt, in tali urbe, tali gente?
§.199. nihil verisimile invenio. itaque non placet fabula; commentum videtur multo maxime nugatorium. hoc vero certum habeo ipsi Luthero iniquissimum esse te; quam ob caussam vero haud satis scio, nisi quod prius dixi, famam esse non ferre te florentem iuxta alienam virtutem atque omnibus in-
§.200. videre qui simul celebrantur. Quæ si non fallit, multam habet ille materiam provocandi ad invidiam te: iam enim celeberrimum est hoc toto orbe nomen, quod a cunis etiam pueri vocare assuescunt; et qui extra religio-
§.201. nem hanc sunt, Lutheri fama et ipsos adiit. At disce tandem tua con-
ten||tus esse gloria, nec deroga alienæ. tuam magnitudinem peculiari | p. 49.
virtute metimur, eique nihildum decessit propter Lutherum, in quo spiritum miramur et vix comparabile illud intelligendis divinarum scripturarum
§.202. mysteriis acumen. Certe ab ipso amaris vere et ex animo; neque non solebas vicissim ipse venerari hominis virtutem ac vitam probare. 'Sed nondum' inquis 'malum Eridis proiecerat in mundum ille'. Hoc malum proiicit, mi Erasme, quisquis profert evangelium. sed tu puto dicere volebas 'nondum me invidia subegerat, nondum Romanæ cœperant illecebræ'.
§.203. Proinde bonum virum criminari falso desine, nequando hanc in te ca-

muß es ſeltzam zugangē haben, das ich ſie neſt zu Baſel, ſo doch vill Lutheriſche bey mir geweſt, nicht auch verſtanden habe, oder ſo ſye daruber geradtſchlagt, das ſie dich auch vnters fenlyn brechtē, wie du dich beclageſt, dz ſye mich nicht auch zu radt genōmen habē. So ſie aber weyt vō dir ſeint, wie fürchteſtu dich alſo ſere, yn einer gemaureten
§.199. Stadt, vnter einē ſolchē volcke? Es wil nicht klappē Eraſme, iſt der warheit auch nichts enlich, derhalben mir dyſſe, meer dē lūgēhafftige fabel, nichts vberal gefelt. Das weis ich auch furwar, daſtu Luthern ſerē vnrecht thuſt, was vrſache aber, kan ich nicht wiſſen. Es ſey den das es noch diſe meynūge habe, wie man von dir ſaget, das du nicht frēbde tugend bey dir kanſt leydē, das iſt, das yemant gleich geleret, oder gleich bey dir geeret
§.200. ſey. So deme alſo iſt, ſo wirſtu freylich vil am Luther fyndē, darūb du yhm magſt billich feyndt ſeyn. Wen ſeyn namen wirt ytzunt durch die gantze welt geert vñ außgeſchreyē, den auch die kinder yn der wygen lernen erkennen, ſeyn gerücht endet ſych auch
§.201. nicht bey vns Chriſtē, ſonder hatt ſych durch alle vnglaubige langſt außgebreittet. O Eraſme wiewol ſtunde dir an, dz du lerneſt mit deyner eere zufride ſeyn, zügeſt niemāt seynē preyß abe. Wir wiſſen woll, dz du viler tugēt halbē ein trefflicher ſonderlicher man biſt, dir iſt auch vom Luther ann deyner eere nichts abgebrochē. Yn wilchem wir vns vber die großmechtickeit vnd höhe, des geiſtes vñ der heiligē ſchrifft ſonderlichē verſtant, verwūdern,
§.202. d' dir auch vō hertzē günſtig iſt, des gleychen du yhm auch etwan widderumb erzeygeſt, lobeſt vñ preyſeſt ſein werck vnd leben. Ja er hat aber noch nicht den Rein angetzund. Antwort. Diſen Reyn entbrent ein yetzlicher, der dz Euangeliū prediget Eraſme. Aber du wolleſt villeicht ſagē, er hat mich noch nicht bey den großē hanßen mit haß beladen,
§.203. ſo het ich die Foppen von Rome auch noch nicht geſchmackt. Wolleſt darūb auffhörē meyn

[15] Etiam in ep. ad Warham. d. 23. Aug. a. 1521. d. Erasmus queritur „Lutherus veluti malum Eridis misit in mundum".

Digitized by Google

lumniam, si nemo alius, ille expetat saltem qui æquis omnia oculis despicit. Si desierunt esse caussæ (ut hoc item moveam) cur ames, credo non sunt etiam cur oderis; si sunt, tamen melius quievisses in dissensione, ac alia interim egisses, ut consuevisti, utiliora multo. Laxari debent hac §.201.
ætate tui labores, non intendi. Quid autem proficies istis, quos ad terrorem nostri iactas, dialogis, nisi quod demereberis inimicos amicos, quos magno cum periculo colis, quorumque suasu haud prudentem, me iudice, permutationem fecisti? nam quale hoc est, quod qui te ad scribendum §.205.
contra Lutherum impulerunt, omnes aut pessimi sunt aut potentissimi aut utrumque simul? Porro ipsa in se caussa æqua an iniqua sit, vel hoc ar- p.50.
gumento scire licet, quod virum hunc qui ‖ condemnant, inauditum, indefensum et indicta caussa per vim ac iniuriam condemnant: nemo rationibus, ut refellat, aggreditur; tantum maledictis vexant et contumeliis exagitant. quod tibi quale visum aliquando sit, tua scripta indicant. Ecce §.206.
aliud autem si improbandi caussam hanc rationes essent, nequaquam illis resisteretur Germaniæ principibus qui ad unum omnes in hoc videntur conspirasse, ut nos funditus destruant ac a radice (ut fertur) extinguant. quos sic animatos scio, ut si vel per speciem honestatis liceret, quod diu iam agitant, cum vires sint quibus facile possent, nihil neque citius neque cupidius facerent quam nostro se sanguine inebriarent. nunc magnæ ibi in- §.207.
iquitatis conscii sibi quo minus audeant, intercessionem vulgi indignitate rei se moturi verentur. itaque cum hinc prohibiti aliter videant stilo posse

Erasme, dyſen fromē Erbarn man zuſchmehē, das er nicht etwā ſelbeſt diſe vngerechtigkeit, ſo die andern alle ſchweigen wurden, von dir fordere, der yn allē ſachē gerechtigkeyt fordert vñ haben wil. So dū keyn vrſache haſt, darumb du jhn forder liebeſt, verſehe ich mich du habſt auch nicht fug, das du yhn darūb haſſen wolteſt. So du aber diſes auch gefület, hetteſtu dich yn ſolcher ſachen vñ zweitracht, yn keynen weg ſollen merckē laſſen, vñ ander ding than habē, wie du pflegeſt, das beſſer were geweſt, dan diſer hadder. Wer §.201.
auch nu faſt zeyt dz deyn arbeit geminnert vnd nicht gemeret wurde. Was gedēckeſtu aber, mein lieber Eraſme, mit den Dialogis außzurichten, damit du vns draweſt? nichts anders, den daſtu dir feinde zu freunden wirſt machen, vnd wirſt die ſelbigen mit großer ferligkeit haben, auß wilcher vberreden du nicht ein klugkliche wandelunge haſt than. Wenn §.205.
alle die dich dazu gereytzet, das du widern Luther ſchreibeſt, ſeint entweddet grunt bubē, oder fere gewaltig, oder zu hauff bubē vñ gewaltig. Weitter ſolleſtu auch darauß abnemen, ob die ſach recht oder vnrecht were, das die yenigen alle die Luthern verdammen, mit gewalt vnuerhort vñ vnuberwunden verdammen wollē, niemāt greyfft yhn mit ſchrifft, oder mit vrſachen an, marteln yhn alleine, mit ſcheltwortē, ſchendē vñ leſtern, das dir etwā auch (wie deine bücher anzeigē) nicht gefallen. Vnd glaub mir ſo dis ding mit vrſa- §.206.
chen kunt vberwūdē werdē, wurde one zweiffel nicht alſo hefftig wider etzliche Furſten geſchryben ſeyn wurden, die ſych datzu verknēpfft, das ſy vns mit fleys vnd grūtlich, wo ſie fug hetten, vertylgen vnd außrodē wolten. Wilcher meynūge iſt, wo ſy es nur etwā mit kleynem anſehen kundtē zuwege bringen, ſo ſy gewaltig vnd ſtarck gnug dazu ſeint, wurden ſy ſich balt begirlich, vñ mit allen frewden yn vnſerem blute waſchen. Nu ver- §.207.
hyndert ſy dis alleine, das ſie wiſſen das yhr furnemen falſch iſt, furchtē auch das ſy das volck mit ſolcher vnbillikeyt, wider ſych mochtē erweckē. Derhalbē ſo ſy an dyſem ort

agi, te sibi, quo magis neminem alioqui perditum vellent, precarium scri-
§.208. ptorem comparant qui pro se pugnes. Et pugnabis, ut cœpisti: ita constitutum tibi est, cum quia speciosa apud adversarios omnia sunt, nobiscum contra horrida et fugibilia; tum quia invalescentibus proxime illis desperare nostram statim fortunam cœpisti, ac metu imprimis periculi, nequid superatis
§.209. nobis duri patiaris, alienandum te dedisti. quo intercesserunt illæ summorum hominum invitationes, illa præmia, illæ promissiones, illa gloria, illæ triumphorum spes. Sic ademptus nobis es, sic illis deditus: Christus bene vertat! nobis tamen præter || opinionem accidunt haec, sed quia accidunt, | p.51.
§.210. æquissimis feremus animis. Hactenus dubium servasti animum, caute admodum ut alter Metius in occasionem intentus: quamobrem in tantum auctis adversariis, ut victoriam penes nos desperes, quem pro victore habes, ei te adiungis, nulla bona conscientia, sed vel mutuato a fortuna consilio, vel illis victus conditionibus vel metu, ut dixi, ne oppressis nobis nihil in te mitius (quod futurum ne ego quidem dubitavi) quam in quenquam no-
§.211. strum ab adversariis consulatur. Itaque conscius tibi, quid ad te ex hac re pertineat, modis omnibus conandum statuisti, ut vel turpissime adulando futuri victoris (quemadmodum tua fert desperata imbecillitas) animos præoccupes. id quod iam effectum tibi existimas, neque aliquid dubitas,
§.212. quin firmatis in te animis habeas adversarios. Sed vide quid certum ibi

verhyndert, vñ ſehen das man mit ſchreibē dy ſach kündt hādlē, habē ſy dich erlezē den ſie
§.208. langſt gerne zu vngluck bracht hetten, vnd dich gemitt das du vor ſy ſtreyteſt, wirſt daſſelbige auch thun, wy du angefangen, ſo du ſyheſt dz es bey dē ſelbigē vnſern wid'ſachern als tapferer, köſtlicher vnd ſcheinbarlicher zugehet dan bey vns. Czum andern, dz du geſehen, das yhr teyl ſterker iſt dan vnſers, haſtu an vnſerm gluck vertzweiffelt, vñ gefurcht ſo wir vberwunden, das du nicht etwā zu vngluck darüber mochteſt komen, dich
§.209. alſo vnſer entſchlagen. Da zu haben auch gehulffen, vnd gereitzet der groſſen hauffen bitt vnd beger, das groß erpietē, die geſchenck vnd verheyſchūge, die ere, die triumpff, die du dich da durch haſt verhofft zuerlangen, alſo biſtu von vns komēn, vnd den yenigē zugeſchantzt. Wolan, gluck tzu, wiewol ich mich des nicht verſehen, wā ſychs aber alſo be-
§.210. gibt, muß ich mich darumb nicht kranck legen. Du haſt byßhyther auff beyden achſlen getragen, furſychtiglich gehādlet, vnd gleich als ein ander Metius auff gute gelegenheyt, ab oder zu zufallē gewartet. Nu ſyheſtu das die widerſacher alſo gewaltig gemeret ſein das du dich vnſers teyles erwegen, wendeſt dich derhalben on alle gewiſſen, alleine dem gluck nach, vnd dys angeſehē, wan wir vnten legen, das mā villeicht nichts freuntlicher mit dir,
§.211. dan mit vnſer eynen würde vmbgehen, zu dē yenigen die am ſtarkeſtē ſeint, vñ da du dich vberwindūge zuuerſychſt, ſychſt alleyne dar auf yn dyſez fal, wie dirs mocht gehen, vnd ſo du dich ferlikeyt beſorget, haſtu dir furgenomen, got gebe, es gehe wie es wölle, ſo wiltu dich doch mitt heuchlen vnd ſchmeycheln wol außwinden. Vorſychſt dich auch, du habeſt das ſelbige nu faſt zuwege bracht, tzweifelſt auch nicht dar an, du habeſt dir dy
§.212. vörygen widerſacher zw freūde gemacht. Sihe dich aber eben fur, ob auch etwas beſtendi-

---

[11] Mettus Fufetius fœderis Romani Albanique ruptor. cf. Liv. I. 23. sqq. Verg. Aen. VIII. 642. sqq. [21] erlezē] erleſen

Digitized by Google

sit, ac valde tecum consydera num fieri tandem possit, ut hanc tu perfidiam alia luas perfidia. Equidem certum habeo, quod (utcunque tu vel speres vel confidas) pro dedito et captivo accipiunt isti magis quam ut reconciliatum vel amicum: primum timuerunt tuum stilum, experti, haud §.213.
temere; deinde sic putaverunt, nihil posse nos te amoto; hoc falso, sed quod nos lætari decet persuasum illis esse: nam si hoc consilio (ut ego quidem arbitror) tam cupide ad se traxerunt, cadet in irritum sua illis spes, brevique videbunt quam sint opinione falsi, et quod per te minime
p. 52. | steterit quo minus nos antehac (ut illi ia||ctant) aboliti et extincti simus.
Interim gratulentur sibi obtentum te, a nobisque abductum: nos nihilo §.214.
segnius nostra curabimus; atque adeo bene agitur. quo nos adminiculo inniti credebant, succiderunt: iam videbunt ut hæc fulta caussa sit: te ferebant esse qui unus posses quod multi vane iactaremus; igitur modo in diversum abstracto videbunt an indefensa sit veritas. Tu præsidium, opi- §.215.
nione illorum, tu arx nobis eras: occupaverunt; habent: tempus est, ut mundus cognoscat quam facile defensu æquum sit. Itaque nihil nos movet neque quod potiti optato illi sunt, neque quod tu in desyderatum tibi portum delatus es. Ii demum securi sunt animi qui certum aliquid propositum habent: te §.216.
ad subita rerum flexibilem, neque unquam certum ubi pedem figas, ubi perstes, ubi consistas, cum eo properas quo te non fides ducit, sed cu-

ges da sey, das nicht dyse deine vntrew, die du vns beweyseſt, mit anderer vntrew yn dir gestraffet werde. Wen ich weys das gewyß (du mageſt dich zu yhn versehen was du wilt) das sie dich nicht fur eynen freunt, oder widerumb versüneten auffnemen, sonder vor eynen gefangenen, vnnd der yhr eygen seynn sal. Sie haben zum erstē dein schreiben wider sych §.213.
gefurcht, vñ daſſelbige auch freilich nicht on vrsache gefület. Darnach habē sie auch dyse meynūge gehabt das sy glaubet, wir kündten on dich nichts außrichtē, darym sie betrogen, vñ wir vns billich frewē, dz sie solches vberredet, wen so sy dich mit dyseꝛ radt (wy ich mich gätzlich versych) also hitzig zu yhn gezogen, wirt yhre hoffnunge vmbsonst vnd vergebens sein, werdē auch kurtzlich vermerckē, wie sy betrogē, vñ wy es nicht bey dir gestādē, dz wir bißhyher (wy etzliche rümē) vnuerbrēt sein bliebē, darnach werdē sie sych §.214.
erst frewen, dz sye dich yn die klapsse habē erkryget, vñ vō vns abgezogen. Wir sein aber nichts deste mynd' auf vnserm teil geſynnet vortzufarē, vñ wirt dy sach erst recht angehen, so sie werden sehen, das sie mit des hulffe werden vntē ligen durch wylches sye allezeit glaubet, das wir die vberwindūge behaltē. Da werdē sie dā erst erkēnē, wie oder
von weme dyß sache gestewret sey. Man hatt stetz von dir gesagt, wie du dyß alleine außrichtes, dauon wir vns andern alle rümeten, sie habē dich nu bey yhn, last sie sehen ob darumb die warheit vnbeschützet wirt bleybē. Sye habē alle zeit glaubet, wie du vn- §.215.
ßer hulff vñ Schlos seyst, sie habē dz selbige schloß vñ befestigūg nu bey yhn, in Gottis namē. Es ist zeit das die welt erkenne, wie leichtlich die warheyt zuuertedigē ist, sycht
vns nichts an, das sye yhrem furnemē an dir seint nachkommen, vñ du auch dahyn da du dich lest beduncken, das du nun außgeschwummē vnd am vsser bist. Dyß ist ein ge- §.216.
wisse regel, das die yenigen yhre gewissen am bestē konnē zu fride gestellē, die yn etwas gewisses vñ rechtes vorgesatzt, wilches du nymermeer wirst zuwege bryngē, der du dich alzo leichtlich biegē lesseſt, wist nichts gewysses wo du dich hyn kereſt oder wendeſt, wo du

Digitized by Google

piditas elicit, non officium vocat, sed addicta conditione gratia abstrahit, sollicitum esse oportet, ne cuius paulopost ineundæ iterum mutationis necessitas proponatur; quam tamen sequi cum velis, tum id integrum non sit; tandemque eo redeat tibi res, ut qui occasionem expectasti, primum adipiscendæ ex his tumultibus securitatis, deinde ingentis alicuius in te unum vertendæ gloriæ, is tandem desperata utriusque partis gratia ac in
§.217. medio destitutus dignam tua fide utrinque in te mercedem accipias. Ubi ego (nisi te amare hauddum penitus desiissem) semel illos et recte laudaverim, si (quod facturos alio qui coniectura est) quisquis huius negocii | p.53.
eventus fuerit, dignis te modis accipiant, partium proditorem et quem
§.218. nihilo sibi fidiorem quam nobis fueris, præsumere audeant. Scio quam sis magnus tu tractandis secundo affatu hominum animis; sed quo sæpius bono fuit assentatio tibi, eo sollicitius cogitare nunc debes nequando infortunium ea tibi conciliet. putas enim futurum, ut ament te isti, vel potius ut odisse unquam desinant, a quo primam acceperunt cladis suæ plagam? Non fiet; non, per Christum; tanto minus quanto nos acrius in-
§.219. stiterimus cœpta prosequi. Nam, quod pessime habebit illos, quamdiu nos pugnabimus, pugnabunt tuæ simul nobiscum literæ; neque tu minus a nostra nunc parte stas post quam ad illos descivisti, quam cum multa hic
§.220. diligentia fidelique opera negocium hoc agebas. vel invito tẽ auxilia absunte sunt in his castris, libri tui, meliores illis quos scribes postea, si tamen

bleybeſt, oder wohyn du alſo eyleſt, dahyn dich kein glaube zwinget, ſonder allein fleiſchlich neigunge reytzet, kein dienſtbarligkeit fo:dert, ſonder allein die eere, die dir darüb verheiſchen vero:ſacht, darumb du ewig bekümmert muſt ſein, das dir nicht etwã ſolcher wãdlungẽ nöt, meer vnterhandẽ gehe, wilche doch, ſo du dẽ villeicht gerne annemẽ wolteſt, wirdeſtu den keynen fug darzu habẽ, vnd dir die ſach endlich dahyn kommen, dz, ſo du zum erſtẽ auß dyſem gemüt, auff vrſache deiner ſycherheit gewartet, zum andern, das du endlich groſſe eere daruber wolteſt erlauffen, dz dir nicht das ſelbige auff beyden ſeyttẽ vmbſchlage, vñ ſo du zwiſchen zweyen ſtülen nidder geſeſſen, deiner trew auff beyden ſeyten wirdig lon daruber entpfangeſt. An wilchez ort (ſo ich dich nicht noch eyn wenig lieb hette) wolt ich die yenigẽ recht loben, ſo ſye dir widderüb (das man ſych doch on das zu yhn verſycht) nach deinem verdienſt, nemlich als eynẽ vorreter, ſo ſie ſich doch nicht meer glaubẽs zu dir verſehẽ durffen, dan du vns furhin bewenſet, abloneten. Ich weys woll wie du herlych mit den leuten kanſt vmbgehẽ, wan es recht vñ glückſelig zugehet, vñ nicht meer den heuchlẽ antrifſt, ſych dich aber nu gleich woll deſte meer fur, darüb das dir dein heucheln, alle zeit zugutte iſt gedygẽ, dz ſych nicht das glücke wende, vñ dich auff eynmall betzale. Meyneſtu auch das dich dyße leuthe ymermeer recht liebẽ konnen, oder nur auffhören zuhaſſen, von wilchem ſye am aller erſten angefochtẽ, vñ den erſtẽ fal genömen? Es wirt nicht geſcheen, es wirt bey Got nicht geſchẽ Craſme, vnd alſo vil deſte minder, das ſye ſehen werden, dz wir vnßer teyl ye meer vñ meer werdẽ ſoddern vñ treibẽ, darynne ſye dys am vbelſtẽ wirt verdrieſſen das deyne eygene geſchriffte allezeyt mit vns, widder euch werden fechten. Wenn du ſteheſt gleich wol bey vns, ob du dich gleich zu yhn gewendet haſt, vñ villeicht mit groſſern mhue vñ fleyß, dan du zu der ſelbigẽ zeit gethan, da du das ſelbige geſchrieben, Alſo kommet es das deyne bücher auch widder deynẽ eygenen willen, yn vnßern gezelten bey vns ſtehen, die freylich beſſer ſeint, dan die ye-

scribis ullos, nec te turpiter mutatæ vitæ tedium ad mortem ante compellet. Quamobrem quid acturus istic sis, magnæ et sollicitæ dubitationis est; hic quæ egisti præclara sunt. Et quod posses magnum alibi momentum fa- §.221.
cere? quas edere virtutes? quod clarum ad memoriam facinus? quam pa-
rere gloriam? quod decus? Hic veritatem tuebaris, istic fraudem asseres;
hic pro libertate depugnabas, istic ut servias adulando obtinendum est;
p.54. | hic habebas coniunctum tibi optimum quemque || et vita ac eruditione
probatissimum, istic socia barbarie toties abs te debellata et stipatu cinctus
hominum in nullam non turpitudinem et dedecus, maleficium et scelus
proclivium, quique tibi etiam (certum est) animo affecti non sunt, omne
humanum atque divinum fas oppugnabis. Quam tamen ut fortissime ibi §.222.
naves operam atque hoc præstes quo nihil magis vellent, ut victos nos
triumphandos ipsis propines, quæ tandem laus erit victoriæ, quæ ut ipse
tu vel temere ominaris vel ut Cayphas olim contra voluntatem vaticinatus
es, magnam evangelicæ veritatis ac libertatis ruinam secum trahet? Tu §.223.
et nosti et fateris, oppressis nobis vim passurum evangelium, et tamen ut
opprimamur studere audes? Quid posset fieri scelestius, quid magis im-
pium? hic tua tandem te prodente dilucet æquitas; hic intima palam fiunt.
quid opus itaque est in speciem honestatis multa abs te iactari? hac una
confessione aperuisti totum te, ut facile omnibus cognosci detur et quid
deserueris et quid secutus sis. Ubi etsi dignus eras atque ita negocii fe- §.224.
rebat ratio, ut pessime ab omnibus multareris, sæpe tamen et cum maxime

nigē, die du yn zukunfft ſchreibē wirſt, ſo du doch etwz meer ſchreybē wirdeſt, vñ dich nicht eher verleyde, vnd dyſer ſchentlichē wādlunge ſchame henckenn. Was du fur gethann haſt iſt groſes lobes vñ preyſes wirdig, was du aber nun auff dem newen wege wirſt furgebē, kan ich nicht begreiffen. Wie kūnteſtu aber auff dyſem ort etwz tapffers außrichten? §.221. Wie kūteſtu etwas redlichs gehādeln? wie kūnteſtu etwan eere oder lob erlauffen? fur haſtu die freyheit verfochten, nu muſtu achtnemē das du wol heucheln lerneſt, fur hetteſtu alle gelerte Erbare menner auff deiner ſeyttē, nu muſtu mit barbarey, die du alſo offt widderfochten, vñ mit eynē groſſen hauffen vnnutzer leute, die zu aller ſchalckeit geneiget widder Got, vñ alle erbarkeit ſtreitten. Wilches ſo du gleich mit allem fleys gethan, vnnd §.222. auch zuwege bzingeſt, das du vns vberwindeſt, vnd yhn den triūpff ſchēckeſt, wz haſtu den außgericht, ſo du ſelber ſageſt vnd gleich als Caiphas etwā widd' dich ſelbeſt prophetierſt, dz ein ſolch vberwindtnis, on des Euangelioms groſſen nachteil nicht geſchehen kan? Zeit- §.223. temal du dys ſyheſt vñ bekēneſt, was zeyeſtu vns dan? was kunt ſchalckhafftigers vñ gotloſers, von dir vorgenommen werdē? An dyſez ort vorretſtu dein ſchalckeit ſelbeſt, vnnd macheſt dich gātz offenbar, iſt derhalbē on not, das du deine tucke, mit etlicher geſtalt wilt bedeckē, mit dyſem eynigen zeugnis haſtu dich gantz vnd gar geoffnet, das nu von allē leichtlich kan verſtanden werdē, was du haſt verlaſſen, od' was dir ytzunt wol gefelet, wereſt auch woll billicher ſtraff wirdig. Wē ich aber am aller zornigſtē auff dich byn, §.224. ſo felt mir widderumb eyn, dein forige wolthat, alſo das ich zweiffel ob ich dich meer vmb

---

14 Cayph.] cf. Evang. sec. Ioann. XI. 49. sqq.

Digitized by Google

irascor tibi, redeunt in memoriam pristina, ut satis constitutum non habeam, utrum quæ nunc facis, maiori odio accipienda, an quæ olim edidisti magna et immortalia virtutis opera, stabiliori retinenda sint gratia, nisi quod hæc ipse retrectas, et quod maximum tuum est et pulcherrimum in rempublicam Christianam meritum, videri non || vis contra Romani | p.55.
§.225. episcopi et illius scelestæ curiæ tyrannidem sensisse unquam. Atque hoc te tandem multorum gratia exuit; hinc surgunt acerbissima in te odia. Quem ego, si in tempore monitor contigissem, magna cura summoque studio adhortari voluissem, ut ne tam nulla de caussa tantum pulcherrimarum virtutum deformares et fœdares, utque id quod est videres, ne maiorem alibi gratiam corrumperes quam istic initurum certum haberes.
§.226. Sed iam omnis sera admonitio est, mea supervacua misericordia: abreptus es et ipse te abduxisti, magno meo et pio cum dolore, illorum contra iactatione et applausu. quam tuam vicem ex animo doleo: video enim hoc transfugio infortunium paratum tibi; video proditum ab ipso te ac prope perditum: nam haud perinde, si resipiscere velis, abitum explicare istinc tibi licebit, ac ad nos tutus semper receptus erit; observabunt te locis omnibus omnique tempore et cura in officio tenebunt volentem nolentem.
§.227. Quanquam si recipere te velles, esset forte consilii via qua nobis redderis: sed neque vis si liceat, neque si velis, per pudorem tibi licet: ita iam obnoxie in illorum concessisti potestatem; ita arcte devinciendum te præbuisti, dato etiam pignore illa ter infelici epistola, qua veluti classicum

dein ytzig verſchulden meidē, oder dir vmb forigen verdienſt weitter zu gut halten ſal. Daryn mich nichts meer bewegt, dan dyſe tropferey, das du nicht dauor angeſehen wilt
§.225. ſein, als wereſtu ye dem Biſchoff zu Rome entkegē geweſt. Wilches dir auch am allermeiſtē abgunſt macht, vnd auch daſelbeſt her d' groſte haß auff dich gewoꝛffen wirt. Hetteſtu mich aber zu rad genōmen, wolt ich dir freilich nicht gerattē haben, das du vmb einer ſolchē kleinen vrſachen, deyn forig gericht alſo ſolteſt verdücheln oder zuſchanden machē, vnd dich deꝛ erynneret habē, dz du dir mit dyſem furnemē, auff vnßerm teyl,
§.226. meer abgunſt, dā auff yhꝛem freuntſchafft wirſt machē. Es iſt aber nu zulāge geharret, vñ mein mitleiden geſchicht vmb ſunſt. Du biſt vns enzogen, vnd haſt das ſelbige gerne gehabt, mit meynē groſſen ſchmertzē vñ mitleyden, vnd widderūb mit der yenigen, die dich vns enzogen, groſſen triūpff vñ freuden, das mir von hertzē leydt fur dich iſt, wen ich weys das furwar, das dirs nicht wol daruber wirt ergehen, ſo du dich ſelbeſt voꝛraten, vñ willig zu vngluck bꝛingeſt, vnnd wen du dich gleych etwan recht bedechteſt, wirt dir doch nicht frey ſeyn widderumb zukerenn, ſye werden an allenn oꝛthen allezeyt auff dich
§.227. mercken, vnnd dich mit gewalt, du wilt oder wilt nicht, auff yhꝛem oꝛt behalten. Wiewoll wenn du dich noch ynn der zeit wendeſt, mocht etwan radt gefunden werden, dadurch du widderumb zu vns mēchteſt kommē. Ich halt es aber dauor, wenn dirs gleich kundt begegnen, das du es doch nicht theteſt, vnnd wann du es gleych thun wolteſt, wurde dirs doch voꝛ ſchanden nicht anſtehē, alſo haſtu dich yhn gar heym geben, verknupfft vnd verbunden, auch mit deꝛ verfluchten ſendbꝛieue daruber zeuget, damit du gleich beyden teyln

[22] ep.] ad Marc. Laurinum. [24] tropferey] stillatio, *non a* tropf = apoplexia.

Digitized by Google

cecineris, sic in pugnam utrinque animos expedivisti. Verum hoc modo §.228.
facta tibi apud illos fide (ut tu quidem factam putas) etiam ad nos dexter
p.56. | videri vis, sumptaque piaculari illa pelvi ac lustrali aqua ablu|tis manibus cum iniquo iudice proclamas 'Ego quidem ab oppressione Lutherano-
5 norum innocens sum', iubesque ad te confluamus, consilium, quod unus tu non sine magno rerum humanarum commodo dare scias, accepturi; et a summis principibus, quibus nihil fas est te negare, deprecaris ne cum Lutheranis conflictandi negocium tibi delegent: vis enim æquitatem tuam §.229.
probatam esse omnibus, et per omnem vitam pro viribus cavisti, nequid
10 ex te molestiæ rediret ad amicos. O iactationem ab tuo alienissimam animo! quis repertus unquam est qui tam varie tamque mobiliter et lubrice omnia diceret ac faceret? est verecundia tibi hoc ætatis aliud verbis promittere, aliud rebus exhibere? eadem opera cum comico Gnatone dic

„postremo imperavi egomet mihi omnia assentari".

15 Quis posset vero tam esse eloquentia instructus, ut ad tua responden's te- §.230.
norem servaret et ordine ingrederetur, cum sis tam varius ac multiplex? Mihi quidem sic occurris, ut plane ignorem

„quo teneam vultus mutantem Protea nodo".

Sed frustra posthac immutabis te nobis; nunquam deinceps falles. Hic §.231.
20 autem quis tam excors est, ut non intelligat cui tu fraudi quam simplici-

zum ſtreit auffbleſeſt, vnnd wilt doch das ſelbige auch alſo gethan haben (als du dich leſt bedunckenn.) das du nichts deſte minder dauor angeſehē wilt ſeyn, daſtu bey vns auch §.229.
halteſt, forderſt waſſer vnd becken mit Pilato, vnnd ſchreyeſt. Ich byn vnſchuldig vons Luthers verfolgunge, gebeuteſt auch weitter, das wir alle zu dir ſollen komē, vnd radt
25 nemen. Du haſt einē radt fundē, da durch dyſen ſachen alle leichtlich kan gehulffen werden, begereſt auch von den höchſten fürſten, den du nichts darfſt verſagen, das ſie dich ye widern Luther nicht wolten brauchen, wilt ye fur allen leuten gerecht geſehen ſein, vnd dauor gehalten, das du nye keyn waſſer betrübet haſt, keynen freüt ye beleydiget. O des §.229.
falſchen getichten rümens Eraſme, wa hat man ye mer eynen erfaren, der alſo vnbeſtēdig
30 wāckelmütig alle ding geredet vñ getan hett? Du mageſt wol mit den Soppen eſſer, den Therētius einfüret, ſagē. Czum letzten hab ich mir ſelbeſt gebotten, vnd mich mir alſo vnderthenig gemacht, das ich allē leuten yn allen dingen kan heuchlen. Wer kundt alſo §.230.
wol beredet ſeinn, ſo er dir auff dein wancken ſolt antwurten, das er eynformigkeyt vnnd beſtandt ynn ſeyner rede hielde, odder rechter ordenunge nachfolget, ſo du alſo vnbeſten-
35 dig vnnd vilfaltig byſt? Du kumpſt mir alſo wunderlich fur, das ich nicht weyß mit was knothen ich den Protea ſall beſtricken, der ſych all augenblyck ynn annder geſtalt verwandlet? Ich verſehe mich aber, wir habenn dir deyne lyſt beynahet abgelernet, du wirſt §.231.
vnnß nycht mher alßo betriegen. Es muſt ye einer gar tulpiſch ſein, der diſe buberey nicht mercket, bedeck ſye auch wie du wilt. Du wilt nicht dauor gehalten ſein, als wereſtu

---

4 iudice] Pilato. cf. Evang. sec. Matth. XXVII. 24. *etc.* 14 Postremo] Gnatho Thrasonis parasitus ap. Terent. Eunuch. II. 2, 21. sq. cf. Cic. de amicit. 25. §. 93. 18 quo ten.] Horat. epist. I. 1, 90.

Digitized by Google

tatis speciem imponas? Non vis oppressos nos: at iam hunc cœpisti conatum ante infestamque iecisti aleam magnis editis minis magnoque proflato
§.232. terrore. offers consilium: hoc vero quis accipiat ab eo qui iam adversario promisit, quique plane hostis est? nos te consulemus || quod | p.57. bene nobis vertat, cum eodem tempore quo consilium promittis, quasi in magna hominum tui expectatione proclames, non defuturum te sedi apostolicæ? aut si pacem inter utrosque componere vis, quid pugnam alteris
§.233. hostiliter adeo et turbulente infers? Quam facile vero poteras supersedere a tota re ac in utramque aurem conquiescere, excusata vel ætate vel illa circa res publico utilissimas occupatione tua. Porro si cordi est tibi, quod dicis, æquitatem præstare, non respondent quæ adversum nos aggrederis:
§.234. sunt enim longe iniquissima quædam. et si fuit semper pacis studium tibi, qui fieri potuit, ut cum lædere neminem volueris, nos potissimum iniuriæ videremur opportuni tuæ? quis te in nobis mutare primum mores et vitæ institutum coegit? vel quid caussæ est, cur tu alibi moderationem tenere solitus tam inclementem in nos impetum des? nos eiusmodi sumus,
§.235. ut primi et soli ingenitam Erasmo lenitatem efferemus? Verum aliter habere hæc audivi ex amicis quosdam tuis dicere, qui male aliquando abs te habiti deum atque hominum obtestata fide querebantur non solum levem te, sed fallacem quoque et insidiosum. quos tamen nemo audiebat tunc:

vns entkegē, vñ haſt dich doch widder vns zuthū, ſchō vnterſtāden, eere vñ gut gewagt, vns auch mit groſſen geſchrifftē vnd forcht bedrawet, vñ gybeſt dich gleichwoll auß, du wilt vns radt geben, der teuffel geſteh dys raths, ich nicht, du vnterſteheſt dich vns radt zupflegen, vñ wir wiſſen, dz du vnßern widderſachern alſo hartt geſchworn biſt, ya auch
§.232. vnßer feind ſelbeſt. Wir ſolten freilich einen gutten rath von dir entpfangē, ſo du vnter des, weyl du vns rath verheiſcheſt, nichts deſte minder offentlich außſchreieſt, du wilt deinn meinunge behalten, vnnd von dem heiligen ſtule zu Rome nymmermeer abweichen. So du aber dys geſynnet, das du auff beyden teyln wilt fride machē, warumb ſchlechſtu
§.233. dich dan einem zu, vnd ſtreubeſt dich alſo wunderlich kegē das ander? Es were freilich das beſte geweſt, das du dich dyſer ſachē nichts vberal hetteſt angenommen, vnnd da dein altter, oder deine andere geſcheffte zur entſchuldunge angezeiget. So dyß dein meynunge iſt, das du der gerechtigkeit alle zeit wilt beyſtendig ſein, wie du dich rümeſt, wirt ſych gar nichts dazu reimen, das du dich widder vns zuthun vnterſtandēn, yn wilchem du gar
§.234. vberal vnrecht haſt, vnd ſo du allezeit ein frideſtiffter geweſt, was haſtu ann vns erſehen, das dich eben mit vns geluſt zukempffen? was zwinget dich dazu, dz du mich erſt anders wilt machen? vnd ſo du yn allen dingen allezeit fur eyn glimpfflichen meſſigen man gehaltenn, wie kompt es, das du widder mich alſo hefftig ſtürmeſt? Ich bynn der erſte vnnd furnemeſte geweſt, der allezeyt dein angeborne guttikeit gepreyſet vnd gelobet hatt,
§.235. vnd ſo byſweilen dein eygene freunde, den du etwann deine tucke beweyſet, vber dich geklaget, vnd bey hymmel vnd erde geſchworn, wie du nicht alleinn nicht ſenfftmüttig, ſonder auch hinderliſtig, vnd falſch wereſt, habe ich nicht konnen glauben, wen wir hyngen alle zu der ſelbigen zeit wol alſo feſt an dir, das wir vns nicht leichtlich etwz von dir lieſſen vberredē, vnd wan es gleich geſchehen, vnd du nur zur entſchuldunge geſagt, ey

---

[9] ἐπ' ἀμφότερα καθεύδει τὰ ὦτα. Apostol. VIII. 86. [13] ledere *1. 2.*

Digitized by Google

tuæ enim erant omnium aures atque pectora. et satis habebas, quæ illi accusabant, fatis imputare ac in illam reiicere Homericam Aten pulcre et, ut nunc videmus, plane Erasmice. Verum interim, talis cum sis, belle §.236.
p.58. | convenire tibi cum Germanis ad morum rationem dicis. || Imo non Germanorum sunt hæc, sed levitatis et inconstantiæ plurimum peregrinæ, hominum qui quovis momento verti ac reverti possunt; quorum nihil stabile, omnia ad incerta fortunæ mobilia et lubrica. Proinde in Italiam et ad illos in fidem abs te acceptos Romæ cardinales facesse hinc talia, ubi suis cuique moribus suoque ingenio vivere licet; aut ad illos remigra Gallogermanos tuos, si forte patrium sit hoc illis commune tecum vitium. Quin- §.237.
etiam nisi quædam nostris intolerabilia temperas, postulandum abs te communi Germanorum omnium consilio, etiam orandum censeo, ut migres alio, neu iuventutem insuetis huic nationi vitiis levitate et inconstantia tui exemplo diutius imbuas, præsertim vanitatem hanc authoritas cum proferat, et dignum arbitrentur homines, quem imitentur, sitque adulescentum prope nemo qui se non, cum in studiis per te profecerit, in mores quoque tuos, quorum imago libri sunt, formandum censeat. tantumque §.238.
author ero omnibus fugiendi tuos mores, quantum semper fui consectandi studia; neque non ubicunque licebit, detegam tuos fucos, et ubique ob-

muß es denn ye alſo ſein, muß ich ye von böſen leuthen angefochten werden, lyeſſen wir vns leichtlich darann genügen, dechtenn es muß alles alſo war ſeyn das du ſageſt. Diß wir nu ſelbſt verſtanden, was du ym ſchild füreſt, vnd wie du mit vns vmbgägē haſt. Vñ ſo du ein ſolcher biſt, wiltu doch gleichwol fur gut deutſch gehaltē ſeyn, rúmeſt dich §.236.
auch wie deine weyße mit deutſcher nation ſere vberein kome. Du ſalt wiſſen Eraſme, dz dys gar nichts vberal deutſche ſtucke ſeint, ſonder etwan frembder vnd wilder nation leichtfertigkeit vnd vnbeſtendigkeit, vnd dere volcker art, die alle augenblick gewandt, vnd widderüb gewendt werden, bey wilchen nichts beſtendiges, ſonder alles nach des gluckes vnbeſtandt, gehandlet vnd gethan wirt. Darumb heb dich auß Eraſme, zu den weibiſchen walen, vnd zu deinen Cardinaln, gen Rome, bey wilchē alle betriegerey frey iſt, vnd ein jtzlicher nach ſeinem mütwillen lebet, oder zeuch zu deinē Frantzoſen deutſchen, wirſtu villeicht bey den ſelbigen deiner art vnnd gattunge fynden. Vnd wo du nicht etzliche deiner §.237.
tuck, die gantz untrēglich ſeint, mit vnßerer weyße vnd gewonheit meſſigeſt, wirt von nötten ſeyn, das wir alle, yn gemeinen rath an dich bzyngen, das du dich etwan anders wohyn wolleſt wenden, vnnd vnßer yúgent nicht ſolche leichtfertigkeit, die vnßer nation gätz unbekāt mit deinen exempel furſchzeibē vnd einbzauwen, ſonderlich ſeitemal du alſo gehaltē bey vns biſt, vnd ein yetzlicher dein werck fur gut anſycht, vñ wolt dir auch vberal gerne nachfolgen. Es iſt auch keyn yung geſel, wilcher, ſo er yn kunſtē von dir erhaben, der auch nicht dein weyße vnd ſytten begeret nachzuuolgen. Das ich allen, alle- §.238.
zeit alſo vil widderratten wil, als ich ſye furmals deinen ſtudijs nachzuuolgē, habe erynneret. Will dir auch wo ich nur kann deine farbe abſtreichen, vnnd verhindern, das man dir diſſer einfaltigkeit, die du deiner triegerey, gleich als einen ſchandtdeckel furgezogē, vnd

---

[2] Aten] *Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται Οὐλομένη* (veneranda Iovis filia Noxa [Ate] quæ omnes lædit [punit] perniciem afferens). Homer. Il. XIX. 91. sqq. [9.10] Gallogermanos] Belgii incolas.

Digitized by Google

staho quo minus callidissime captata per te in hac iam re simplicitatis
§.239. opinio ad reliqua obtegenda posthac dedecora tibi valeat. quod si me audient homines, frustra obiiciendis pro tempore præstigiis confides; nec tu quenquam deinde figuratis istis tuis ambagibus delinitum dabis: hanc coegisti me navare operam adversum te, pro quo | mallem aliam, si tu | p. 59. alius esse velles: cum vero decreveris contra virtutem et pietatem confirmare malos, eiiciam invitus licet multa ex animo quæ solebant esse mihi præcipua initæ tecum amicitiæ vincula: nam quid tua ego benefacta memoria teneam, quæ vis ipse perpetua oblivione ex hominum animis adempta et abolita, et quæ pulcherrima egisti atque utilissima non tantum improbas et retrectas, sed contraria quoque profers? iterum dico, miseret me
§.240. tui. sed tu te dignum misericordia videri non vis: ita occæcatum reddiderunt qui te perverterunt; quibus quam facile poteras resistere, si vir esse voluisses! certe si nihil aliud, saltem meminisse debebas perpetua te nobis verecundia obstrictum: quorum ut quisque sæpius ad hæc conandum per te instinctus est et excitatus, ita pudendum magis rubórem expres-
§.241. serit, si in faciem occurret unquam. Hunc tu pudorem quomodo feres? aut ad me qua fronte eris, siquando incidero, nisi haud est hoc primum, sed ante etiam sic deprehensus es et consuetudine occalluisti iam? Equidem difficilem rem iudico ac valde miror an sit quem agere talia non pu-
§.242. deat. quo minus metui in te casurum istiusmodi motum. Quæ solebas serere et plantare ipse, quæ instinguere et suggerere, in ea nunc veluti

yns volg gebrawet, nicht meer gestehe, sond' dir nu widderüb zum offenbarnis deiner
§.239. schande gedeyge, vnd so mir die leuthe yn dysem falle werden gehorchē, darffestu dich, auff deine zuberey forder nichts myer verlassen. Es wirt ym auch keiner mit deinen verblumbten worten, forder das maul lassen schmyren. Dys zwingestu mich widder dich zuthun Erasme, fur wilches ich vill lieber etwas anders wolt handeln, wan du dich auch anders haltē wolteſt. So du aber ye also wylt fortfarn, vnd die buben widder alle tůgent, Gott, eere vnd recht reytzen, vnd befestigen, so far hyn, was solt ich mich eben dein forige wolthat also fere anfechten lassen, so du selbest begereſt, das alles was du fur gethan hast, ewig verdrugt, vnnd auß aller menschen hertzen außgelescht mocht werdē. Vnd wz du vorhyn auffs aller beste vnd erlichste' gethan, dz selbige widderspzichstu nicht alleine ytzunt,
§.240. sonder sagest auch gantz darkegen, vnd helfest dir selber widderpart. Ich sag zum andern, dz mich deiner recht erbarmet, wiewol ich weyß, das du nicht dauor angesehen wolt sein, als were sich billich vber dich zuerbarmen, also haben dich die yenigen auch verblent, die dich gewandt haben, wilchen du doch frey hetteſt kunt widderstehen, so du ein man wereſt geweſt, vnnd so dich sunst nichts dazu verursacht, hett dich doch dys sollen bewegen, das du dich nu ewig fur vns schamen must, vnd wilche du fur am meisten zur sache gereitzet hast,
§.241. werden dir nun am meisten rōdte abnagen, wie wirstu denn stehen? oder wie wiltu dich stellen, wen ich dir etwan werde begegnē? Es ist aber nicht dein erste mall, du bist fur meer also gesunden, vñ nu gewonet, das dich ein kleine schalckeit nicht baldt rodt macht. Es ist ein groſse gnade, das eyner buberey vbet, vnnd darff denneſt nicht rodt werden.
§.242. Das jenige, dz du selbest gesect, gepflantzt vñ begossen hast, verdāmestu ytzūt, also hefftig, als must mans mit blutte widderumb versünen vnd außleschen, was kunt meer vmb-

Digitized by Google

piaculum quoddam sanguine luendum violenta ista tua eloquentia increpas. Quæ posset magis in contrarium fieri mutatio? At id ipsum facis adhuc
p.60. | neque ardore mentis aut animi motu vel con||scientiæ instinctu, neque ut caussæ toties abs te probatæ diffidens, sed ambitionis (ut equidem existimo) ductu, et quia plures vides, imprimis potentissimum quemque, in diversam partem inclinatis esse animis, quam ut obtenturos nos quod conamur arbitreris. Forsitan et munera habes: quam de te suspicionem §.243. facis in tuis ipse literis, iactanter confidens ingentia polliceri illos tibi: certe magnum aliquid et necessarium incidit: plane nulla te nobis proba caussa abalienavit. Sed ut nulla hæc suspicio sit, neque de illo abduxerit §.244. tale quicquam, hoc tandem iterum responde mihi, quo honestatis prætextu speres te oppugnaturum eas partes, quas sentis ipse, si devinci unquam contigerit, magnam evangelicæ veritatis ac libertatis ruinam secum abstracturas? Tam levi momento Christi in te fides residet, vel adeo obstinate §.245. decretum tibi est secunda istis loqui et scribere, ut etiam cum de evangelio decedere aliquid oportebit, aliud tamen facere nolis? ut ne istud pensi habeas, quanto cum dispendio famæ et existimationis tuæ in illorum te dignationem insinues, cum hoc ætatis per æqua per iniqua potentissimorum hominum favorem captas? Id quod ego facturum unquam te ne §.246. suspicari quidem ausus fuissem; quinetiam iureiurando pro te obstringi non dubitassem, mansurum in officio, ac nihil facturos eos qui annos iam plus quinque nullis non illecebris animos sollicitant: ita obstinatum pro ve-
p.61. | ritate credidi. quanquam non fallebat me || interim, hoc secum co- §.247.

gekart oder verwãdelter ſein, dann du biſt Eraſme? thuſtu das ſelbige nicht etwan auß hitze deines hertzen, nicht auß bewegũge deines gemũttes, nicht auß zwãg deines gewiſſens, auch nicht vrſachẽ halbẽ, die dich dahyn weyſeten, ſonder alleine vmb eergeytz, vnd das du ſychſt, das meer reiche vñ gewaltige auff yener ſeitten ſeint, dan auff vnſerer, vnd beſorgeſt dich wir möchten vnten lygenn. Daruber biſtu auch villeicht mit der ſylbern bũchſen §.243 geſchoſſen, wilche beyſorge du dir auß deinen eygenen ſchrifften macheſt, darynne du dich rümeſt (vnnd beynaht bekenneſt) wie dir groß ding verheiſchen vnd gelobet ſey. Es muß freilich nichts geringes ſein, vnd dir hoch von nõtten, als ich mich verſych, das dich dahynn reitzet. Das weys ich aber auch gewyß, das du dich vmb keiner rechten vrſachen von vns wendẽ kanſt. Ich ſetze aber das dys auch nicht ſey, wolt ich doch gerne von dir hö- §.244. ren, mit was anſehen oder mit was verdeckũge du doch dys teyl widderfechten wilt? dauon du ſelber bekant haſt, das es on des Euãgelioms groſſen nachteill, nymmermeer kan vberwunden werden. Iſt Chriſtus alſo geringe bey dir angeſehen? Oder biſtu yhn alſo §.245. gãtz hart verbũdẽ, dz du yhn doch zugefallen wilt ſein, wẽ du gleich ſyheſt vnd weiſt, das es widder Got vnd ſein Euangelium iſt, vnangeſehen deinen namen, vnd dein gut gerucht, ſo du dich alſo vnuerſchãpt zu dyßer zeyt durch recht vnnd vnrecht, ynn der gewaltigen kuntſchafft dringeſt, das ich von dir nye het konnẽ dencken, geſchweig glauben. §.246. Da ich hett auch hundert ayde wans von nõtten were geweſt, fur dich geſchworn, du wurdeſt dein erſtes recht furnemẽ nimmermeer verlaſſen, dich auch nichts der yenigẽ weyſung laſſen bewegen, die nun byß yns funffte yar bey dir angereget haben. Ich hab dich allezeit fur eynen gehaltẽ, der gleich vnbeweglich bey d' warheit were. Wiewol mich nicht §.247.

Digitized by Google

quere ipsos ut e nobis aliquem nostrique generis compararent sibi, quo veluti antesignano contra nos uterentur: at quis te potissimum ibi mutaturum fidem credidisset? Igitur mea falsa est opinio, falsa bonorum omnium, illorum vero minime irrita spes! Quid non hoc ego exclamem igitur 'Nus-
§.248. quam tuta fides'? Qui eras primum et fere unicum sanioris doctrinæ seminarium, utile multis ac salutare, eum in veritatis propagatione moratorem nobis opponi; quem gaudebant homines caput esse et principem oppugnandis Christi hostibus, eum totum esse illorum nunc: quis hoc portenti suspicatus est? mihi certe raro ulla res sic præter opinionem acci-
§.249. dit. Iam igitur unus eris tu, quem illi respicient, a quo spem trahent suam, cui fidant, omnibusque fessis et languentibus tu succurris, qui animos intendas, vigorem excites: quippe haud ita multo ante iacuit res, tu in tempore ades qui necessario interposito auxilio erigas; pro desperata
§.250. habebatur caussa, tu inventus es qui redintegres. neque aliquod ibi momentum fuit ad manendum in fide tibi meus syncerissimus in te amor, mea cognita sæpe tibi et perspecta benevolentia, meum studium, meus ardor, mea fida et anxia ubique ad tuas de inimicis querimonias animi
§.251. commotio. Sed quid de me ego commemoro? aliquid tandem curæ fuit quod quas partes desereres, inde ius et æquum, fas et pium starent; ad

betrogen hat, das ich mich allezeit beſorget vñ verſehe dz die widd'ſacher damit vmbgangen, das ſye yeeinen auß vns auff yhren ort brechtē, den ſye widder vns zum fenrich vñ hauptmā brauchtē, wer hette aber glaubet, das du alſo leichtlich hetteſt ſollē vom creutz fallen, ſo höre ich wol, dz mein vñ aller fromē mēner meinūg vō dir falſch iſt, ſo der yenigen furnemen an dir vortgang habe, warumb ſall ich nu nicht ſagen, das keyn glawbe vberall
§.248. mher yſt? Du biſt d', d' zum aller erſtē, alle rechte ſtudia wider erhabē, vnd außgebreytet hat, vnd damit vilen leutē forderlich vñ behülflich geweſt, vnd ſtreubeſt dich nun ynn dyſer ſach die das Euāgeliū vnd die warheyt ſelbeſt betrifft, wider Got, vnd alle erbarkeyt. Man hat allezeit vō dir geſagt, das du das haupt, vnd ein eyniger herfürer ſeyſt, wider alle die yenigen, die dem Euangelio widerſtreben, nu ſteheſtu ſelbeſt bey yhn auff yrer ſeytten. Weme hette eyn ſolch vngehört vngeſchickt wandlunge vonn dir konnen treumen? Mir iſt al mein tage, kein ding mher alſo vnuerſehens je vnterhāden gangen,
§.249. dan dys ytzund mit dir. Sie werden nun eynen an dir haben, dem ſye die ſach zuhandē werden ſchieben, da zu ſy ſych hoffnunge werden verſehen, vnd glauben durffen geben. Du wirſt yhn allen zuhulff komēn, ſie ſtercken, ynnd wider auffwecken, iſt auch hoch von nöten geweſt. Yhr ſache lag beynaht darnider, ſo du ebē yn der zeit da biſt, ſageſt yhn hulff zu, ſye hatten beynaht verzweyfelt, ſo komeſtu vñ wilt yhn wid' yn ſattel helffen.
§.250. Ja iſt wol billich, haſtu doch keyne vrſache bey vns zu bleibē gehabt. Mein getrew hertz vnd gutwillikeyt kegē dir, das du lange vnd offt erfaren, iſt nichts bey dir, meyn fleyß vnd ſorge, die ich allezeit fur dich gehabt, als offt du mir vber deyne feynde geklaget haſt,
§.251. iſt alles nichts geweſt. Was ſag ich aber von mir? Wenn dich diß alles nichts angefochten, ſolleſtu doch dis zu hertzē genomen haben, vnd darauff geſehen, wilch teyl gerecht oder vngerecht geweſt were, dich auch daran geſtoſſen, das dys teyl, dazu du dich wendeſt, alleyne auf weltliche gütter, vñ menſchen tyranney gegrundet iſt. Damit du gleiche vil

---

4.5 Nusquam t. f.] Vergil. Aen. IV. 373.

Digitized by Google

quas transfugeres, ea humanis tantum opibus et impotenti fulcirentur tyran-
p.62. | nide? || Quid abest igitur quin evangelio quoque bellum indicas? sic te §.252.
cupide illius hostibus adiunxisti. At fuit tempus cum de te dicebant homines læticia tunc frementes communemque inter se vicem gratulantes 'Hic tandem inventus est diligens et industrius ad sacrarum scripturarum explanationem operarius; hic nobis contigit veræ pietatis restaurator, qui mutatam ab se ipsa Christianam religionem profligata superstitione sibi restituat, qui circumfusum veritati fumum discutiens manifestam eam reddat et cognoscibilem; qui Romanorum pontificum fraudes detegat et quæ temere aut ambitionis ac avaritiæ studio per illos novata sunt, ad antiquam rationem et genuinum statum reducat; atque hic audet tyrannis reclamare et vinctam ab illis Christianam libertatem solvere ac emittere'. Hoc fuit am- §.253.
plum tibi, hæc vera laus, hæc ad omnes nationes præclara fama: nunc induisti novum hoc repente ingenium, et tanquam ab errore te recipias, ita relictis signis, deserta statione proditoque præsidio in hostilia castra transfugis. ubi cum fovenda fraus et communienda sint scelera, quid aliud dic mihi quam impugnabis veritatem? Tui me igitur miseret tuamque ex §.254.
animo vicem doleo: iam enim vere miserabilis es: verum si me audis, pedem referes et vel tantum progressus revertendum te dabis, memor veteris proverbii 'satius esse recurrere quam male currere': „nam (quod sæpe in-

fundigeſt, als entſageſtu offentlich dem Euangelio ſelbeſt, ſo du dich ſeynen feynden alſo begirlich zuſchlechſt. Gedēckeſt du nicht an dyſe tzeit, do alle welt mit wonne vnd freu- §.252.
den, eyns mit dem andern frolucketen, vnd ſolch wort vō dir ſageten? Do haben wir den rechtē man, der vns mit fleys vñ rechtem verſtand, die heylige ſchrift außleget, vnnd an tag gybet, dyſer man wirt vns alle verlēſchene gotſeligkeit, vñ den rechten gottes dinſt widerumb auffrychtē. Dyſer wirt der warheyt, allen nebel, der mit ſye bißhyher vorſchattet, abeſtreichen, vnd ſie widerumb kentlich vnd offenbar machen. Dyſer wirt der Bepſte ſchalkheyt frey auffdeckē, vnd alles das ſie vnuerſunnen, vmb geytz vnd weltliche eere, in der kirchen haben auffgericht, widerumb zu dem altē rechten weſen vnnd ſtandt bryngen. Dyßer darff alleine den tyrannen widderſtreben, wirt auch die chriſtliche freyheit, dy ſie gleich gefencklich vnter ſych gedruckt haben, frey ledig vnnd loß machen. Dys war dein §.253.
groſſer preys vnnd eere Dyß gerucht breittet ſych zu allen vólckern. Nu haſtu and' ſchuch angezogen, vnd gleich als hetteſtu geyret, wendeſt du dich vmb, verleſt, fenlen, getzelt, vnd ordenūge, fleugeſt gleich als ein vorretter yn der feinde befeſtunge, bey wilchē ſo du furhynn weyſt, das du yhn yhre buberey muſt helffen vertedygen, vnnd auch mit yhn treiben, was thuſt dn anders, wolt ich gerne vonn dir hören, dann das du wider die warheyt ſelber ſtreyteſt? Darumb ich noch ſage, das mich deiner vonn hertzen ſere erbar- §.254.
met, vnnd hab groß mitleydunge mit dir, wen ich vorſych mich, das du nu nicht leuckenen kanſt, das mann ſych billich vber dich erbarme, vnd ſo du mir wólleſt gehorchen, were meyn radt, wólleſt noch vmbkeren, dyßes ſprichwortes eyndechtig. Es iſt alle zeit beſſer das man widerumbkere, dann das man vnrecht gehe. Wenn (das ich diſs aber eyns an-

---

[20] proverbii] *Παλινδρομῆσαι μᾶλλον ἢ κακῶς δραμεῖν.* Lucian. Luc. sive asin. c. 18. Cf. supra p. 34. v. 19. [25] der mit] damit, mit welchem

Digitized by Google

culcandum tibi est) si aliud nihil, certe in summum discrimen adducis
§.255. famam atque existimationem tuam. Quod illi quidem non ignorant qui te | p.63.
nobis abstulerunt; sed fuit hoc improbis consilium aliunde accersere aliquem, cuius levi ad se iactura communi omnes defungerentur periculo. quod cum maxime cogitarent, tum tu unus ad id visus es idoneus, atque hoc illis statim persuasum est unum esse te qui ingentem in nobis trepi-
§.256. dationem possis edere. Quod ut possis, quæ tandem prudentia est spectare quid valeas, non quid te deceat? tu illa eris fida pessimorum hominum spes? tu illud iam ante desperatum præsidium? illa sustinendis atque arcendis nobis arx? et si Christo placet, illud eris tu columen, quo spem
§.257. omnem suam magna cum fiducia delegent? Quam vellem hanc animo tuo funditus eximere sententiam. sed non audies me; neque decere te putabis, ut a iuvene consilium accipias. vellem igitur cogere possem ut resipisceres, non quemadmodum Lutheranos illos scribis vi conari in suam sectam protrahere te, sed amicitiæ studio, ut vel invitum a circumstantibus malis eriperem: libenter eam tibi ad tempus molestiam obiicerem, quæ
§.258. magno post solatio futura esset. Sed neque hoc licet, neque illud tu permittis; et iam decretum tibi est a cœpto non desistere; neque deinde sines veritatem oppugnandi verecundiam imponi tibi, aut dabis hanc saltem conscientiæ: manebis in authoritate summi pontificis; defendes Romanam ecclesiam, atque illam per nos pene exhaustam iam ante curiam || frequen- | p.64.
tari facies; vindicabis ab interitu ius pontificium, et illos restitues a nobis

tzihe.) ſo dich nichts mher dazu verynneret, ſolleſt du doch dys bedencken, das du zu groſ-
§.255. ſen ſchanden darüber wirſt geſetzt werdē, das die yenigen wol wiſſen, die dich vns abezyhē. Darauff die bößwichter (glaub mir.) wol geſehen haben, das ſye zu dyſem ſpyl eynen fremden, an wilchem jhn nicht vil gelegen, wan er gleich vmbkeme, genōmen, der yhre ferligkeyt alle auff ſych neme. Wilches ſo ſie lange gehandlet, biſtu yhn eben bequeme darzu erſehen, haben ſych auch bald laſſen bedücken, das keiner were, dauor wir vns meer wur-
§.256. den forchten, dan vor dir. Wan dys nu gleich alſo war were, was iſt dyß vor ein kluckheit, das du nur anſychſt, was du vermageſt, ſychſt nicht wz ſich dir gezeme, was recht oder vnrecht ſey? Wilt du nun erſt der verzweiffelten leuthe hoffnunge werden? Wiltu yhr hulff, yhr ſchloß ſein, darauff ſye widd' vns fechtē? wiltu d' ſeyn, dar auff ſye ſich grün-
§.257. den vnd verlaſſen durffen? O wie gerne wolt ich dich von dyſer meinūge wenden Eraſme, wan du mich hören wolteſt. Es were dir aber zunaht, das du von einem, der yünger were dan du, ſolleſt rath nemen, wolt Got aber das ich dich, yn diſem fal zwingen kunde, das du deines furnemēs baß muſſeſt achtnemē. Nicht das ich geſynnet, wie du den Lutheranern ſchuldt gybeſt, das ich dich mit gewalt etwā auff ein ſect wolt dringen, ſonder wolt dich alleine vmb alter freuntſchafft, auch widder deinen willen, vor vngluck bewaren, wolde ſolche gewalt gerne auff ein kleine zeit an dir vbē, die dir darnach ewig kundt zu-
§.258. treglich ſein. Aber dyß zymet ſych mir nicht, vnd du wurdeſt es auch nicht zulaſſen, haſt auch ſchon bey dir beſchloſſen, das du von deiner angenōmenē ſachē nicht wilt ablaſſen, du wirſt auch forder nicht konnen leyden, das man mit der warheit widder dich fechte, oder dich deynes gewiſſens erynnere, ſonder wirſt vnders Bapſts regiment bleiben. Die heylige Römiſche Kirche vertedigen, vñ des Bapſts hoff, den wir ſchier erſchapfft vnnd wüſt gemacht haben, widderumb mit narn beſetzen, das geiſtlich recht vñ die Canōes die wir bey-

Digitized by Google

prope iugulatos canônes. O factam in deterius instituti mutationem, ma- §.259.
gnam admissam pravitatem! hæc tandem erunt secundissima illis scripta, hi blandissime arridebunt libri! Quid nobis igitur? nuncupanda puto vota sunt, adeunda templa ac omnes passim ambiendæ aræ et orandus Christus, ut abs te tali nos defendat? imo de nobis ipsis securis pro te ut amico supplicandum, ut mentem recipias et ad sanitatem redeas, nen de publico optime in hunc usque diem meritus hoc tandem nec opinato dedecore ingentem pulcherrimorum beneficiorum molem eleves et recte factorum ante memoriam obliteres. Sed maiora sunt quæ pollicentur isti quam §.260.
hic possis perdere. utinam quidem sint. verum haud video quos possis novos fructus facere illis iamdiu abs te decerptis uberiores, quam gloriam parere illa pristina solidiorem: imo ipsum hoc plane video et cognosco omnem te hoc instituto anteactæ vitæ fructum perdere, veram illam et incomparabilem, partam virtute et labore tibi gloriam in miserabilem præcipitare ruinam. Quam proclive itaque est falsam quærentibus laudem in- §.261.
venire dedecus. Atque igitur toties repeto, quæ de te in. vulgus fama putas erit? quid loquentur homines? quid sentient? an millesimus aliquis erit qui aliud credet quam magnificæ alicui largitioni aut excelso cuipiam
p.65. | honori imminere te? Atque || utinam fallat hæc omnes opinio! sed §.262.
multum vereor, ut te alicui satis purges ibi, et me inter alios valde hæc

naht erwürget, widderüb ynn den ſchwäch bryngē. O der loſen wädlüge deynes furnemēs. §.259.
O der groſſenn vnerbarkeit, die du darynne vbeſt. Es wirt aber den yenigen ein rechte ſache ſeyn, dyßs ſchreyben wirt yhnn aller erſt ſüſſe ſeyn, dyße Bücher werdenn ſye recht anlachen. Was ſollen wir denn dazu thun? Ich verſych mich es wirt das beſte ſeyn, das wir vns etwann zun heyligen geloben, gehen fur alle Kirchen, fur alle Altar, bytten Gott, das er vns fur eynen ſolchen manne wolt behütten, das du vns ye wolleſt gnedig ſeyn. Vnd wen wir vns gleich nicht fürchten, wirt doch von nöthen ſein, das wir Got fur dich bytten, das er dich von dyßer tollen weyße wolt abwēden, vnnd beſſern verſtandt verliehen, daſtu nicht deyn forige wolthat, damit du, ynn eyn gemein vilen leuthen haſt §.260.
gedienet, nun auffs letzte, mit eyner ſolchenn vnkoſt alſo ſchendtlich mochteſt zu nicht vnd zuſchanden machen. Es iſt aber villeicht alles groſſer, dz dir die yenigen verheyſchē, dan dyßs, das du alhie magſt verlieren. Ich wolt wol gerne das es alſo were, ich ſych aber nicht was du ytzunt aller erſt künteſt fur frucht bryngen, ſeitemall nu die beſten vonn dir gebrochenn vnnd abgefallen ſeyndt. Ich verſych mich, du wirſt nimmermeer zu groſſerer eere kommen, dann du vorhyn byſt. Das ſych ich aber woll, daſtu mit dyßer weyße, §.261.
die früchte deines vorgangenen lebēs verlieren vñ verſchuttē wirſt, vnd alle dein eere vnnd gerücht, das du vorhyn, mit großer mühe vnnd arbeit erlanget, zu groſſem fall vnd far bringen. Alſo leichtlich begegnet einem ſchande vnnd ſchaden, der falſch eere vnnd lob ſücht. Was gedencheſtu doch, das man nachmals von dir ſagen wirt? Was meynſtu dz deinn gerücht vntern leuthenn wirt werden? was werden ſye gedencken oder ſagenn? Glaub mir, das vnter tauſent nicht eyner wirt ſein, der anders glauben wirt, denn daſtu geſchenck genommen habſt, oder ſtaheſt etwā nach groſſen eeren, ampt, lehen, oder der gleichenn. Vnnd wolt Gott das dyße meinunge falſch were, wenn ich furcht ſelbeſt, das du §.262.
dich ynn dyßem fal ſchwerlig gnug kanſt entſchuldigen, wilche ſache mich auch am allermeiſtenn anfycht, das ich furcht du habſt deyn forig furnemen, ſchwerlich vergebens oder

Digitized by Google

§.263. tentat cogitatio, non gratis concessum de veteri instituto tibi. Profecto undeunde est nova hæc fiducia, cognitum habeo ex incerto non sumere hos te animos, sed esse omnino aliquid quod primum excitaverit, nunc ferocem quoque reddat: quid est hoc enim, quod qui imperium habent in te, utpote illa agnoscentem Romæ capita ecclesiæ, ii precibus ut hanc sibi
§.264. operam des ac blandis admodum brevibus abs te postulant? nonne fortissima debet hæc esse omnibus non suspicio iam, sed opinio, in re turpi posse te imperium detrectare, illecebris et spei opimam quandam mercedem et minime contemnenda operæ precia ostentanti facile concedere?
§.265. Igitur concede et quod suscepisti negocium prosequere ac fortiter in rem pontificis nava operam. per me nihil stabit quo minus cœptum peragas, nisi quantum tuo bono vellem supersedere his te, et ex amore dehortor. tu vero obfirmatus animo agis atque ruis ac hostiliter omnia facis; quoque magis significes quid proposueris, talis subito prodis, tam vehementi in nos primo statim impetu proveheris, ut omnem præcidas nobis reducendi
§.266. tui spem. Proinde istam imple expectationem istorum, qua diu iam voluerunt aliquod esse caput veritatem oppugnantium; accingere: iam matura res est, digna senectute tua occupatio; extende vires ac insta conatui, ut in || illum ascendas præcipitem locum, unde multi antè te deciderunt. | p.66.
§.267. Non impromptos habes adversarios: en expectat bellum, quod declinare non potest illa per se solo æquanda Lutheranorum factio; vigent animi certaque fulti spe et æqui ac honesti conscientia freti nihil quocunque vocaveris

§.263. vmb ſunſt verlaſſen. Es komme vonn weme es wolle, ſo ſych vnnd verſtehe ich woll, das du vmb keyner vngewiſſen vrſachen, dyßs gemütte an dich genommen, ſonder yſt gewyßs, das etwas vorhanden ſey, das dich zum erſten erweckt hatt, vnnd nunn auch widder vns verbittert. Was iſt aber dyß geſagt Eraſme, das die yenigen die gewalt vber dich haben, als vber eynen, der ſych willig vnter die heylige Römiſche kirche hat gebē, gleichewol mit bette, bepſtlichen brieffen vnd ſüſſen worten, das du yhn yn diſer ſach zu gefallen biſt,
§.261. von dir muſſen erlangen? Meyneſt du nicht, das man da bey kan abnemen, das du ſolch gepiet wan du wilt, wol kanſt abſchlagen? wenn man dir aber das maul ſchmirt, verheyſt, ſchenckt vnnd gibt. Ey ſo biſtu gefangen, ſo haben alle hern vber dich zu gepieten.
§.265. Wolan, wenn es ya nicht anders geſeyn kan, ſo partyr ymmer fort, vnd ſych dz du deinē heyligē vater dē Bapſt ye wol beſchützeſt. Ich wil dich darynne gar nichts verhynderen, alleyne das ich dich, vmb alter freütſchaft, fur vngluck gerne wolt behüten. Du haſt dich aber alſo hart beſtetiget, das du nu wüteſt vnd tobeſt, wie der feinde arth iſt. Vnnd wen du dir etwas furgeſatzt, ſo platzeſtu balt damit erfur, ſtelleſt dich alſo nerriſch, das
§.266. ich an deiner geſunt vnnd bekerunge gātz verzweyffel. Darumb far hyn, vnnd erfüll der yenigē hoffnunge, die allezeit gerne ein Haubtman gehabt, damit ſye widder die warheyt mochten fechten, ſchütze dich, es iſt eben zeit, iſt noch eben eyn bequeme ſache, yn deinem alter, fur dich, ſtrecke dein kreffte auffs beſte auß, vnnd ſtehe feſte wen du wirſt auff
§.267. dyſen orth muſſen steygen, dauon vil, fur dir hynabe geſtürtzt ſein. Du wirſt auch nicht faule widerſacher haben. Der ſtreyt iſt bereyt, vnnd wart auff dich, wilchen die Lutheraner, die nu von dir ſollē nydergelegt werden, nicht durffen außſchlagen. Sie ſeynt auch bereydt mit ſycherer vnnd gerechter aller ere vnnd gerechtigkeit auch gutter gewiſſen zuuorſycht geſteuret, ſie werden dir nichts abeſchlagen, förder ſie wo hin du wilt, wilches du auch

Digitized by Google

detrectabunt; quinetiam ut quæ fiducia sit vidèas, quanto in nos acrior coortus fueris, tanto accipies in tuenda veritatis caussa alacriores. Et §.268.
scribes tu quidem multa disertissime: nos nihil accurate excolentes quod scribendum erit vita ac moribus nos probabimus, et animorum in veritatis
5 studio constantia fidem nobis apud homines faciemus; neque dubitamus tantum obtenturos nuda veritatis oratione, quantum tu possis inani verborum fuco: abunde ad dicendum virium est, ubi conscientia non laborat. Quan- §.269.
quam, ut prius dixi, pars tui a vobis stabit ac in his erit castris; neque magis nobiscum erit hoc tibi certamen, quam cum tuo ingenio tuisque
10 monumentis: contra teipsum disertus eris et in propriam eloquentiam eloquens; colluctatio erit tuis inter se scriptis et mutua reciprocatio. Quo §.270.
minus pergas igitur, siquidem aliud non vis, per nos haud stabit: nihil hic trepidatur; nullus timor est; nulla est nutatio: iam eo gradum fecimus motis in veram religionem plurimorum animis, unde per te deiici pericu-
15 lum non est. Tuum vero imminentem studio huic rei animum (neque enim §.271.
p.67. | ostentas iam bellum hoc, sed || plane geris) ut tractare convenit? Obtestandusne per fidem et amicitiam tu, ut ne partes deseras? at probatior hæc est caussa, quam ut ullius, nedum eius qui fidem et amicitiam magni non facit et monitores ab se excludit, precarium sibi patrocinium postulet.

20 darauß mèrcken kanſt, das du vnns, wie du ſelber ſychſt, mitt dem erſten ſturm, gãtz vnerſchrocken funden haſt. Schreyb du alſo vil du wilt, auffs kóſtlichſte, vnnd auffs ge- §.268.
ſchmuckeſte du ymmer kanſt, ſo wöllen wir das ſelbige, was vnns betrifft, mit der thadt beweyſen, vnnd laß ſehen, wilchem man am meyſten glauben wirt, mir zweyffelt auch nichts, das wir mit der bloßen warheyt, alſo vil wöllen außrichtē, als du mit vnlem
25 vnnutzen geſchwetz. Es kan eyner leichtlich gnug worte fynden, wen er eyn gerechte ſache §.269.
hatt, wie wol auch (dauon ich fur geſagt) das groſte vnnd beſte ſtucke von dir, bey vns wirt ſtehen yn vnſern gezelten, vnnd du wirſt ynn dyſem fall nichts mynder mit vnns, dann mit dir ſelbeſt vnnd deynen eygen bůchern ſtreitten, wirdeſt deyne geſchicklikeyt, widder dich ſelbeſt brauchen, vnd wider deine eygene wolredſamkeyt, walreden. Der kampff
30 vnnd die widerſchlagunge, wirt am meiſten vndter deynen bůchern ſeyn. Derhalben, ſo §.270.
du ye nicht anders wilt, ſo far her, wir ſeyn vnerſchrocken fur dir, forchten vnns nichts vberal, haben vnns auch nichts gewandt, ſonder dazu geſchickt, vnd vil leuthe zu dem rechtenn wege, dauonn du vnns freylich nicht wirdeſt wenden, erynneret. Wie ſollen wir §.271.
vnns aber endtlich kegen dir halten, ſo du dich alſo wyder vnſer furnhemen ſtreubeſt,
35 vnnd nu nycht den kampff anbeutteſt, ſonnder ſtreyteſt bereydt? Sollen wir dich erſt bitten, das du nicht von vnns wölleſt weichen? will ſych nicht reymen, Wenn die ſache bewerter vnnd offentlicher an ſych ſelbeſt iſt, dann das man ymant vberal ſonderlich dazu ſolt reyttzen oder bitten, geſchweig eynen der auff keynen glawben auff keyne freuntſchafft
40 nichts gybet, wil auch keynen gutten freundt darynne hören, oder ſollen wir Gott anruffen, das du vns je mit deiner gewalt nicht ſchadeſt? Dymet ſich auch nicht, das wir

---

[2] §§. 268. sq.] Et quæ hoc loco de Erasmo dicit Huttenus et quæ passim in hac expostulatione eidem exprobravit alia, mire confirmantur Bullingeri epistula ad Stilzium mense Ianuario anni 1526. scripta, quam infra suo tempore exhibebimus.

Digitized by Google

Aut invocandum cœleste numen, ut vim a nobis tuam propellat? at timere nescimus aut ambigere veritatis assertores, et sancta illa nisi fiducia nihil magnopere formidamus istas in te raras naturæ dotes, ingenii vim, elo-
§.272. quentiæ robur: sunt et nostræ contra nobis opes. Quid faciendum igitur? decertandum omnino et cominus congrediendum, ut intelligant omnes quam iniquam rem, quam violata ac prorsus constuprata conscientia sis aggressus. Hæc profecto via est, hoc optimum consilium, quando nec pietatis ratio, nec nostra amanter tentata commonitio locum apud te habent.

VALE.

vnns forchten ſolten, oder etwan zweifeln odder wancken, ſo wir die warheyt beſchützenn. Vnnd glaub mir, das wir vnns (dyßen grunt angeſehen) fur deyner wolredeſamkeyt, ingenio, vnnd andern gabenn, die dir die natur fur andern hat geben, nichts vberal furchtē.
§.272. Dazu wiſſe, das wir vnnſer pfunt auch haben. Wor an feylet es dann? darann, das wir dyſen kempff anfangenn, vnnd vnns mit ein ander verſúchen, das alle leúthe múgen verſtehen, wie mit verrúcktem, húriſchen gewyſſenn, du eynn ſolche vnrechte ſache zuuerfechtenn, haſt angenommen. Dys wirt freilich der eynige weg ſeynn, dyß der beſte rath, ſo keyn gotſelikeit, kein freuntliche ermanúge meer bey dir angeſehen, oder ſtadt hat.

WITTEMBERGÆ. **CCCXI.** (M. MAIO?) A. 1523.

1.

[MARTINVS LVTHERVS]
SVO IN DOMINO GEORGIO SPALATINO
CHRISTI SERVO EVANGELISTÆ FIDELI VIRO DEXTRO

Gratia et pax. Rogat hic bonus adolescens Georgius Mayer, cui et ante bene fecisti, ut pro se apud te intercedam, quo apud ..... Nürnbergenses senatores literis intercedas pro stipendio quod vacat post Ambrosium Reuter. ..... De Francisco Sickingen extincto opto famam esse falsam. Amen. Vale et ora pro me Wittembergæ. Martinus Luther.

CCCXI. 1. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n°. 57,2.) p. 31. n°. XLIII. 2 = Ind. bibl. n°. 57,4. *(ubi inmerito sequenti epistulæ prior locus datus est, cum apud Budd. ordo recte se haberet.)*

WITTEMBERGÆ. 2. (M. IVNIO?) A. 1523.

[MARTINVS LVTHERVS]
D. GEORGIO SPALATINO
VIRO PIO ET DOCTO EVANGELISTÆ AVLICO SAXONIÆ

Gratia et pax. Vult hic Gallus eques videre aulam et faciem principis no-

CCCXI. 2. 1 = Luth. Epp. Budd. l. c. p. 31. n°. XLIV. 2 = de Wette l. c. II. p. 340. n°. CCCCXCIX.

Digitized by Google

stri . . . . . Scio colloquium ei non fore; tamen si spectandos vos præbeatis et humanos, erit ex officio vestro. Francisci Sickingen heri audivi et legi veram et miserabilem historiam. Deus iustus sed mirabilis iudex. Vale. Mart. Luther.

3.

[IOANNES COCHLÆVS.]

De quo scripserat occulte ad Ulricum Huttenum suum Lutherus, se plus confidentiæ erga illum gerere maioremque in eo spem habere quam habeat in ullo sub cœlo principem. Dolens ergo Lutherus Francisci aliorumque nobilium, qui maxime Evangelici dicebantur, casum, nactus ex decreto Nurenbergensi cavillandi occasionem, furiosissimis convitiis in principes vindictæ libidine debacchatus est.

CCCXI. 3. Io. Cochlæus in Hist. de actis et scr. Mart. Lutheri ad ann. 1524. Paris. 1565. 8°. fol. 86b.

ARGENTINÆ.

CCCXII.

8. IVN. 1523.

NICOLAVS GERBELLIVS
OPTIMO VIRO
IOANNI SCHWEBLIN
CONCIONATORI BIPONTI FRATRI IN CHRISTO CARISSIMO

S. in Christo Iesu. Non potuisses nuncium tuum alio tempore intempestivius misisse ad nos, quod Haganoæ sit Wolffgangulus noster, et maiorem ac potiorem partem librorum suorum secum acceperit . . . . . Edetur etiam expostulatio Hutteni, scripta etiam nonnulla Erasmi et Lutheri ad Iudæos libellus doctissimus. prodibunt et alia quæ ante paucos dies Witteberga ad nos venerunt . . . . . Novarum rerum alias nihil habeo. Bucerus voluit sacra prælegere civibus nostris, sed hoc ei denegatum a senatu: nam senatus timebat ad tumultum rem spectare, quod propemodum multi ad eam rem commoverentur. Una res hominum plurimum obest. scis etiam quantum adhuc stupeant multi ad hanc novitatem: ita enim adversarii interpretantur. Tu rem evangelii mature et patienter tractes, ne statim ab initio vinum velis proponere, cum lac nondum biberint: id quod pluribus hactenus nocuisse video . . . . . Vale felicissime. Argentinæ. V. post Corporis Christi. M D XXIII.

CCCXII. Centuria epp. ad Ioa. Schwebel. supra n°. CCLXX. indicata. p. 46...48. n°. XVII.

7 quo] Francisco de Sickingen.
21 Wolffg.] Angst.

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCXIII.** 16. IVN. 1523.

ŒCOLAMPADIVS ZVINGLIO.

Salve, mi frater. Causari et ego non modo possum, sed et cogor. . . . . Ulrico ab Hutten equiti clarissimo fasciculum hunc reddi cures oro. Buceri causam tibi commendarem, nisi te scirem *φιλανθρωπότατον:* hominem si iuvare potes, iuva obsecro: ego mancus sum, manum porrigere nequeo, nihil alioquin eius nomine facere detrectarem; ingenio, eruditione, ardore, constantia multisque aliis nominibus evangelio prodesse potest. . . . . Bas. 16. Iun. 1523. Tuus Oecolampadius.

CCCXIII. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n⁰. 81.) p. 300. sq. n⁰. XXXVIII.

WITTENBERGÆ. **CCCXIIII.** 3. IVL. 1523.

[PHILIPPVS MELANCHTHON] D. GEORGIO SPALATINO PATRONO SVO S.

Mitto scholia in Osiandri quæstiones . . . . . Ecquando mederi scholæ videbitur? Pulcherr. rerum fundamenta iam olim Illuss. princ. iecit, cum linguas, cum literas elegantiores, cum pietatem doceri instituit. . . . . Si nescis, Huttenus acerbo scripto in Erasmum invehitur. indignum plane facinus: quid enim attinebat in senem optime de literis meritum temere sevire? Vale et per ocium rescribe. Postridie visitatæ Elissabetæ. Philippus.

CCCXIIII. Autographum Melanth. in Cod. Basil. F. 101. epist. 67. ex quo edidit Bretschneider, Corp. Reformator. I. p. 616. n⁰. 245.

BASILEÆ. **CCCXV.** 8. IVL. 1523.

ŒCOLAMPADIVS ZVINGLIO S.

Ostendit mihi Ambrosius Syragrius schedulam . . . . . Domino Hutteno salutem ex me preceris dicasque nihil interim ad me venisse literarum. Vale. Bas. in die Chiliani. 8. Iul. Tuus Ioh. Oecolampadius.

CCCXV. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n⁰. 81.) p. 301. n⁰. XXXIX.

[11] Spalatinus adscripsit: „Ph. Mel. de | 1 Constituenda rep. literaria. | 2 De Osiandri questionib. | .3. Huttenus acerbo scripto | in Erasmum invehitur. | .15.2.3. [17] indignum] Aegrius quam indignitatem Huttenicæ expostulationis Philippus, quod aliæ ipsius litteræ ostendunt, inconsiderantiam tulit: rebus suis ab infenso Erasmo timebat Melanchthon, in quo ipso non nihil Erasmici ingenii fuit. [18] sevire *cod.* sævire *Bretschn.* [19] otium *Br.* Elisabethæ. *Br.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCXVI.** 19. IVL. 1523.

[DESIDERIVS ERASMVS ROTERODAMVS] CLARISSIMO D. BILIBALDO *[PIRCKHEIMERO]* CÆSAREO CONSILIARIO S.

Durero nostro gratulor ex animo: dignus est artifex qui nunquam moria-
5 tur. cœperat me pingere Bruxellæ; utinam perfecisset. Nos eodem in statu

CCCXVI. 1 = Pirckheimeri Opp. (Ind. bibl. n°. 59.) p. 275. 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,4.) p. 1920. XXX. 29. 3 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,5.) p. 721. n°. DCXXXI. 4 = Hutt. Münch. IV. p. 572. sq.

3 Bilibaldo suo Erasmus S. P. *2. 3.* 5 profecisset! *4.*

* De Durero Erasmique inter se obviis ex illius commentariis diurnis (Dürers Reisejournal in v. Murr Journal zur Kunstgeschichte. VII. Thl. Nürnb. 1779. 8°. p. 69. 72. 74. 82. 88. sqq.) hos locos repetendo gratam lectoribus rem facere puto: 1520. „Item Erasmus haist das Männlein, das mir beim Herrn Jacob Bonisius [de Bannisiis] mein Supplication gestellet hat. Item zu Prüssel ist ein fast köstlich Rathauß groß..." „... und Erasmo Roterodamo hab ich auch ein Paßion geschenckt in Kupffer gestochen. Item dem Erasmo hab ich in Kupffer gestochen ein Paßion geschenckt, der ist des Bonisius Secretarius ... Ich hab den Erasmum Roterodam noch einmal conterfet ..." „Item mehr hab ich geschenckt Herrn Jacob Ponisio, ein guts gemaltes Veronicä Angsicht, ein Eustachius, Melancholej und ein sitzenden Hieronymum, S. Antonium, die 2 neuen Marienbilder, und den neuen Bauren, so hab ich seim Schreiber, dem Erasmo, der mir die Supplication gestellet hat, ein sitzenden Hieronymum, die Melancoley, den Antonium, die 2 neuen Marienbildt geschickt, und das alles, das ich ihn geschenckt hab, ist werth VII fl." 1521. „Mit Meister Peter Secretarj, do Erasmus Roterodamus auch mit aß, gegessen." „Item am Freytag nach Pfingsten im 1521 Jar kam mir Mähr gen Antorff, daß man Martin Luther so verrätherlich gefangen hett, dann do ihm des Kaisers Karols Herolt mit dem kaiserlichen Glait war zugeben, dem ward er vertrauet, aber sobald in der Herolt bracht bey Eysenach in ein unfreundlich Orth, sagt, er dörfte sein nit mehr, und ritt von ihm . . . . . O Gott, ist Luther todt, wer wird uns hinfür das heylig Evangelium so clar furtragen? Ach Gott, was hett er uns noch in 10 oder 20 Jahren schreiben mögen! O ihr alle fromme Christenmenschen, helfft mir fleißig bewainen diesen Gottgeistigen Menschen, und Gott bitten, daß er uns ein andern erleuchten Mann send. O Erasme Roterodame wo wiltu bleiben? sich, was vermag die ungerechte Tyranney der weltlichen Gewalt, der Macht der Finsterniß? Hör du Ritter Christi, reuth hervor neben dem Herrn Christum, beschütz die Wahrheit, erlang der Märterer Cron, du bist doch sonst ein altes Menniken. Ich hab von dir gehört, daß du dir selbst noch 2 Jahr zugeben hast, die du noch tügest, etwas zu thun, dieselben leg wohl an, dem Evangelio und dem wahren Christlichen Glauben zu gut, und laß dich dann hören, so werden der Höllen Porten, der Römisch Stuhl, wie Christus sagt, nit wider dich mügen, und ob du hie gleichförmig deinem Maister Christo würdest, und Schand von den Lügnern in dieser Zeit leidest, und darumb ein klein Zeit desto eher stürbest, so wirstu doch ehe aus dem Tode ins Leben kommen, und durch Christum clarificirt. Dann so du aus dem Kelch trinckest, den er getruncken hat, so wirstu mit ihm regiren, und richten mit Gerechtigkeit die nit weißlich gehandelt haben. O Erasme, halt dich hie, daß sich Gott dein rühme, wie von David geschrieben steht, denn du magst thun, und fürwahr du magst den Goliath fällen, denn Gott stehet bey der Heyligen Christlichen Kirchen, wie er ja unter den

Digitized by Google

fuimus, quo ille, malo ex re nihili nato: persentiebam animo voluptatem quandam, quod ex hoc turbulentissimo seculo migraturus essem ad Christum. gliscit indies hæc pestis, nec ullum video exitum. Scripseram pontifici consilium meum, sed Eccius scribit suum consilium maxime placuisse seque apud pontificem valere plurimum. ego me ab his contentionibus abduco et ad tranquilliora: in paraphrasibus tractandis videor mihi fieri melior, et nemo læditur. Gravamina reddidit mihi Sylvius Aegranus, sed nondum perlegi. Si tu recte vales, est quod magnopere gaudeam. Ut video, alius sibi sumpsit partes reddendi libros meos Ferdinando, ut aliquid ab eo extorqueret; misi post libellos inauratos; Ferdinandus et literis humanissimis gratias agit, et centum florenos aureos dono misit. Emoriar, mi Bilibalde, si creditum eram in universis Germanis esse tantum inhumanitatis, impudentiæ, vanitatis, virulentiæ, quantum habet unus libellus Hutteni. Tot testimoniis ornatus est a me; toties per me suo cardinali ac ceteris principibus commendatus est; de nullo candidius sentiebam et loquebar; nunquam a me verbo læsus est; imo cum hic esset, obtuli colloquium, siquid esset rei seriæ; detuli ei officium si quod a me præstari vellet. nihil minus expectabam quam hunc assultum ab Hutteno. Multis coniecturis adducor ut credam Henricum Epphendorpium huius fabulæ artificem: adeo ille subito factus est Huttenianus. Ego tamen non desinam esse similis mei. nondum statui an velim illi respondere. Furit nec habet cuius iacturam faciat; fugitat ac latitat nunc apud Elvetios, non absque periculo. fovet illum Zwinglius Thurregii, sed clam. Bene valeat meus Bilibaldus. Reliqua cognosces ex Egrano. Basileæ. XIV. Calend. Aug. Anno M. D. XXIII.

Erasmus vere tuus.

TIGVRI. **CCCXVII.** 21. IVL. 1523.

VLRICHVS AB HVTTEN EQ. EOBANO HESSO POETÆ S.

§. 1. Est tandem modus, Eobane, aut finis est improbæ fortunæ acerbissime nos persequenti? illi quidem esse non puto, sed nobis tantum animi est quantum ad illius ferendum insultus satis credi possit: hoc unum nobis §. 2. solatium, hoc præsidium reliquit qui cetera illius iniuriæ permisit. abs-

---

CCCXVII. 1 = Eob. Hessi Opp. (Ind. bibl. n. 56,1.) p. 290. sq. 2 = Burckhard. II. p. 237...239. 3 = Wagenseil. n. LXIX. p. 331. sq. 4 = Hutt. Münch. IV. p. 238. sq.

Römiſchen ſtehe nach ſeinem göttlichen Willen, der helff uns zu der ewigen Seeligkeit, Gott Vatter, Sohn und heyliger Geiſt, ein Ewiger Gott, Amen ..."

1 quo ille malo — nato pers. *1. 4.* locus nisi corruptus, tamen obscurus est, nec libet Erasmicam suggillationem, sive sit *ἀνταρέσκεια*, aut restituere aut explicare. 3.4 cons. meum] Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. p. 745. sqq. n°. 649. 7 Aegrarius *2. 4.* Cf. infra ep. d. 29. Aug. h. a. datam. 10 libell.] Expostulatio cum Erasmo. 14 cæteris *2. 3. 4.* 18.19 Eppendorpium *4.* 21 Heluetios *2. 3. 4.*° 23 Aegrano *2. 3.* Basilea 19. Iulii. *3.* 24 M. D. XXIII.] 1522. *1. 3.* M. D. XXII. *2. 4. quem numerum falsum esse adparet.* Erasm... Tuus. *omis. 2. 3.*

Digitized by Google

tulit in Elvetios fuga me; inde longinquius exilium prospicio. neque enim feret me Germania hoc ipsius statu, quem tamen spero pulchre paulo post immutatum iri, exactis tyrannis. Recepi ad literarum ocium me a bellico §. 3.
tumultu, et ad scribendum penitus contuli: in hoc uno bene de nobis merita Fortuna videri potest, quæ a magnis et odiosis turbis ad placidam studiorum quietem redigat. Qui has perfert, habet a me libelli quiddam §. 4.
in tyrannos, quod curet typis imprimendum; ibi quæso tuam mihi atque illi accommoda operam: potest silentio transigi negocium et occulte; neque usquam rectius quam in vestra urbe, ubi nemo actum suspicabitur, præsertim sic longe cum absim ego. oro te etiam atque etiam, ne quid cesses §. 5.
in re valde nobis necessaria. extet et in luce sit novæ et inauditæ improbitatis protestatio; videant et cognoscant futura post nos secula quales fuerint qui honestati, legibus, iuri, fidei ac religioni scelere et audacia se opposuerint. sed iam satis credo persuasum tibi, ut amico gratificeris.
Mire cupio scire Crotus ubi sit et quomodo agat: nam mihi in patriam §. 6.
dare literas diu iam non licuit, omnia obsidentibus tyrannis, et magno meo cum incommodo interceptis nuper epistolis. bene sit homini, ubi ubi est: sperare non desino fore ut hanc deus bonorum virorum dispersionem colligat; nec vos desinite: habet enim vindices in omnia intentos oculos.
Erasmus fœde discessit ab evangelii negocio; sed iam pœnitet hominem in §. 7.
peius commutati instituti. expostulavi cum illo, ita res cogebat, publicam causam edito libello quem vides. Vos quoque istic date operam, ut ne §. 8.
defuisse publico videamini. Saluta ex me Aperbachum et quicquid nostrorum est, ac literis me quantum potes statim alloquere. Cum scribes vero, aut huc mitte ad Zvinglium, aut Basileam ad Oecolampadium, ac ipse vale.
Tiguri in Helvetiis. 12. Calen. Aug. M. D. XXIII.

ERPHVRDIÆ. **CCCXVIII.** (? IVL. ?) A. 1523.

HELIVS EOBANVS HESSVS IOANNI DRACONI S.

In summis occupationibus, clarissime Draco, tuis tamen scribendum literis
putavi, quas sobrinus tuus Ioannes Hiltebrantus mihi reddidit, cui et ad Philippum dedi literas, ut volebas . . . . . Hutteni libellum non

---

CCCXVIII. Hessi Epp. famil. (Ind. bibl. nº. 56.1.) p. 87.

[1] Helvetios *4.* exsilium *2...4.* [2] pulcre *2. 3.* paullo *2...4.* [3] litterarum *2. 3. et sic infra* tt. otium *2...4.* [6.7] Hoc 'quiddam in tyrannos' non editum esse adparet. Cf. *Straussii* Vlr. v. Hutten. II. p. 312. sq. [8] negotium *2...4. et sic infra* t. [10] quum *2...4. et sic infra.* [11] Exstet *2...4.* et auditæ *1.* [12] sæcula *2...4.* [22] caussam *2. 3.* ædito *1.* [21] adloquere *2...4.*

Digitized by Google

probamus Lutherus, Philippus, Hessus: quanti tu facis hos triumviros, atque inter eos regem? cave sentias contra. malam excitavit noster amicus tragœdiam. apud me quidem excusat se quod in Erasmum scripserit; verum hic ego nullam excusationem accipio. Rescribe precor tibi quid videatur. Hic præter tumultum videas nihil et bellorum minas; nam undique bella, horrida bella, et Geram multo spumantem sanguine cerno. Verum quid ineptio? qui aliter, maxime ad te scribens non possum. quod vicissim et tute ut facias, etiam atque etiam rogito: tuas equidem ineptias, o suavissime Draco, plus amo quam aliorum argutias. Vale et me ut facis ama. Erphurdiæ. M. D. XXIII.

CONSTANTIÆ. **CCCXVIIII.** 27. IVL. 1523.

AMBROSIVS BLAVRERVS ZVINGLIO.

Non ausus sum ipse quicquam ad te scribere, Christianissime Ulriche, nequid forte tua in Christianam rempublicam studia intempestivus interpellator remorarer . . . . . Vale et si molestum non erit, tuum quoque χαῖρε ad nos, quantumvis neglectim transscribe. Hutteno, quem isthic esse audio, me diligenter commenda: huius Germanos animos illa si quicquam aliud recens edita cum Erasmo expostulatio nobis et festiviter et proxime refert, ut vehementer nobis doleat viri citra fucum Christiani parum firma valetudo, quam modis omnibus adamantinam esse oportebat. . . . . Non est ut relegere possim alio me vocantibus negotiis familiaribus. Constantiæ. 27. Iul. 1523.

CCCXVIIII. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n⁰. 81.) p. 304. sq. n⁰. XLII.

WITTENBERGÆ. **CCCXX.** 31. IVL. 1523.

[PHILIPPVS MELANCHTHON]
D. GEORGIO SPALATINO PATRONO SVO S.

Nihil dubito quin rebus nostris optime consultum velis, idque facit, cur toties hoc ad te argumento scribam. . . . . Hutteni scriptum exisse in publicum accipio, nec dum vidi tamen, missurus ad te ubi primum videro. Neque novi quidquam hoc tempore a nostris hominibus scribitur . . . . . Vale. Die Veneris *μετὰ τὴν πανταλέοντος*. Philippus.

CCCXX. Autographum Mel. in Cod. Basil. F. 101. epist. 49. Ex hoc Bretschneider Corp. Reformat. I. p. 617. sq. n⁰. 247.

[1] Phil.] Melanchthon. [2] regem] ipsum Eobanum, a sodalibus suis Regis nomine salutari suetum. [3.4] excusat] Cf. p. 253. §. 7. [4] præcor *1.* [6] Græram *1.* Erphurdiam perfluit. et ... cerno] *hexameter.*

[25] Spalatinus adscripsit nomina, ut videtur eorum per quos hanc ep. acceperat, item annum sic: „Sigismundus Gilenius. | Boem: | Io. Hlansa Princeps Senatus | Pragen. Cypriani pr. | M.D.XXIII."

Digitized by Google

[PROPE TVRICVM?] **CCCXXI.** [SVB FIN. M. IVL. A. 1523.]

VLRICVS AB HVTTEN EQVES ZVINGLIO S.

In thermis parum commode cessit, quod non satis calent: videtur penitus nihil contulisse ad recuperandam valetudinem hoc laboris et periculi quod impendi. verum abbas dici non potest qua me humanitate et quam liberaliter tractaverit: hoc nomine ages illi gratias, cum scribes aliquando: nam tibi et commendatori gratificatus in me est; abeuntem obnixissime oravit, ut totas aliquot hebdomadas secum perquiescerem; etiam equos et reliqua ad viam large. Consuluit aliquando repeterem thermas; nunc quominus profuerint, in causa fuisse pluviam quæ per omnes hasce dies miscuit sẽ balneo; neque unquam defuerunt frigidæ aquæ aut cœlo iam cadentes aut nuper demissæ a rupibus profluentes, quarum aliquando violenti torrentes ruinam quoque domunculæ minati sunt. Et hæc de thermis, ubi nunciatum mihi est venisse istuc Nicolaum Prugnerum a Mülhausen, præterea literas ad me. quæ omnia ut habeant, statim significa, et siquidem literæ sunt, hisce perferendas trade. item quod hospitium mihi paraveritis, fac sciam: nam hodie istuc promovissem, nisi dubitassem quo divertendum esset. non dubito quin haud defueritis mihi hac in re. quicquid est, certiorem me fac et vale.

CCCXXI. Zvinglii Opp. (Ind. bibl. n. 81.) p. 302. n. XL.

[TVRICI?] **CCCXXII.** 1. AVG. 1523.

[VLRICHVS AB HVTTEN NICOLAO PRVGNERO]

Salutem. Adhuc adventum tuum expectavi; sed iam innotuit conditionem te accepisse iterum apud Mulhusum. nam ante intellexeram de provincialis missione. Libros tuos cuidam hic dedi optima fide divenden-

CCCXXII. Ex Epp. autogr. Bibl. Argentor. Tom. I. N°. 467. *Röhrich* (Ind. bibl. n. 85.) p. 631. sq. n° XIII.

[3] therm.] Fabariensibus (*zu Pfäffers*). [5] abbas] monasterii Fabariensis, Ioa. Iac. Russinger. [7] commend.] Conrado Schmid vel Fabricio, Kussnacensi commendatori. [13] domunculæ] in ipsis montium faucibus prope fontes calidos extructæ, ad quod balneum Fabariense hodie per ripam Taminæ commode acceditur. [14] Prugn.] Cf. sq. epist. [16] hisce]? huc? [19] Ex sq. epistula discimus, puto, non statim a Fabariis, sed a Turico Ufnaviam venisse Huttenum.

[21] Salutem] S. *l.*

Digitized by Google

dos. nam ego tribus hinc milliaribus apud quendam medicum aliquot diebus latere constitui. quod si cumque Fortuna dabit, memor ero beneficientiæ et hospitalitatis tuæ, 'dum spiritus hos reget artus', et siquidem secundior illa fuerit, particeps eris in omnem modum, sin vero, lues communem vicem. Senatui tuo, maxime vero Scribæ et Hagenbacho non desines commendare me. Cæterum scribe, et ad Zvinglium quicquid id erit mitte. Si convaluero, nihil erit cur accusemus Fortunam. et aliquando spero dabit deus his quoque finem. Vale. Calend. Aug. Ulrichus ab Hutten.

Ich bit auch freundlich Ir wollet ſo balt euch muglich bey dem pfaffen als Ir wiſſen, vorſchaffen, das euch das büchlin von dem Fewerwergk zu machen uſſgeſchriben werde, und mir das auch mittenlen.

Inscriptio: Nicolao Prugnero presbytero vere pio et Christiano s. Basileæ.

BASEL. **CCCXXIII.** 10. AVG. 1523.

Eraſmus an Burgermeiſter und Rath der Stadt Zürich.

Den Großmechtigen vnd übertreflichen Herren, Herren Gewalthaberen vnd Regenten der Stadt Zürich vil Heils.

Grosmechtige min Herren. Ich acht wohl ihr wüſſind, wie ich bishar nit allein des gemeinen Nuzens, vnd guter Künſten, ſondern ouch der Evangeliſchen Ler wegen fleißig gearbeitet hab mit jedermañs Nuz vnd niemans Schaden. Nun iſt jechlingen herfürgewütſcht Ulrich von Hutten, dem ich allwegen guts gethan, vnnd Inn niemal weder mit Worten noch mit Werchen verlezt hab. Derſelbig hat ein Büchlin wider mich laſſen ausgon, nit allein min Lumden betreffend, ſondern ouch dobechtig ſollen offentlicher Lügen vnd bübſcher Schelkungen, darnebent ouch ander gut Menner, diſer Schmechung unwirdig, begriffende: dariñ er ouch weder des Bapſts noch Keiſers ſchonet. Dies ſchrib ich aber nit darum, daß ich Im verbuñe, das Vwer Gütigkeit jñ alſo by Vch lat wonen, damit Er nit in ſiner auffezigen Finden Hend komẽ, ſondern, das Er dieſelb Vwer Güttigkeit nit

---

CCCXXIII. Hanc (quasi sicariam) epistolam primum, non satis accurate, ut videtur, edidit S. Hess in '*Erasmus von Roterdam*' *Zürich.* 1790. 8°. tom. II. p. 572. Corruperunt 2) Wagenseil, U. v. H. nach s. Leben *etc.* p. 289. sq. 3) Hutt. Münch. IV. p. 397. sq.

---

[1] medicum] *pastorem* Ioann. Schnegg *in parva insula lacus Tigurini* Ufnau *dicta.* [3] Vergil. Aen. IV. 336. „ ... dum spiritus hos regit artus" [7] 'dabit deus h. q. finem'. sic etiam mærentia pectora mulcet Aeneas ap. Vergil. Aen. I. 199.

[15] *(Contra huius editionis institutum non minoribus litteris hoc Erasmicæ turpitudinis monumentum exprimi mereretur.)* [16] übertreflichen] *sic, i. e.* maxime excellentibus. [18] wiſſet *2. 3.* [20] niemas *1.* jach hervorgebrochen *2. 3.* [23] Lumden] Leumut, guten Namen. dobechtig f.] dabey voll *2. 3.* [24] Schelk.] Schmach *2.* Schmähungen *3. rectius dedissent* Schalkheiten. [26] verbunne] miſsgönne.

Digitized by Google

misbruche zu einem gailen vnd mutwilligen Schriben, das da treffenlich schadet dem Evangelischen Handel, andren guten Künsten, ouch gemeinen Sitten, darzu ouch, das nit vß des ungezempten Frefenheit vwerer Landschaft villicht in Zukünftigem etwas Schadens oder Schand entspringe, dañ er jetz mal gar nút zu verlieren hat. Darumb so Ir sin Mutwilligkeit ein wenig zemen, werdent Ir mir nit als ein großen Dienst, vnd Nuz, als andren Künsten die beflekt, bewysen. Ir werdet ouch uwer Landtschaft ein vast nutzlich Ding thun, die ich allweg in großem Wesen zu sin beger. Gott behüt Vch wohlgeacht mine Herren, vnd ist etwas dariñ ich Vch dienen kan, will ich willig erfunden werden.

Basileæ Natali Laurentii. ERASMVS.
(10. August.)
1523.

UFNAU. **CCCXXIIII.** 15. AVG. 1523.

Ulrich von Hutten an den Burgermeister und Rath der Stadt Zürich.

Den Strengen, Edlen, Vesten, Ersamen, Fürsichtigen, Weysen Burgermeyster vnd Rat der Stat Zürich, meynen gunstigen lieben Herren vnd Fründen.

Meyn fründlichen vnd gantz willigen Thienst allzeyt zuvor; Strengen, Edlen, Vesten, Ersamen, Fürsichtigen, Weysen, Günstigen, lieben Herren vnd Fründ. Durch eynen meynen insondern guten Fründ vnd Günder von Basel, werde ich warnungs weyß bericht, wie Erasmus Rotterodamus eyn Schrifft an Vch, dariñ er mich vast unfründlich rüre, vch auch gegen mir vff ungunst vnd Widderwillen zu erwegken unterstehe, vervast, willens dieselbigen zu überschicken, als er dañ Mittelns sollich Warnung mir zu Henden komen, dan sie etzwas vil Tag unterwegen vorhalten, gethan haben mag ꝛc. Wiewol ich nun Eweren guten vnd weytberümbten Gerücht, ouch erkannter Zuneygung, so jr zu aller Redlicheyt, aber insondern zu christlicher Warheyt vnd Evangelischen Lár, allwegen gehapt, vnd noch vestiglich tragend, nit zweifele, jr werdet mich oder niemant ungehört vnd unverantwort bey Vch verunglimpfen lassen; so hab ich doch, das Mir angezeigter Maß mir Warnung beschehen, Vch nit vorhalten wollen, fründlich vnd gütlich, als meyne lieben Herren vnd Fründ, bitend, wo Vch sollicher Weyß Schriften mich betreffend von gemeltem Erasmo oder jemant fürkomen, oder hernach fürkámen, Jr wöllet mir deren Sin vnd Inhalt nit vorhalten, sondern damit ich mich, wie billig zu erachten, meynes Notturfft nach, bey Vch versprechen möge, Copien günstigklich gedeien lassen. Dan ich je dafür gehalten seyn wil, das ich alle Zeit her, seyt ich vß meynen kindlichen Jaren erwachsen, anders nit, deñ eym tuglichen vnd frommen rittermäßigen vom Adel wol ziemlich vnd der Gepür, gehandelt vnd gewandelt hab. Vnd das ich, wo jemant mich herwidder, als ich nit hoffe, vßgeben oder schultigen wurde, meyn Er vnd Glympf mit Grund der Warheyt genugsamlich zu vortreten vnd entschuldigen wisse, als ich dañ jtzo Vch eyn Vor-

---

CCCXXIIII. 1 = S. Hess. l. c. p. 574...76. 2 = Wagenseil l. c. p. 291. sq. 3 = Münch l. c. p. 399. sq.

---

[1] treff.] offenbar *2. 3. falso.* [3] Freveln eurer *2. 3.* [4] denn er jetzt gar nichts mehr *2. 3.* [5] Muthwillen *2.* als] as *1.* sowohl *2.* [6] die dadurch befleckt sind, *2. 3.* [19] rüre] betastet *2. 3.*

Digitized by Google

trawen zu mir zu haben bite, vnd weytter, das ich zu Vch, vnd gemeyner Eydgenoßschaft eynn frúndlichen guten Willen hab, auch meyns Gewiſſens allzeyt hievor gehapt Vch veſtigklich zu mir vorſehen ꝛc. Das hab ich Vch, meyner Notturft nach, meynen lieben Herren, Frúnden vnd guten Gúndern, zu denen ich mich aller Lib vnd Frúndſchaft vorſehe, in gar vffrichtiger Meynung nit bergen wéllen, Vch Lib vnd Thienſt zu erzeigen bin ich wolgemeynt vnd von hertzen geſindt. Bevelch Vech Gott vnd ſeynes gétlichen Segens Schirm, der wéll Vch an unterlaß vnd vffhéren in dem Anhang ſeyns unwiderſprúchlichen Wortes vnd Evangelii, wie bißheer durch Ingebung ſeyns heiligen Geiſtes ſterken vnd beveſtigen. Amen. Datum Aßumptionis Marie año ꝛc. XXIII.

(15. Auguſt)

Ulrich von Hutten
zum Steckelberg.

[WITTENBERGÆ.] **CCCXXV.** [FERE 23. AVG. A.] 1523.

[PHILIPPVS MELANCHTHON]
D. GEORGIO SPALATINO SVO PATRONO S.

Scis quam varie distringar, mi Spalatine, quo fit ut nonnunquam officium extraham vel nolenti . . . . . Est huc allatus Hutteni libellus: D. Martinus opinor misit ad te: nihil nisi mera *συκοφαντία*. Tametsi non nihil hanc caussam læserit Erasmus, tamen æquum fuerat dissimulare; certe Hutteni nihil retulit tam acerba oratione invehi in hominem grandem natu et bene de studiis meritum. Sed quid dicam? Mala mens, malus animus. Nos invidia oneramur, ipse interea oblectat se fortasse in ganeis. . . . . Vale. Philipp.

CCCXXV. Autographum Melanth. in Cod. Basil. F. 101. ep. 66. Ex eo Bretschneider Corp. Reform. I. p. 625. Nº. 253.

[WITTENBERGÆ.] **CCCXXVI.** 23. AVG. 1523.

[PHILIPPVS MELANCHTHON]
IOACHIMO CAMERARIO BAMBERGÆ S. D.

Amanter fecisti, mi Ioachime, quod per bibliopolam Iohannem illum Lipsicum me salutasti. . . . . Hodie certo accepi eum quem dixere nuper, cum

CCCXXVI. 1 = Liber continens continua serie Epistolas Philippi Melanchthonis ... ad Ioach. Camerar. Lips. (1569.) 8º. p. 3. sq. 2 = Epist. Melanctonis. Lond. 1642. fol. IV. 3. p. 620. 3 = Corp. Reform. cit. p. 626. sq. Nº. 254.

9 Datum ... XXIII. *omiserunt 2. 3.*
15 Spalatinus adscripsit „De Hutteni Expostulatione cum Erasmo Rot. *1. 5. 2. 3.*
18 causam *Bretschn.* 19 leserit *autogr.* 22 Fœtet tuus sermo, Philippe.
20 cum] Huttenum.

Digitized by Google

adesses, mortuum, adhuc superesse. Quid dicam? quo me vertam? nostro periculo furit. quanta nos invidia onerat apud omnes bonos? et provocat Erasmum in nos ut videtur vehementius sæviturum, quam in illum πυρφόρον. Vale in χριστῷ nostri memor. Pridie Bartholomei anno XXIII. Fuchsis me commenda. Fratri nomine meo optime precaberis. Commendabis hinc nostrum Silesium et Paumgartnero. Philippus.

WITTENBERGÆ. **CCCXXVII.** 24. AVG. 1523.

PHILIPPVS MELANCHTHON
OSVALDO VLIANO RAVENSPVRGENSI SVO S. D.

Quid est, Osvalde, quod tam pertinaciter siles? Cupio et de tuis rebus omnibus et de Humelbergio certior fieri. Huttenus nos magna invidia onerat, quod in Erasmum eiusmodi γραφὴν edidit, quæ merito bonis viris displiceat. Nam quod Capnionem tuetur, vides quam sit ridiculus. Et Lutheri causam suscipit, quasi vero huic unquam patrocinio alieno opus fuerit. Utinam melius consuluisset Huttenus et suo honori et nostræ causæ. Iam hoc accedit quo magis nos invisos faciat, quod et Lutheri et meum nomen in fronte libelli depinxit, quasi vero Hutteni μανίαν probemus nos. Vide quid sapiant οἱ ψευδοθεόλογοι, et haud scio an ineptiores sint qui impulerunt Huttenum. Tu si quid potes apud Humelbergium, fac ex meis literis et ipse et alii intelligant alienissimos esse nos ab Hutteni consilio. Ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας. Scin hoc? Tametsi arbitror nihil minus mirari Huttenum quam Martini dogma, quod cuius modi professorem requirat, tu non ignoras, cui cordi pietas. Omnino cura, ut nomen nostrum tueare apud Humelbergium. Vale, ἐν τῇ βαρτολομαίου. Nisi mox redis, cura ut rescribas. Wittenbergæ. M. D. XXIII.

CCCXXVII. Corp. Reform. l. c. p. 627. N°. 255. („E cod. Hummelberg. Monacensi p. 148b., descripta a Clariss. Muffat.")

[3] seuiturum *1.* πυρφόρον, igniferum, flammas concitantem. [4] Bartholomæi *3.* [6] Paumgartnerum. *Bretschn.*

[11] Humelb. Ravensburgensi docto medico. [12] γραφὴν] scriptum. [15] nostræ causæ] Utilitatem, non veritatem desiderat Philippus. [16.17] quasi vero] Quasi vero Hutteni, non Schotti operis Expostulatio cum Erasmo impressa esset, et ipse Huttenus circa nigrum orbem qui inscriptioni libri supra Erasmi Huttenique capita depicta adpositus est, circumscripsisset : M. LVTHER : P. MELAN : Cf. etiam Melanchthonis ad Erasmum ep. d. 30. Sept. 1524. scriptam, infra exhibitam. [17] μανίαν] furorem. ψευδοθεόλ.] falsi theologi, theologastri. [20] Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, Intempestiva benevolentia nihil ab inimicitia differt, Hippolytum Phædræ dixisse refert Zenob. paræmiogr. I. 50. ἐχθρᾶς *Bretschn.* [21] quum *Bretschn.* [22] professorem] *Bekenner.*

Digitized by Google

CCCXXVIII.

29. AVG. 1523.

Den 29. August endigte der fameuse Ulrich von Hutten sein ohnruhiges Leben. Joh. Heinrich Rahns Eidtgenößische Geschichtbeschreibung de Anno 1690, 8. ad h. ann. p. 649: „Dieser Zeit starb in der Insul Ufnauw im Zürich-See Herr Ulrich von Hutten, ein gelehrter fränckischer Ritter, Doctor [!] und gekrönter Poet, welcher wider Herzog Ulrichen von Wirtenberg, wie auch wider das Pabstum, viel geschrieben, und eine Zeit lang sich auf dem Schloß Wartenburg im Waßgeuw, wie auch in der Stadt Zürich enthalten". .... Memoires de Litterature p. 412. „... Bien lui en auroit pourtant pris de prendre femme, car probablement il n'auroit point gagné la facheuse maladie qui l'emporta dans une Ile du lac de Zurich le 29. Août. 1520". So ist auch der in der wirtenb. Fehde berühmte Franz von Sickingen in der Belagerung seines Schlosses Nanstall, oder Landstall, den 8. Jul. [immo, den 7. Mai] umgekommen. Crusius f. 203.

CCCXXVIII. Joh. Ulr. Steinhofer, Neue Wirtenberg. Chronik. 4. Thl. (Stuttg. 1755. 8°.) S. 899. f.

BASILEÆ.

CCCXXVIIII.

29. AVG. 1523.

[ERASMVS ROTERODAMVS]
ORNATISSIMO D. BILIBALDO [PIRCKHEIMERO]
SENATORI NORIMBERG.

§. 1. Aegranus solet exaggerare omnia, quanquam nihil adhuc accidit mihi indignius hoc facto Hutteni. hanc technam struxit Henricus Epphendorpius, qui omnia sua consilia miscuerat cum Hutteno, quum esset Basileæ. uterque debebat animam: visum est illis hac via posse extundi ducentos florenos ab amiS. 2. cis Erasmi; et extorsissent aliquid, nisi obstitisset: nam olfeci technam: cum viderent nihil extorqueri posse, saltem a typographo voluerunt paululum abradere: neuter fecit odio mei, quum de utroque sim bene meritus, sed amore prædæ.
§. 3. Nunc ab aliis quibusdam extorserunt sexcentos florenos et triginta: Huttenus habet ducentos, iuvenis, cuius nomine bellum indictum, quadringentos, Epphendorpius legatus triginta; favit alea et hæc sors attulit ei lucrum nonaginta.
§. 4. Isti habentur hic pro honestis viris. Spongiam meam qua Hutteno respondeo, iam pene excudit Frobenius; itaque sero mones: quanquam respondeo contemS. 5. ptim. . . . . Nescio an tibi scripserim de tragœdia exorta in Anglia:

CCCXXVIIII. Hæc epistola, qua viro ingenuo indigniorem me legere non memini, extat in 1 = Pirckheimeri Opp. (Ind. bibl. n°. 59.) p. 276. sq. 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,4.)p. 1922. sq. xxx. 33. 3 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,5.) p. 1860. n°. 471. Append. 4 = Hutt. Münch. IV. p. 574.

[20] Ioannes Sylvius Aegranus s. Egranus *(Ioh. Wildenauer von Eger)* parochus Zviccaviensis. Cf. supra p. 252. v. 7. 22. [21] Eppendorpius *4.* [22] cum *4. et sic infra.* [24] obstitisses *1...3.* [27] §. 3. Quid h. l. præ cupiditate irascendi impotens Erasmus sive calumnietur sive garriat nescio. [31] pæne *4.* [31.32] contemtim *3.* [32] Nescio ... florenos *non recepit 4.*

Digitized by Google

iniecta erat regi suspicio me adfuisse Luthero in novo ludicro libello; ea de causa misi famulum, is rediit omnibus fœlicissime gestis: rex excusat sese, et item cardinalis; amicis veteribus accrevit et amor et numerus; donarunt famulo supra triginta florenos. Buschius Hutteno furiosior, semper a me laudatus et §. 6.
humaniter acceptus Basileæ, certe nullo verbo a me læsus, excudit nescio quid in me, quod fortassis exibit hisce nundinis: huiusmodi conciliant non optimam famam Germaniæ: nihil stolidius. Principes omnes hortantur in Lutherum; ego §. 7.
autem non scribam, aut ita scribam, ut qui pugnant pro regno pharisaico, malint me siluisse. Bene vale. quarto Calend. Septemb. Erasmus tuus.

BASILEÆ. · CCCXXX. 31. AVG. 1523.

DESIDERIVS ERASMVS ZVINGLIO S.

Optime Zvingli. Grata mihi fuit tuæ epistolæ confabulatio. Rumor ad nos allatus est etiam tertium illum Augustinensem exustum postridie visitationis: nam pridie eius diei exusti sunt duo. quorum mortem an deplorare debeam, nescio: certe summa et inaudita cum constantia mortui sunt: scio pro Christo mori gloriosum esse; nunquam defuit piis afflictio; sed affliguntur et impii, et πολύτεχνος est ille qui se subinde transfigurat in angelum lucis, et rarum est donum discretio spirituum. Lutherus proponit quædam ænigmata in speciem absurda, omnia opera sanctorum esse peccata, quæ indigna ignoscantur dei misericordia, liberum arbitrium esse nomen inane, sola fide iustificari, hominem prope nihil ad rem facere. . . . . Tu in nonnullis dissentis a Luthero; dissentit et Oecolampadius: an ergo propter illius doctrinam obiiciam me meosque libros periculis? omnia recusavi quæ mihi hoc nomine offerebantur, ut adversus illum scriberem; a pontifice, a Cæsare, a regibus et principibus, a doctissimis etiam et charissimis amicis huc provocor: et tamen certum est me non scribere aut ita scribere ut mea scriptio non sit placitura pharisæis. Non est opus ut testibus citatis ius tibi asseras admonendi mei: eruditorum admonitio mihi semper fuit gratissima. . . . . . Expostulatio Hutteni non est reddita nisi postquam iam esset vulgata multis exemplaribus et ambiret apographos. Ego illi non invideo tuorum civium favorem, miror tamen quo nomine faveant. 'tanquam Lutherano?' Nemo magis officit causæ evangelicæ; 'ob bonas literas?' Nemo æque nocet bonis literis. Hic ille libellus scriptus sine causa in amicum multam invidiam conciliabit nomini Germanico: quid enim barbarius quam tot fictis criminibus incessere amicum bene cupientem ipsi et de ipso bene meritum? Scio illum instructum alieno fuisse ac hoc fuisse per quosdam agitatum, ut ab amicis meis extorqueretur pecunia. De cæteris illius factis non disputo, satis nota sunt; sed amicitiam colunt veram piratæ. Respondimus illi; iure non respondimus, sed impudentem calumniam a nobis depulimus: magis me movet causa evangelica ac bonarum literarum quam mea iniuria; nihil moror illorum amici-

CCCXXX. Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n°. 81.) p. 307...310. n°. XLVI.

[2] felic. *2. 3.* [9] Augusti. *3.*

[13] De Augustinensibus dieb. 1. et 4. Iul. a. 1523. Bruxellis combustis vid. Lutheri ep. ap. de Wette II. p. 361. [38.39] resp.] respondissemus? (certe non iure respondit, sed impudentem calumniam ex se protulit Spongiæ et huius epistulæ auctor.)

Digitized by Google

tiam qui tali delectantur ingenio. Nulli non persuasum est hoc quicquid isthic habet furoris te auctore actum esse, utcunque tu tergiversaris. Aliquid mali ille potest adferre vestræ civitati, boni nihil. Porro quod auxerit maledicum libellum, ipse narravit Oecolampadius; quanquam et illius video ingenium, ille non desinet furere non tam meo malo quam bonarum literarum; quodsi non desinet fragili quærens illidere dentem, infringet solido. Tu curabis hominem coercendum, si putes hoc interesse et politioris literaturæ et causæ evangelicæ et nominis Germanici, quandoquidem hodie vulgus Germanos vocat quicunque Germanice loquuntur. . . . . Precor ut dominus Iesus dirigat ac bene fortunet spiritum vestrum. Quod Hilarius noster dixit per te potuisse premi libellum Hutteni, ex suo animo dixit, non ex meis mandatis. Bene vale. Basileæ pridie Kalendas Septembris 1523.

[BASILEÆ.] **CCCXXXI.** [INEVNTE M. SEPT. A. 1523.]

[Prioribus Spongiæ exemplis præmissa, in recentioribus non repetita epistula.]

ERASMVS ROTERODAMVS
ERVDITISSIMO VLRICHO ZWINGLIO
APVD INCLYTAM HELVETIORVM CIVITATEM THVRREGIVM CONCIONATORI
S. D.

§. 1. Quoniam isthuc primum hinc allatum est venenum, Zwingli doctissime, visum est convenire, ut eodem primum iret antidotus, non quod metuam ne apud te aut ullos cordatos viros læderet existimationem meam Huttenica criminatio, sed ut his quoque mederer qui vel mihi parum sunt æqui, vel naturæ vitio libentius ea credunt quæ lædunt famam hominis quam quæ commendant.

§. 2. Quis enim vir bonus aut cordatus non detestetur hoc exemplum, quod Huttenus, nec verbo nec facto unquam læsus a me, sed sic toties etiam editis voluminibus a me prædicatus, ut nemo neque benignius aut candidius neque crebrius, toties meis literis apud primates viros commendatus, subito velut ex insidiis talem libellum emisit in amicum, etiam tum candidissime atque amantissime de ipso prædicantem, quum ista scriberet, nihil omnium minus suspi-

§. 3. cantem quam ut ab Hutteno nasceretur aliquid tragœdiæ? Quid excogitari potuit alienius ab omni humanitate fideque Germanica, quid optatius aut gratius bonarum literarum hostibus, quid ipsis bonis literis incommodius, quid evangelico negocio perniciosius, aut si libet etiam Lutherano; cui se iactat favere? Bellum indixerat Romanensibus, et amicum syncerissime amantem, nulla expostulatione præmissa, tam amarulento libello inexpectantem aggreditur, ut in nullum hostem

---

CCCXXXI. 1 = Spongia (Ind. bibl. n. XLV[B]. 1.) 1* = (ibid. n. 2.) 1† = (ibid. n. 3.) 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,4.) p. 2072. XXXI. 52. 3 = (S. Hess) Leben des Erasmus. Zürich 1790. II. p. 570...572. n°. XI. 4 = Zuinglii Opp. (Ind. bibl. n. 81.) p. 310. sq. n. XLVII. 5 = Hutt. Münch. IV. p. 403. sq.

---

[6] Horat. sat. II. 1. 77. [11] premi *i. e. supprimi.* [19] istic 2. istuc *1*.1†.5.* [20] antidotus *3.* [25] æditis *1. 1*.1†.* [29] cum *5.* [30] Quid] Vid. Brunfels. [32] quid ev.] Vid. Brunf. [33] negotio *2...5.* Lutherano *i. e. Luthero* [34] sincer. *2...5.* [35] inexsp. *3. 4.*

Digitized by Google

adhuc scripserit virulentius. Et interim auxit, ut audio, libellum, quasi parum §. 4.
ibi fuisset veneni, nec videtur unquam facturus finem, posteaquam semel bellum
indixit et Musis et Gratiis. Equidem non invideo illi Helvetiorum humanitatem, §. 5.
qui concedunt latebras, quo tutus sit interim ab his qui venantur illum ad
supplicium. Sed tamen curandum est, ne sic abutatur Helvetiorum humanitate,
ut apud eos tuto latitans tales libellos eiaculetur in capita quorumlibet de studiis publicis bene merentium, interim nec pontifici parcens nec Cæsari nec Germaniæ principibus, ac ne Helvetiæ quidem gentis integerrimis viris, quorum de numero est Ludovicus Berus. Hæc quoniam scribit apud Helvetios latitans, §. 6.
metuendum est ne quid hinc olim invidiæ aut incommodi perveniat ad hanc gentem, quam optamus publica tranquillitate cunctisque bonis esse florentissimam. Nihil autem facilius quam serere dissidia, quum difficillimum sit mederi malo semel nato. Bene vale.

[BASILEÆ.] **CCCXXXII.** [M. SEPT. A. 1523.]

[Recentioribus Spongiæ Erasmicæ exemplis præmissa præfatio.]

ERASMVS ROTERODAMVS CANDIDO LECTORI S. D.

Hutteni decessus gratiæ nonnihil detraxit nostræ Spongiæ, si tamen huius- §. 1.
modi libellorum ulla est gratia: nam si præscissem, aut non respondissem aut respondissem aliter; nunc quædam insunt quæ solus Huttenus erat intellecturus, cui Spongiam nondum arbitror fuisse perlectam; quod tamen affirmavere quidam, siquidem Huttenus periit vigesimo nono die mensis Augusti, atque eodem ferme tempore Frobenius Spongiam finiit, quo ille vitam. Atque utinam §. 2.
mors, quemadmodum Hutteno contigit satis felix, quippe quæ miserum tot malis vel exemit urgentibus vel subduxit imminentibus, ita contigisset aliquanto maturior, videlicet prius quam huc amentiæ devenisset, ut libello tam sycophantico tantum invidiæ tantumque labis conciliaret tum sibi tum bonis literis tum negocio evangelico, tum Germanico denique nomini: nam hic minima malorum portio redit ad me: quanquam si rectis iudiciis homines ducerentur, non æquum §. 3.
esset quemquam iniquiorem fieri bonis literis, si quis extitit qui his perverse utatur; nec Evangelico negocio, cui sese Huttenus impudenter ingessit, quum illum ut hostem suæ causæ aversaretur etiam Lutherus; multo vero iniquius ex unius vitio totius gentis ingenium æstimare. Habuit Scythia suum Anacharsidem, et multos bliteos genuerunt Athenæ. Ab hoc sane dedecore præter §. 4.
omnem causam violatæ amicitiæ vindicassem amicum, nisi quidam etiam studio curassent, ne colloqueremur. nunc illud certe mihi gratulor, quod hactenus

---

CCCXXXII. 1 = Spongia (Ind. bibl. n. XLV[B]. 5.) 2 = ibid. 6. (Cetera exempla conferre noluimus.) 3 = Hutt. Münch. IV. p. 491...494.

[3] Musis et Gr. *i. e. Erasmo.* [7] interim] Vid. Brunfelsium. [12] severe *3.* [17] Gratiæ, deo gratias, apud honestum aliquem virum nihil umquam habuisse Erasmicam Spongiam, qua sese coinquinavit potius quam purgavit, et æquales et posteri iudicarunt. [21] vicesimo *3.* [22] ferme] *Erasmice:* cf. §. 12. [23] mors] Vid. Brunf. [25] libello] Vid. Brunf. [27] negotio*3.* [30] impud.] Vid. Brunf. [33] genuit *3!*

Digitized by Google

§. 5. licuerit tueri veterem illam meam in respondendo moderationem. Etenim si me Huttenus repetisset, quod facturus erat, opinor, si vixisset, vel quia semel perfricuerat os, vel quia non erant defuturi qui plaustrum quod aiunt percellerent,
§. 6. sensisset meam responsionem vere nihil aliud fuisse quam spongiam. Ac per me quidem Hutteni Manes placide quiescent, modo ne posthumo quopiam libello mortuus etiam mordeat, aut exoriatur aliquis qui tragœdiam redintegret. Mihi
§. 7. videtur hactenus plus satis insanitum. Posteaquam quod factum est id infectum fieri non potest, superest ut malum quoad licet sepeliatur. Et quoniam haud male consulunt qui monent ut ex malis si quid inest boni decerpamus, ego primum ex hoc incommodo illud excerpam commodi: ero posthac in suscipiendis amicitiis contantior, in colendis cautior, in prædicando parcior, in commendando circunspectior: quid enim vetat me iuxta Solonis celebre dictum
§. 8. quotidie addiscentem aliquid senescere? Porro iuventus hinc admoneri potest, ut non minus bonæ menti studeat, quam bonis literis, ut impotentes animi cupiditates rationis freno moderetur: nam multi suis vitiis primum blandientes scorta et comessationes condonant adolescentiæ, aleam ac profusionem putant esse nobilitatis; interea decrescit res, crescit æs alienum, periclitatur fama, perit favor principum, quorum benignitate alebantur; mox egestas invitat ad rapinam, ac primum latrocinio belli titulus prætexitur, deinde ubi luxui veluti Danaidum dolio nihil sufficit, venitur ad perdita consilia, ut iam inter amicum et inimicum nullum sit discrimen, quoties inhiatur prædæ; tandem animus velut
§. 9. equus excusso sessore præceps fertur in exitium. Tametsi de Hutteno non perinde admiror, cuius quam omnia pene consilia fuerint inconsulta, notius est quam vellem; in his cogor desiderare iudicium, qui hominem ad agendam insanam fabulam protruserunt in proscenium, qui nunc etiam tam insulso spectaculo applaudunt: videri volunt favere bonis literis, nemo mortalium his magis nocuit; impense studiosi sunt Lutheri, non poterant huius causam magis lædere; amabant Huttenum, nullus hostis plus mali dedit Hutteno; oderunt hostes Lutheri, nullus adhuc illis exhibuit spectaculum iucundius; sunt admodum Ger-
§. 10. mani, trecentis annis nemo magis offecit nomini Germanico. Neque vero me fallit quo consilio, per quos hæc est acta fabula: sum quidem simplici prædituς ingenio minimeque suspicaci, sed non usque adeo nullo naso sum, nec in
§. 11. tantum stipes aut fungus, ut solus non sentiam quod sentiunt omnes. Verum, si licebit, hactenus defunctum esse pugna gladiatoria, cupio nescire quod scio, et oblivisci quod memini; sed vereor ne per quosdam huiusmodi tragœdiarum nimium amantes non liceat, qui cum non ignorent quam civiliter tractarim Huttenum in Spongia, tamen non pudet istos iactare me post extinctum Huttenum
§. 12. edidisse libellum veluti cum larvis luctaturum. Hutteni Expostulationi statim respondi in mense Iulio: vidit manum meam Ioannes Frobenius, cumque hoc alii nonnulli; excusurus erat, sed nec præla tum vacabant, et mihi consultius est visum differri, ne ante nondinas alia prodiret criminatio, cui non liceret respondere. Iam quum constet Huttenum periisse die quo dictum in insulula quadam, quæ longe est supra Thuregium, quum constet Spongiam a Frobenio ad Idus Augusti cœptam, tertio die Septembris absolutam, qui fieri potest ut

---

[3] Plaustrum perculisse dicitur qui rem aliquam evertit ac perturbavit. Cf. Plaut. Epid. IV. 2,22. Donat. in Ter. Eunuch. II. 3,87. Fest. v. *Plaustrum perculi.* [5.6] Pulsat conscientia mala. [11] contantior] = cunctantior [12] Solon.] Cf. Cic. de senect. 8,26. [38] ædidisse *1. 2.* statim]!? [40] prela *3.* [41] nundinas *3.* [42] insulula] *sic.* [43] Thurregium *3.* [44] Id. August. *edd.* Septemb. *edd.*

Digitized by Google

ego post obitum Hutteni Spongiam ediderim, præsertim quum Hutteni mors fuerit, ut scribunt, subita? Supputa tempus quo rumor huc adferendus erat §. 13. etiam per veredarium, et inspice diem quo iam missæ erant sarcinæ, non invenies quatuor horas ad edendam Spongiam: iam hinc æstima quantum habeant frontis qui hæc iactant. quod si prodiderit sese de quo suspicor, sentiet quam non toto pectore oderim Huttenum. Bene vale, lector, et nostro malo doctus sape.

[BASILEÆ.] **CCCXXXIII.** [CONPL. M. AVG. A. 1523.]

SPONGIA ERASMI ADVERSVS ASPERGINES HVTTENI.

IN SPONGIAM ERASMI.

Qualis, Erasme, tua est hæc Spongia, qua modo cum te
Abstergis, non, ut, candidus, ante, nites;
Imo per abstersos livorem contrahis artus,
Ut minor indecori gratia deinde tibi?
Aspersa satius fuerit puto labe notari,
Quam tali te sic emaculasse modo.

Euricius Cordus (Epigrammatum VI. 8. Opp. poetic. Ff. 1564. 8°. fol. 177ᵇ. Helmæst. 1616. 8°. p. 325.)

PVRGATIO ERASMI ROTERODAMI AD EXPOSTVLATIONEM VLRICI HVTTENI.

Nunc vicissim audi, si vacat, rhetorem Laconicum Asiano respon- §. 1.
*dentem, non breviter modo, verum etiam civiliter: *tantum enim spongia detersurus sum quæ ille in me aspersit, *nihil autem criminum aut conviciorum in adversarium regeram. *dabitur hoc vel amicitiæ pristinæ vel meæ perpetuæ consuetudini. *Scio non fert contemptum Hutteni gene-* §. 2.

CCCXXXIII. Vide Indic. bibliogr. n. XLV[B].

[1] ædiderim *1. 2.* [4] ædendam *1. 2.*

*) Ubi * posui, conferenda est infra repetita Brunfelsii responsio. [24] breviter] duplo maior est hæc Spongia quam Huttenica expostulatio. Egregie de Erasmo ineunte anno MDXVIII. ad Ioa. Grolierium scripserat Baptista Egnatius „homo alioqui doctus cum numerorum rationem non probe calleat *et scriptione multa se oblectet et sibi plus æquo placeat*, dum modo aliquid edat, quid tandem dicat non satis pensi habuit. Ita fit ut dum verborum copiæ studet, minus res observet. quodsi maturare sibi pateretur diutius ea quæ parturit, pareret ille sæpe eos liberos qui et vitales essent, nec vitiosi illi et morbosi sæpe in lucem prodirent". (Philologicar. epistolar. cent. ed. ex bibl. Goldasti. Lips. 1674. 8°. p. 151.) Cum hac epistula si Erasmicam ad eundem Grolierium d. 24. April. 1518. datam (L. B. 1706. fol. p. 316. sqq. n. cccxii.) contuleris, etiam qualis amicus Roterodamus esse soleret, exemplum ex multis unum habebis.

Digitized by Google

*rosus animus. *proinde cum multos lacessierit antehac acidis libellis, nec*
ullus illum hactenus responso dignatus sit, et hoc honoris feret a vetere
amico. Precor autem, optime lector, ut hic te mihi præbeas attentum:
neque enim te cupio testem modo huius conflictationis, verum etiam cogni-
§. 3. *torem ac iudicem. *Huius tragœdiæ prooemium hinc extitit, quod Hutte-*
nus cum Basileam advenisset, non est admissus ad nostrum colloquium.
ac dictu mirum, quam atroces hinc conetur excitare tumultus. sed hos
fumos omneis discutiet veritatis simplex ac dilucida narratio: verbum non
§. 4. *affingetur: res enim sic habet: Henricus Epphendorpius, qui quoties in*
hoc argumento mihi nominabitur, honoris causa nominabitur, primus ob-
nunciavit Huttenum esse Basileæ. hoc statim exhilaratus nuncio percon-
tari cœpi quid valeret, ecquid tuta omnia, num faveret magistratus alia-
que consimilia, quemadmodum solemus de his quibus ex animo bene vo-
lumus: certe id temporis Hutteno ex animo bene cupiebam ut si quis alius.
§. 5. *Ad cætera gratulatus de sola valetudine dolebam quam aiebat vehementer*
afflictam. tandem rogabam Epphendorpium, placidis verbis persuaderet
Hutteno, ut si nihil esset nisi vulgaris consalutatio, temperaret a congressu,
*quod ea res nihil esset illi commoditatis allatura, *me gravatura esset*
invidia, iam plus satis gravatum: cæterum a pristino meo in illum affectu
nihil decessisse; quod siqua in re officium meum desideraret, id fore
§. 6. *promptissimum. Hoc se renunciaturum recepit Epphendorpius, nec dubito*
quin qua est civilitate præditus, commodius etiam retulerit quam ego man-
darim: certe profitetur se quanta potuit civilitate meam orationem pertu-
§. 7. *lisse. Ubi me revisit post unum atque alterum diem, rogo num boni con-*
suluisset Huttenus meam colloquii deprecationem. Imo, inquit, suaviter
arrisit et in bonam partem interpretatus est. Rursum testificatus animum
erga illum meum, officium defero siquid a me præstari vellet Huttenus.
§. 8. *Post dies aliquammultos rogavi familiarius Epphendorpium, diceret in-*
genue, num Huttenus videretur eodem animo accipere deprecationem meam,
quo ego facerem, et num quam animi offensi significationem daret. Ne-
gavit ille se quicquam tale in Hutteno deprehendere; sed abiturus adiecit
'Fortassis' inquit 'cuperet tecum colloqui'. Roganti num istud dixisset Hut-
§. 9. *tenus, negavit; 'sed est fortassis' inquit 'quod cuperet tecum colloqui'. Tum*
ego 'Quanquam' inquam 'cupiebam invidiam defugere, tamen ea res non
'tanti est apud me quin facile contempturus sim siquid habet seriae rei,
'quod mecum agat; aut si alioqui hæc res illi cordi est. Si quo modo
'ferre possem hypocausta, ipse convenirem hominem; ille fortassis, ut est
'affectus, non potest abesse ab hypocaustis. quodsi potest ferre frigus
'huius aulæ, libens cum illo confabulabor usque ad satietatem, et curabi-
'mus ut sit luculentus focus'. Ad hoc respondit Epphendorpius, Huttenum

[21] nec dubito] ironice. cf. §. 4.

Digitized by Google

corpore misere affecto semper versari in hypocaustis. Interea discedit Hut- §. 10.
tenus Milthusium. narrat Epphendorpius quam feliciter elapsus esset e
periculis. ea res mihi voluptatem attulit: testis enim esse potest Epphen-
dorpius, me id temporis etiam animo solicito fuisse nequid accideret Hut-
teno secus quam vellemus. Itaque quum eo rediturus esset Epphendorpius, §. 11.
oneravimus eum mandatis, admoneret Huttenum, ne securitate sua veniret
in aliquod periculum, non enim deesse qui venarentur illum, haberet su-
specta omnia. Aediderat libellum quendam in medicum huius urbis, plane §. 12.
ridiculum. mirabar apud Epphendorpium, unde illi in morbo, in tanta
rerum angustia tantum ocii, ut luderet talibus libellis. Respondit illum
talibus iocis avocare animum suum. Mallem, inquam, illum hac ætate
sibi deligeret aliquod argumentum, in quo nervos omnes ingenii expediat,
et per quod honesti nominis memoriam transmittat ad posteros. Respondit
Epphendorpius illum totum in hoc esse, ut stilum absolveret. Hæc dum §. 13.
ego simplex et candidus amicus solicite verso pro meo Hutteno, redit ab
illo Epphendorpius annuncians Huttenum vehementer in me stomachari et
nescio quid atrocis libelli adversum me habere in manibus. Ea res ut ob-
tigit præter meritum et expectationem, novitate ipsa percelluit animum
meum. Roganti quid esset causæ, respondit Epphendorpius hoc urere illius §. 14.
animum, quod non esset admissus ad colloquium. Atqui, inquam, aiebas
illum hoc boni consulere. Verum, inquit, sed postea quam abiit, mire
cœpit offendi, nec videtur posse placari. Iam is rumor latius etiam spar- §. 15.
gebatur, adeo ut Beatus quoque Rhenanus solicitus adiret me. is me per-
mittente accersit et Epphendorpium. consultatur de remedio. respondi me
non posse præstare quid huic aut illi subito veniat in mentem; mihi satis
esse quod animum præstem cui nemo merito possit irasci. 'Nam quod ad
colloquium attinet, tu scis' inquam 'Epphendorpi, quam nullam habeat in
me stomachandi causam.' Visum est illis, ut Huttenus antequam prodiret §. 16.
liber, aliqua placaretur epistola. Respondi mihi videri optimum dissimu-
lare: nam eiusmodi ingenia tum maxime ferocire, siquis conetur placare.
*quum illi consentirent a me dissentientes, *scripsi Hutteno meum animum* §. 17.
nullius mali sibi conscium esse; siquid falso delatum esset aut alioqui su-
spicaretur, expostularet privatim per epistolam; me non dubitare, quin
*illi per omnia satisfacturus essem. consideraret interim *an hoc quod*
moliretur, conduceret publicis studiis, negocio evangelico ac rebus etiam
*ipsius, ut tum habebant. Non me mea fefellit opinio: *retulit Epphen-* §. 18.
dorpius epistolam atrocissimam: iam enim existimabat me hominem meti-
*culosum formidine tremere; *proponit aliquot capita criminum, quod Ca-*
pitonem Capnioni in literis Hebraicis prætulerim; quod ipsum Huttenum
in epistola ad Hochstratum perstrinxerim; quod Capnioni perfidiæ labem

---

[2] *Mülhausen* [5] medicum] Osvaldum Berum? de quo vide supra p. 213.

Digitized by Google

asperserim; quod Theologis Lovaniensibus et aliis nonnullis sim blanditus; denique quod subito desciverim ab evangelico negocio et ad huius subver-
§. 19. *sionem totum animum intenderim. *et interim promittit se libellum intra triduum per famulum missurum: atqui huius exemplar, iam hic per multorum manus versatum, missum erat Thurregium, et populus mihi nar-*
§. 20. *rabat quid Huttenus in me scripsisset. Respondeo per literas ad capita quæ primis literis proposuerat, multa monens quæ non minus in rem ipsius erant quam meam. *Respondet paulo mitius, iam extincto Francisco Sichino, et hanc fert conditionem, librum iam esse missum typographo, ut obticescerem, ita pacem atque etiam amicitiam fore inter nos, si vellem,*
§. 21. *ut antea. Tandem redditus est libellus, nec obsignatus nec obligatus. eum premere quum iam nec ipsi Hutteno esset in manu, tamen erant qui serio agerent, ut missa etiam pecunia, si superis placet, impetraretur ab Hutteno, ne prodiret. Ego constantissime respondi optimum fuisse librum eiusmodi nunquam scribi, cæterum postea quam iam sparsus esset, et exisset autoris manus, nihil esse melius quam evulgari quamprimum typis. et id me curaturum meo sumptu pollicitus sum, si volente fieret Hutteno.*
§. 22. *Interea commigrat Thurregium Huttenus. inde scribit, ut hoc factum in Aten Homericam reiiciamus, post hæc omnia prudentius acturum sese.*
§. 23. *Præterea nihil actum est inter nos. Hæc omnia sic habere, nemo potest esse testis magis idoneus quam Epphendorpius qui ex tot meis liberis ac familiaribus colloquiis satis animadvertit me purum amici animi affectum tum obtinuisse erga Huttenum, et a nullo minus suspicatum hostilia exori-*
§. 24. *tura quam ab illo. Ubi est igitur ista inhumanitas, quam Huttenus verbis exaggerat? ubi contemptus tanti viri? ubi metus sævæ illius expostula-*
tionis quam sustinere non potuissem? Blande rogavi, ne sine causa gravaret amicum invidia plus satis gravatum; non detrectavi colloquium, siquid esset seriæ rei; detuli amici officium, etiam usque ad pecuniam, quam mea tenuitas impartire potuisset. postremo obtuli colloquium, etiam
§. 25. *si nihil esset seriæ rei, modo ita sederet animo illius. delectus est huic negocio interpres gratiosus ac civili facundia, qui siquid etium habuisset odii res ipsa, generosus, cognatus et civilis interpres tenire potuisset. Liquet igitur quam non suo loco dicta sint illa toties Hutteno, 'repulisti a colloquio'. Ego ut tum eram affectus, vel Constantiam usque non gravatus fuissem adequitare, si sensissem hoc serio referre Hutteni; tantum*
§. 26. *abest, ut a colloquio submoturus fuerim: tantum apud me valebat amicitia quam ante complures annos Musæ inter nos conciliarant, ac semel initam mutua quædam aluerant officia. Testantur hoc meæ lucubrationes quam non vulgariter adamarim ingenium et venam Hutteni: nam immo-*

---

13 missa ... placet *omis. Stolz.* 18 scrib.] cf. Expost. §. 235. 32 cognatus] Erasmice hoc interpretari debemus.

Digitized by Google

dicam illam libertatem condonabam ætati, ac temporis progressu correctum iri sperabam. Videbam in eius scriptis amplam, splendidam ac paratam verborum supellectilem, naturæ satis, rationem, iudicium et consilium sperabam ætate, usu studioque accessura. Iam si quis consideret, quo in §. 27.
statu res meæ tum fuerint atque etiam nunc sint, quo loco res Hutteni, nimirum prudentiam iudicabit deprecari colloquium, quod alteri sit ociosum, alteri onerosum; et inhumanus videbitur non qui deprecatur, sed qui deprecanti irascitur. Verum urget me Huttenus meo testimonio, qui §. 28.
candorem ipsius prædicarim, quod neminem solitus sit degravare invidia. Fateor a me prædicatam ingenuitatem Hutteni, qui cum cæteri libellos emitterent aut nullis aut fictis titulis, ipse suo titulo addito præter se neminem gravaret suspicione. Quid istuc ad hanc causam? Si laudavi can- §. 29.
dorem in Hutteno, ea res illum monere debebat, ne hic esset sui dissimilis: si quis laudet vinum probum, an is post accusabitur vanitatis, si contingat vinum acescere? Utinam hic tantum me vanum reddidisset Huttenus. Ultro, inquit, abstinuissem ab ea voluptate, quam nunquam non §. 30.
capio ex congressu tuo, si vidissem inde te gravandum invidia. Hoc si sponte sua facturus erat, quum constet nostrum colloquium invidia carere non potuisse, cur indignatur mihi, qui hoc tam civiliter admonuerim ut faceret quod ille vel non monitus erat facturus? Quos inimicos habeat §. 31.
*Huttenus, non exquiro, nec mihi perinde ab illis invidiam metuo; *sed hic congressus permanaturus erat Romam ad pontificem, in Hispaniam ad Cæsarem, in Brabantiam, ubi strenuos habeo sycophantas, in Angliam, ubi non deficiunt qui me volentem nolentem faciant Lutheranum: si paululum est veri, multa solent affingi: huiusmodi rumorum invidiam metuebam. Id satis perspicere potuit Huttenus ex meis ad Laurinum literis.* §. 32.
Quid opis, inquit, speres ab eo amico in rebus afflictis, qui rebus adhuc integris congressus invidiam detrectet? Imo illi sunt amici certissimi qui se servare norunt integros occasioni, ibi timentes periculum, ubi nihil commoditatis sit amico. Non enim nunc dissero, quam illi res sint in- §. 33.
tegræ: certe optarim illi secundiores, modo ipse sibi sumat animum fortuna meliore dignum. Omnes, inquit, gratulantur Hutteno, magistratus alius super alium reverenter adeunt, multi omnium ordinum quasi certatim irruentes invisunt, solus Erasmus clausum se domi tenet. Quis un- §. 34.
*quam vidit Erasmum brumæ tempore salutandi gratia prodire domo? Deinde non est meum elevare humanitatem magistratuum huius urbis, quam et ego non semel expertus sum: *erat magnæ humanitatis fateor, quod Huttenum admiserunt, sed maioris quod dimiserunt. Addam et illud laudis, 'malunt hoc suum officium sileri quam iactari': ea est illorum modestia. *Utinam autem Huttenus sic sese gereret, ut bonorum humani-* §. 35.

[15] sq. Expost. §§. 17. 66. [16] Ibid. §. 18. [27] Cf. Expost. §. 20. sq. [32] Ibid. §. 22.

Digitized by Google

*tate perpetuo posset uti. *sed iidem qui permittebant hospitium, admonebant, temperaret a verbis unde tumultus aliquid nasci posset, multo minus approbaturi tales libellos. Verum siqui sunt quos non gravat hæc invidia, cuiusmodi sunt multi ignoti aut tam potentes ut possint contemnere, *quid hoc ad me, qui vix subsisto adversus invidiam, nec habeo quo me tuear,*
§. 36. *nisi solam innocentiam? Desinet autem mirari me tantillum metuere invidiam, qua nulla pestis nocentior, qui perpenderit, quod *cardinalis Moguntinus pridem Huttenum e sua familia dimiserit, non ob aliud nisi quod nollet per illum invidia degravari. *Franciscus Sychenius, quo consilio dimisit Huttenum ab sese, nisi quia vitabat invidiam? *Qui Hutteno san-*
guine coniunctissimi sunt, quur malunt illum abesse a possessionibus paternis, nisi quod metuunt invidiam? Hæc cum nulli sint obscura, solus
§. 37. *Erasmus metuit invidiam. 'Non oportuit contemni quem reges ac principes dignati sunt alloquio suo.' Per me sane non minuetur maiestas Huttenici nominis. sed non contemnit qui declinat invidiam, nisi forte contemno regem Gallorum qui me cupidus cupidum expectat, et ad salutem meam pertinebat esse in Gallia. et tamen abstinui metuens invidiam, quod inter*
§. 38. *illum et Cæsarem nondum satis conveniat. Quum essem proxime Brugis, detrectavi colloquium regis cuiusdam amantis mei, non quod contemnerem, *sed quod inde metuerem invidiam a Romanensibus, quam tamen non*
§. 39. *potui prorsus effugere. Atque utinam Huttenus ita temperasset sua consilia, uti quemadmodum tum respectu principis sui, cuius negocium agebat, honorifice acceptus est apud Gallos: *ita nunc quoque inter magnos ha-*
§. 40. *beretur gratiosus possetque ab omnibus citra invidiam amari colique. Iam vero mihi vide quam odiosam causam comminiscitur detrectati colloquii: *dicas equitem esse natum non ad equitandum, sed ad calumniandum: sciebam ipsum, ut ait, quædam mecum expostulaturum, atque ideo mihi male conscius fugitabam illius alloquium. Vnde tandem ista nova Hutteni autoritas, ut illum expostulantem, senex iuvenem sustinere non potuerim?*
§. 41. *unde repente ex Hutteno factus est Cato censorius? Solet olim mecum loquens reverentem quandam modestiam præ se ferre, quæ certe magis illius decebat ætatem quam ista linguæ calamique petulantia. Sed unde con-*
§. 42. *iectare potui, quod haberet aliquid quod mecum vellet expostulare? Quum esset Sletstadii (ut scribit in suis ad me literis), dederat hoc in mandatis Beato Rhenano, ut mihi significaret esse quod in me desideraret Huttenus.*

---

[9] De Francisco Sickingio et fratribus Hutteni mendacium dicit Erasmus, ut sexcentis aliis huius Spongiæ locis. [13] Non ... suo] Cf. omnino Expost. §§. 13. 22. 45. 62. [16] Cf. supra p. 168. sq. [19] regis] *Damorum.* [22] Cf. vol. I. p. 162. v. 11. p. 171. §. 2. [31] literis] *non exstantibus.* [35] Significavit etiam satis aperte ad ipsum Erasmum scriptis epistulis n. CLXXXIV. et CC. supra repetitis. Cantaverat tibi tibiis, Erasme, sed non saltasti.

Digitized by Google

atqui Beatus Rhenanus nec verbum ullum scripsit ad me ex Sletstadio, nec huc reversus, iam hinc profecto Hutteno, significavit unquam sibi fuisse colloquium cum Hutteno; nec id omnino prius rescivi, quam ex literis Huttenicis quas ad me dedit ex Milthusio: eas legenti mihi forte for- §. 43.
tuna aderat Epphendorpius et Beatus; quum ventum esset ad eum locum, 'Beate' inquam 'hic tu vocaris in ius, opus est tibi patrono', ibi Beatus ingenue fassus est id quod res erat, se nihil unquam significasse, et cur non fecisset, rationem reddidit. ac post per ocium rem omnem sic nobis §. 44.
explicuit, ut cogerer hic desiderare simplicitatem illam Germanicam in Hutteno, qui hoc argumentum calliditate quadam affectarit, ut haberet quo calumniaretur meam conscientiam: neque enim Beato quicquam seorsum aut serio mandavit, aut eiusmodi quod operæ precium esset me scire; tantum omnibus qui aderant audientibus aiebat me non perinde favere Luthero; id interpretabatur metum dicebatque se mihi animum additurum. Ac post similia quædam mandavit illi, quum putaretur Basileam repeti- §. 45.
*turus, nihil interim minitans aut ullam significationem dans stili in me acuendi. Ac ne id quidem seorsum actum est, sed in medio strepitu simul ridentium ac nugantium congerronum. *Atque interim honorificentissime* §. 46.
de me loquebatur, ut Beatum nulla potuerit subire sequuturæ tragœdiæ suspicio. Deinde quum negocia Beatum diutius remorarentur in patria, Huttenus quasi liberans illum mandatis indicavit se mox Basileam aditurum mihique plus satis meticuloso additurum animum. ita conquievit Beatus nihil suspicans oriturum mali. nec oriturum erat, si contigisset col- §. 47.
*loqui: *decem verbis satisfecissem Hutteni stomacho. Certe Beatus ali-quanto post reversus est Basileam quam hinc discessisset Huttenus. Is quum præsentibus aliquot amicis, quorum erat Lodovicus Berus, me salutaret, rogabat quomodo mihi conveniret cum Hutteno; responsum est 'optime'; atque ita tum mihi plane persuasum erat. rursum quum iterum me salu-* §. 48.
tandi gratia convenisset, Epphendorpius exhibuit Hutteni ad ipsum literas, in quibus mandabat, admoneret me ne insectarer Lutherum, se quidem plurimum favere mihi, cæterum me non posse ipso uti amico, nisi a Luthero impetendo temperarem. quum autem id temporis nihil minus cogitarem quam de Luthero scriptis impetendo, videbatur inter nos futura tranquillitas. Quum apud nos nihil interim esset ortum novæ rei, paulo §. 49.
post adfertur horribilis nuncius Huttenum vehementer infensum scribere in Erasmum. Hæc pluribus commemoranda duxi, ut perspicuum sit me nec quicquam cognovisse ex Beato, neque de animo Hutteni offenso quicquam potuisse suspicari. Hoc igitur fundamento sublato corruit quicquid §. 50.
hic calumniæ superstruit Huttenus. Cur non idem hæc mandavit hic Epphendorpio Achati suo quod illic mandarat Beato? At ille renunciavit Huttenum sereno tranquilloque esse in me animo. Quod si ego sensissem animum Hutteni, quem tum vere amabam, aliqua suspicione exulceratum,

Digitized by Google

nihil opus erat ambire colloquium, ipse ultro vel congressu vel literis nascenti malo medicatus fuissem: nam ea de quibus volebat expostulare,
§. 51. *quam sint frivola, mox aperiam. Sed prodo conscientiam insynceram, quod in literis ad Laurinum prætexo hypocaustum fuisse in causa, quo minus congressi simus, velut amoliens a me crimen inhumanitatis. Imo soleo libenter in scriptis meis amicorum meminisse per occasionem, quumque plures essent causæ cur detrectassem colloquium, solam in literis ædendis eam refero, quæ nihil haberet odii, tametsi Huttenus hanc odiosam*
§. 52. *vocat in quadam epistola. Illud sane ridiculum, quod frequenter obambulans, ut ait, præter domum meam evocare conatus sit me ad colloquium, nec me id fugisse. scilicet soleo brumæ tempore obsidere ad fenestram, prospiciens si quis prætereat. Sed quid opus erat sic elicere? nunquam fere non patebat ostium domus meæ, et præter morem huius urbis licebat ingredi et postulare colloquium; quodsi fores erant occlusæ, licebat pul-*
§. 53. *sare. At tu deprecabaris, inquit, colloquium. O novum pudorem: utrum igitur verecundius erat adire detrectantem colloquium, an mox scribere talem libellum in amicum nihil suspicantem? Debuerat saltem epistola expostulare prius quam hanc occœptaret tragœdiam, cum tot scribat epistolas: *solet hostibus missis fecialibus denunciare bellum, et amicum in-*
§. 54. *opinantem adoritur? At forsitan dicet se nonnihil significasse Epphendorpio de animo in me suo. Istud ego qui divinare potui, cum Epphendorpius constanter affirmaret apud me se nullam alienioris animi notam deprehendere in Hutteno? Id esse verum, ipse Epphendorpius non negat et frequenter professus est, quum apud me tum apud alios complures, quo-*
§. 55. *rum est Beatus, Glareanus, Botzemus aliique nonnulli. Vides igitur, lector, quam hic nihil a me commissum vel inciviliter vel superbe vel parum amice vel ex mala conscientia. Nunc mihi finge aliquid admissum præter leges gratiarum, cum fateatur me talem amicum qualem vix habuit alium, cum fateatur meis laboribus etiam publice multum debere Germaniam: nonne prius oportebat expostulare quam talem ædere libellum, quo nullum adhuc in quenquam scripsit virulentiorem? et interim expostulationem vocat, atque*
§. 56. *in epistola quadam mitissimam vocat pro rei atrocitate. Ubi nunc igitur illi communes amici, quibus dolet Huttenum repulsum a colloquio, quum Epphendorpius sciat non esse repulsum, et factum Hutteni improbet, quod*
§. 57. *ne possit inficiari Huttenus, ipse suis ad me literis testatur. Atque hactenus de detrectato colloquio. nunc ad crimina veniendum est, quibus ille natura mitis Hutteni animus ad tantam sævitiam exasperatus sit: ea videlicet oportet esse vehementer atrocia. Fatetur nostram amicitiam fuisse non vulgarem, fatetur me magnifice meritum ac mereri de publicis stu-*
§. 58. *diis: atque hic mihi plus tribuit quam agnosco: sumit sibi primam laudem*

---

[4] Expost. §§. 1. sqq. [9.12] Neque hæc epist. extat. sed cf. Expost. §§. 4. sqq. [20] nihil *J*.

Digitized by Google

veritatis, ea decet Germanum; non patitur abrogari sibi laudem humanitatis, ea decet literatum; negat sustinere se ut a quoquam instigetur adversus amicum, decet hoc fortem ac prudentem equitem, nec puto illum ignorare quam nihil sit tribuendum linguis delatricibus, per quas sæpe numero tota etiam regna subvertuntur; nec fugit eum quam ægre sit renunciandum amicitiæ, præsertim quæ minime vulgaris fuit; quam non temere capienda sit adversus probatum amicum suspicio. postremo quando §. 59. *morum quoque laudem sibi vindicat, non potest illum fugere quid reverentiæ debeat iuvenis seni, cano, amico, benemerito et benemerenti: quid enim nunc aliud ago quam assiduis meis laboribus rem evangelicam promoveo? Atrox igitur flagitium intercesserit oportet, quod compulerit Huttenum humanitatis antistitem violatis omnibus Gratiarum legibus, oblitum omnis meæ beneficentiæ pristinæ, spreta reverentia quæ debebatur huic caniciei, quam ipsam magna ex parte debeo laboribus quibus publicæ utilitati inservio, nulla præmissa expostulatione, quæ fieri solet inter publicos hostes prius quam signa committantur, librum in Erasmum vulgarit, tot mendaciis, tot conviciis, tot amarulentiis undique scatentem? Non abrogo* §. 60. *ipsi laudem veritatis, sed hoc indicat ipsa res, illi, quum hæc adornaret, suggestorem fuisse in consilio longe omnium vanissimum. Cæterum iam audiamus horrenda crimina, quibus dilutis veniam ad illud omnium atrocissimum, si verum esset, quod ego prius stare solitus a parte evangelica nunc subito mutatus in diversum aggrediar totum evangelium una cum Christo subvertere, cum hic ipse Hutteni libellus offenderit me toto pectore sudantem in provehendo negocio evangelico, nec ab hoc studio conquieverim unquam in tantis rerum tumultibus ac discriminibus. Primum igitur* §. 61. *crimen illud est: Inter epistolas meas extat quædam ad Iacobum Hochstratum, cuius initium est 'Antehac legenti mihi', quam si cui vacabit legere, protinus intelliget quam sit impudens calumnia quod intendit Huttenus: expostulo enim illic cum Hochstrato, quod amarulentius quam deceat theologum insectaretur Capnionem, quod incomparabilem virum comitem a nova Aquila suis scriptis odio perstrinxisset, quod me quoque in libro quem adversus Capnionem scripsit de Cabala, præter occasionem ac meritum attigisset. ad id quod tum institueram, puto nihil argumentorum esse prætermissum. Sed offendit Huttenum quod illum appellem Reverendum patrem, quasi vero non in mediis etiam bellis reges honorent sese solennibus titulis. certe nullus am fuit suspiciosus præter Huttenum, qui me iudicaret eiusmodi titulis adulatum Hochstrato; erant qui illum suspicarentur irrisum. sed offendit serio, quod in eadem perstrinxerim ipsum,* §. 62. §. 63. *quod agens de epistolis quas Capnion, Buschius, Comes a nova Aquila*

---

[13] benficentiæ *1*. [14] canicici] eius qui annos LVI tum habebat. [26] epist.] cf. Expost. §. 58. [15] nulla? Cf. p. 270. ad v. 35.

Digitized by Google

et Huttenus satis atroces scripserant in Hochstratum, hæc verba subiecerim,
'Harum omnium amarulentiam nullo pacto ferre potuissem, nisi scripta ea
§. 64. *'prius legissem, quibus ad hanc intemperiem videbantur efferati'. Hactenus epistolæ meæ verba recensui. quis autem est usque adeo vel nullius vel perversi iudicii, ut non videat hæc mihi dicta ex affectu Hochstrati,*
cui haud dubie videbantur ea virulentissime scripta? atqui hoc ipsum
quod Hochstratus mihi largitur, in ipsum retorqueo, qui suis scriptis cau-
§. 65. *sam dederit tam amarulentæ scriptioni. Eiusdem prudentiæ est, quod*
quum alicubi scribam me rei theologicæ rudem ac nullius iudicii, rogat
unde mihi hæc nova ruditas, aut non intelligens aut certe dissimulans hic
aliorum sermonem referri, non meum, quo tamen abutor ad colligendum
id quod adversus ipsos facit: est autem hoc efficacissimum argumentandi
§. 66. *genus, telum ab inimicis porrectum in ipsos retorquere. Hic scio me cla-*
mabit Huttenus artificem. imo hoc in arte dicitur consilium, quod qui
non intelligit, ne velit videri facundus; quod si ab hoc argumentandi ge-
nere nec Christus nec apostoli abstinuerunt, æquum est mihi dari veniam.
§. 67. *Sed magis exulcerat animum illius quod in eadem sequitur epistola, 'Eas*
'igitur non simplici cum dolore legi, nunc illorum nunc tuam vicem in-
'gemiscens, subinde metuens ne bonis et æquis viris tam acerba convicia
'non omnino in immerentem contorta viderentur'. Quid hic stomachatur
Huttenus? significo bonis et æquis viris videri eas epistolas non omnino
in immerentem scriptas. 'sed oblique dicis' inquit 'et figurate'. verum
sic expediebat causæ quam agebam. At interim non habet quod queratur
Huttenus: neque enim ipsi impingo intemperiem aut vanitatem, sed accuso
§. 68. *Hochstratum. Fortasse sic me volebat Huttenus scribere, 'Spurcissima*
'latrina, tun' audes viros heroas tuis merdosis libellis aspergere?' For-
sitan sic decebat scribere Huttenum, at non decebat Erasmum: si sana-
bilis erat Hochstratus, erat apta civilitas; sin erat insanabilis, magis illum
§. 69. *apud bonos gravabat mea modestia quam gravasset procacia. Cæterum*
cum is locus ad quatuor viros ex æquo pertineret, cur nec Capnion un-
quam offensus est, cuius epistola mihi vere displicebat, non quod magno-
pere solicitus essem quid scriberetur in Hochstratum, sed quod dolerem
optimum senem ad tantam animi perturbationem perductum, quantam illa
præ se ferebat epistola. Cur non est offensus Buschius? Nam comes,
vir emunctissimo iudicio, delectatus est etiam illa epistola, et gratias egit.
§. 70. *quod nunquam fecit Hochstratus. Postremo cur Huttenus hac de re non*
expostulavit mecum, cum esset in Brabantia? iam enim volumen erat
æditum. Hoc cum ita perspicuum sit, ut vel cæco, quod aiunt, appareat,
quorsum attinet ille verborum tumultus quem hic excitat Huttenus de sua
leni moderataque scriptione, de mirabili illa veritate cuius ubique tena-
§. 71. *cissimus est, de mea levitate ac simulatione? Huttenus me autore non*
cæpit esse hostis Hochstrato: iam enim Triumphum in eum scripserat

Digitized by Google

antequam me vidisset aut nosset: hoc carmen meo consilio pressit biennium; et interim me de Hochstrato quam atrocissime loquentem facit: arbitratur hoc artis esse. Sed præstiterit, antequam ad cætera crimina §. 72. *progrediar, paucis admonere lectorem quibus in rebus tota huius libelli sita sit eloquentia. Sita est in assumptionibus, affictionibus, sermocinationibus, et exaggerationibus: nam convicia passim aspergit condimenti vice. As-* §. 73. *sumptionem appello, cum ait exempli causa 'Erasmus impingit Reuchlino crimen perfidiæ'. in his mirum quam nihil habeat frontis. Nihilo plus habet in affingendis causis. Dicet aliquis, 'Quæ res commovit Erasmum, 'ut qui tantopere prædicarit Reuchlinum, subito mutatus tam fœdam notam 'illius nomini studuerit inurere?' Hic affingit inhumanitatem et invidiam* §. 74. *fuisse in causa, quod pati nequiverim quosdam dicere Reuchlinum alterum esse Germaniæ oculum. Atqui quod assumis, aut per se constare debet aut erat idoneis argumentis probandum, si velis bonum præstare rhetorem. deinde causa debet esse talis, ut probabiliter competat in naturam ac mores hominis: frequenter autem me loquentem facit non qualia dixerim, sed qualia in eo negocio dici poterant; idque facit non ex vero, sed ex suo commodo. Id fortasse licet vetustarum rerum scriptoribus, veluti si quis* §. 75. *scribat vitam Alexandri Magni; cæterum in causa recenti, cuius tam multi testes esse possint, non est idem ius. quanquam dum mihi attribuit orationem, parum meminit decori, quem splendidius ac magnificentius loquentem facit quam soleam. denique nihil est tam frivolum, quod ille tragicis verbis non exaggeret, quum oporteat orationem ut vestem corpori, sic rebus esse congruam. Hæc admonitio nonnihil lucis addet lectori in* §. 76. *tota oratione. Ac primum in affingenda ratione vide quid statim assumat, 'me laudare nunc Hochstratum'. Ostendat quæso locum ubi mihi laudatus sit Hochstratus: certe illa epistola, quam adulatricem vocat, et plena libertatis est, nec aculeis vacat: nam quod illum alicubi non familiarem quidem, sed veterem amicum appello, quis non intelligit subesse ironiam? Nunc sermocinationem audiamus: 'Tu solebas' inquit 'qui hoc laudas* §. 77. *'scelus' nunc, exclamare hunc esse ab iratis superis immissam terris pe-'stem, quæ literas ac ingenia conficiat; hanc esse calamitosam optimorum 'studiorum vastitatem ac perniciem; hoc immite omnis humanitatis exitium, 'hanc illam esse facem qua illud exarsisset hoc tempore incendium, unde 'periculum sit ne conflagrent omnes recte studiosi'. Quis non statim in-* §. 78. *telligat hanc phrasim Hutteni esse, non Erasmi? Ait me neminem non hortatum, ut stringeret calamum in Hochstratum: proferat unum, et vicerit: nam illud prorsus artis rhetoricæ schema putat, quod humanitatis gratia nolit proferre epistolas homicidas, videlicet ut plus relinquat in suspicione.*

---

[4] huius lib.] i. e. Expostulationis, cuius in sqq. miser Erasmus non veritatem, illam contra se non ferendam, sed artem redarguere studet.

Digitized by Google

Non deprecor quin proferant, modo proferant omnes: illæ convincent me
§. 79. *nunquam fœderatum fuisse Lutheranis. Mihi in Hochstrato iam olim displicuit animus ille ferox, infensus bonis literis et concitandis tumultibus natus, gloriæ sitiens ex aliorum malis collectæ; nec amicitiam hominis unquam ambii, nec simultatem cum illo volui exercere, videlicet consulens*
§. 80. *ocio studiorum meorum. Quid autem inhumanius quam hic recensere quid effutitum sit in liberis compotationibus aut confabulationibus amicorum, cuius nec meminit is qui dixit, nec hi qui referunt? verum ubi res agitur serio,*
§. 81. *tum apparet quid habeas animi. Scripseram Reuchlino, etiam ante quam viderem, ut in Hochstratum et illius sodales moderatius inveheretur, non quod bene vellem Hochstrato, sed quod Reuchlino. Si Capnion omnia sua solitus est effundere in sinum Hutteni, non dubito quin et has epistolas*
§. 82. *ostenderit. Quum Comes a nova Aquila me literis consuleret, an deberet simultatem remittere Hochstrato hoc tum promissa palinodia ambienti, dedi consilium ut animo Christiano remitteret iniuriam. Atque is, quum me virulentissime impetisset Leus, meum mihi consilium ingessit, admonens ut quod ipse meo suasu fecisset in Hochstrato, nunc facerem in Leo. hæc*
§. 83. *epistolis doceri possunt. Quum Buschius esset æditurus opus, cui titulum vertit 'Vallum humanitatis', admonui hominem, moderaretur stili acerbitatem. moderatus est et liber legitur citra offensam a doctis. Talia sunt mea consilia quum res agitur serio; nunquam non hortatus sum ad moderatiora. in conviviis aut confabulationibus amicorum nugor quicquid in buccam venit, sæpe liberius quam expedit: 'et hoc mihi vitium est maximum',*
§. 84. *ut ait Terentianus ille Parmeno. Quis autem non existimet ex omnium hominum consortio deturbandum, si ego nunc rebus exulceratis proferre velim quæ amici liberis epistolis ad me perscripserunt aut mea fide freti apud me effutierunt, etiam si ex amicis facti essent inimici? Cum Hutterius nobis narraret se indixisse bellum Romanensibus, rogabam ludens quid fa-*
§. 85. *ceret prædicatoribus. respondit arridens, et illos fore Romanenses. Dein in conviviis subinde rogabam, quando penderet Hochstratus. respondit hoc se brevi curaturum. Sed hæc dicebantur his vultibus, ut nemo non intel-*
§. 86. *ligeret utrumque nostrum iocari. Iam vero quorsum attinet exaggerare, me dum capto unius gratiam, ipsum in omnium odium pertrahere? Arbitror ex meis scriptis aliquid honesti nominis ac favoris accessisse Hutteno, odii ne micam quidem. An ideo venit in odium omnium, quod*
§. 87. *meminerim quatuor epistolarum? at eas iam evulgarant ipsi. Sed fingat me plus quam hostili animo fuisse in Hochstratum, et fingat postea cum illo redisse in gratiam, quid hoc ad Huttenum? An ego tale fœdus cum Hutteno unquam inii, quale solent reges, ne cum quoquam iungerem ami-*

---

[1] omnes] Scilicet altera alteram refelleret, ut fere solebat Erasmus altera scabere, altera ferire. [19] Vall. h.] a. 1518. editum. [23] Et illud mihi *etc.*] Terent. Hec. I. 2, 37.

Digitized by Google

citiam quicum ipse haberet bellum? Liberum est Hutteno amare quos ego non amo, et odisse quos ego diligo; idem ius æquum est et mihi concedi. Christianum est cum nullo mortalium habere simultatem, humanum est eam §. 88. *si incidat, civiliter exercere et quum primum licet deponere. Et tamen nec usquam assentor Hochstrato, nec amicitiam cum illo sarsi, nec Huttenum ullo pacto gravavi aut læsi. Atque hic, si Musis placet, iudicavit tempestivum tractare locum communem de non simulando in amicitia, quasi violetur amicitia si Hochstratum oblique tractem. Cur non eadem opera reprehendit et Zopyrum, quod non simpliciter se gesserit apud Babylonios?* [9] *Iam vero crimen crimini velut linum lino connectit. In epistola ad Lau-* §. 89. *rinum nuper ædita narro per quosdam rumorem fuisse sparsum, Hochstratum in Brabantia exussisse libros meos; id interpretor factum ab his qui hac techna conarentur me provocare, ut palam inveherer in Hochstratum; ac ne lædam omnes qui favent Luthero, addo me nescire quo nomine debeam eos appellare, a nonnullis vocari Lutheranos: *sunt enim qui hoc nomine commendantur, quum nihil minus sint quam Lutherani, factiosi, indocti, stupidi, malæ vitæ, obtrectatores, nihil habentes Lutheri nisi quod maledicunt pontifici Romano. Hoc totum Huttenus vult a me* §. 90. *confictum esse, ut in Lutheranos pugnum iracundum stringerem. Atqui quid dicet Huttenus, si hic proferam centum testes qui doceant eum rumorem huc non semel allatum? quid si proferam epistolas amicorum qui hoc ad me et ad alios item perscripserunt? *Perfricabit frontem, si quid tamen illi frontis est: quid enim aliud possit? Tametsi solus ego illi rumori nunquam credidi, quod tale nihil scriberetur e Brabantia, etiamsi non ignorabam quid ille vellet, si licuisset quicquid volebat. Annectit hic Huttenus* §. 91. *veterem fabulam, quod ante annos septem Hochstratus minatus sit se aggressurum me, si confecisset Capnionem; nec aliud in mora fuisse quam amicorum in tuendo Capnione industriam. Ut hoc verum sit, quid ad causam præsentem? an mihi persuadere vult Huttenus, quod mihi male voluerit ac velit Hochstratus? ad id vero opus fuerit longa diuque meditata oratione; an contendit rumorem nuper sparsum fuisse verum? at res docet fuisse vanissimum. Sed increscunt undæ criminum: 'Epistolis* §. 92. *obscurorum virorum primum applausi, mox metu territus epistolam Coloniam misi, qua significabam mihi displicere tales libellos'. Accipe nunc rem, optime lector, et intellige Huttenicum artificium: nactus eram unam epistolam manu descriptam de convivio magistrorum, quæ nihil haberet præter innoxium iocum, et ferebatur Hutteni. hæc mihi maximæ voluptati fuit, ac toties inter amicos lecta est, ut propemodum hæreret memoriæ. Basileam reversus cum mihi perisset scriptum, ex memoria dictavi Beato*

[9] Zopyr.] Cf. Herodot. III. 153. sqq. Iustin. hist. Philipp. I. 10. [36] epist. de conv. mag.] est prima prioris partis Epp. obscc. virr.

Digitized by Google

Rhenano, scribens interim amicis Huttení, ut mihi eam mitterent quem-admodum erat scripta. hoc ita factum esse ingenue fateor. sed quid hic est peccati, si delectatus sum epistola quæ festivitatem habebat cum nul-
§. 93. *lius infamia coniunctam? Aliquanto post prodiit libellus excusus, habens complures epistolas famosas, obscœnas ac virulentas; legebatur libellus nobis quoque ridentibus, sed tamen frequens eruditorum sodalitas, quæ tum versabatur in ædibus Frobenii, testabitur me tum probasse festivitatem in multis epistolis, sed damnasse exemplum vicissim aliunde in alios recur-*
§. 94. *surum; nec unquam aliter probavi eum libellum. Traducebatur illic Reuchlinus hæreticus ioco, sed tamen traducebatur; et arbitror nec ipsum eo libello delectatum. Ubi redissem in Brabantiam, sensi plerosque confirmare meum esse commentum. equidem non ignorabam autores, nam tres fuisse ferebantur; in neminem derivavi ullam suspicionem; tantum epistola missa ad Cæsarium suspicionem falsam a me depuli. Ea epistola furtim descripta Coloniæ mox excusa est typis. Quid hic est admissum flagitii? Res mihi vere displicebat: falsam suspicionem a me depuli, nemine notato.*
§. 95. *Successit mox alter libellus similis; eum mihi Lovanii dono oblatum accipere recusavi. recusavi et dialogos similes ferme post excusos Coloniæ, nec unquam legere dignatus sum. Et ideo damnabam hæc, quod viderem nihil aliud his rebus effici, nisi quod bonæ literæ et causa Capnionis vocaretur in odium, et hostes exacerbarentur magis quam opprimerentur.*
§. 96. *Quænam fuit hic imbecillitas mea aut inconstantia? Exiit ante biennium dialogus, cui titulus, ni fallor, Hochstratus ovans, qui videri poterat in gratiam meam scriptus. nonne constanter et palam illum damnavi ac modis omnibus egi ut premeretur? Hæc a me non fingi sibi conscius est*
§. 97. *et qui scripsit dialogum et qui illi fuit in consilio. Ecce autem aliud crimen atrocius: In epistola quadam scribo Capitonem in literis Hebraicis doctiorem Reuchlino. Deum immortalem, quantas hic excitat tragœdias Huttenus, perinde quasi hominem veneno necassem. Constat Capnionem principem fuisse literaturæ Hebraicæ apud Germanos instaurandæ. an illi dedecorosum fuerit si quis succedat eo doctior? ego magis gloriosum arbitror. utinam sex milia succedant qui me omni laudis genere præcurrant, etiam superstitem. An læsus est Capnion, si cum illum in arce gloriæ collocarim, Capitonem illi præferam, in literis duntaxat*
§. 98. *Hebraicis? Sed obscurissimum, inquit, hominem clarissimo comparas. Nec tam erat obscurus Capito, sed lucubratiunculis suis nobilis erat apud eruditos; et si fuisset obscurior, tanto magis erat candida prædicatione in lucem proferendus. Ita tum sensi de Capitone, nec sine*

1-11 ep. ad Cæsar.] d. 16. Aug. a. 1517. scripta. vol. I. p. 149. sq. 18 dialogos] Dialogum mire festivum *etc.* et Dialogos VII festive candidos, sæpe inter epp. obscc. virr. repetitos. 27 cf. Expost. §§. 93. sqq. 33 superst.] Immo, dirumpereris.

Digitized by Google

causa sensi: quid si iudicio meo subscribunt etiam nunc qui callent eas literas? Habes, lector, impudentem assumptionem; nunc vide quas causas §. 99.
affingat tanti criminis: 'urebar gloria Capnionis, quod nonnulli mecum 'illi locum dabant, ut pariter linguas provehenti; nonnulli alterum Germa-
'niæ oculum vocitabant'. Ego qui tanto studio semper favi linguis ac bo-nis literis, ferre non poteram hominem idem agentem quod agebam, præ-sertim amicum? Porro quod scribit de altero Germaniæ oculo, non potui §. 100.
fateor absque risu legere: itane mihi studio fuit excluso Capnione Ger-maniam luscam reddere? Quis nescit me Capnioni candidissime simul et constantissime favisse? Ego testimonio omnium quibuscum familiariter vixi, non dubitarim mores meos sic a livoris morbo asserere, ut a nullo vitio magis absim. Audi nunc alteram affictionem æque effrontem: 'ideo tan- §. 101.
'tum tribuo Capitoni, quod laudarit meum novum testamentum, quemadmo-'dum fecit et Berus'. Ut diversissima connectit: imo ideo cito Beri et Ca-pitonis theologorum de Novo testamento iudicium, ut theologorum clamores retunderem, qui nihil volebant legi nisi ab ipsis probatum. si legi debet quod suffragio theologorum probatum est, hoc opus erat a theologis non vulgaribus probatum, quod Lovanienses theologi damnabant. itaque nihil impudentius erat aut intempestivius iis quæ declamat de alienæ gloriæ ob-trectatione. Nunc vero veniendum ad illud crimen horrendum et atrox, §. 102.
cuius Huttenus negat se unquam mihi gratiam facturum quum sit alioqui clementissimus; ipse horret dicere: in epistola quadam ad Episcopum Rof-fensem Capnionem insimulo perfidiæ. In tam atroci facinore, operæ pre-cium est ipsa epistolæ meæ verba subscribere. „Causa, si vera narrant,
„hæc fuit: quum periculum esset ne dux Wertembergensis Stutgardiam „reciperet, Reuchlinus civibus aliquot erat autor, ut alio demigrarent, ipse „comes illis futurus. profugerant illi; Reuchlinus mutato consilio mansit, „suæ supellectili consulens. Deinde rursus profligato duce per quosdam „amicos impetratum, ne victor exercitus sæviret in domum Reuchlini, sed „cives illi quos fefellerat, reversi exhibebant seni negocium; nunc omnia „sua eduxit salva et Ingolestadii tranquillam agit vitam." Hactenus epi- §. 103.
stolæ verba recensui. nunc rem ut habet paucis accipe, lector. Primum quam amico animo fuerim in Reuchlinum, non modo testes sunt meæ lu-cubrationes, verum etiam omnes quibuscum familiariter vixi. ante comple-res annos quum Capnion urgeretur a sycophantis suis, scripsit ad me tum agentem in Anglia, ut conciliatis aliquot amicis innocentiæ suæ patroci-nium susciperem. hic plus præstiti quam rogabat; neque enim solum illic §. 104.
multos adduxi in amorem illius, verum etiam Romæ cardinalibus aliquot illius causam commendavi. inter eos autem quos illi conciliaram apud

---

[7] §. 100.] Erasmi candor pro dealbatione fucoque in proverbium abire meritus est. [21] cf. Expost. §§. 96. sqq.

Digitized by Google

Anglos, præcipuus est reverendus pater Ioannes Episcopus Roffensis: is enim pene deperibat in Capnionem, tam magnifice de illo sentiens, ut me præ illo putarit nihil scire, captaritque occasionem relinquendæ Britanniæ, ut cum Capnione velut oraculo rerum omnium reconditarum possit
§.105. *colloqui. Hunc hominis affectum ut excitaram, ita semper alui, nihil offensus quod Capnion apud hunc obscuraret opinionem meam, imo gaudens quod talem virum haberet sibi tam addictum. consulebat me Roffensis de honorario munere mittendo: qua quidem in re quam inviderim Reuchlino,*
§.106. *ipse testis optimus esse poterat. De Roffensis igitur favore frequenter scripsi Capnioni, cupiens animum illius aliquo solatio sublevare; rursum siquid esset de rebus Capnionis, curabam ut sciret episcopus, quod scirem hæc illi fore gratissima: his itaque literis, quibus est offensus Huttenus, significabam illi et in quo periculo fuisset Capnion et in quam tranquillo statu nunc esset; tum uti sciret, quo mittendum esset siquid ad illum vel-*
§.107. *let mittere. Cæterum de perfidiæ crimine illi impingendo ne somniatum quidem est unquam: neque enim fallere semper est perfidiæ, sed fallebat etiam ille qui amici ægrotantis cervicali clam supposuit aurum; et fallit amicus qui inexpectatus obrepit. Quodsi voluissem illum insimulare perfidiæ, non adiecissem 'mutato consilio': neque vero statim perfidus est qui mutat consilium, quandoquidem huc sæpe cogit necessitas, sæpe rationes*
§.108. *eiusmodi, ut stulticia sit non mutare. Frustra igitur hic verbis tragicis in me detonat Huttenus, quum quod assumit, etiam me non refellente falsissimum sit. Quis autem unquam hunc locum sic interpretatus est præter unum Huttenum? Quodsi quid tale cogitassem, hoc videlicet scriberem illi*
§.109. *viro, quo nullum habebat Reuchlinus sui amantiorem? Aedita est epistola Reuchlino vivo. 'sed morti', inquit, 'vicino'. Qui potui divinare quam diu victurus esset Reuchlinus? ego certe, ut erat vivida vegetaque senecta, sperabam illum nobis diu superstitem futurum, atque utinam esset. mortuum apotheosi iuventutis affectibus commendavi, et morituro volui perfidiæ no-*
§.110. *tam inurere, nihil veritus illius expostulationem? Hic Huttenus requirit testes, autores, probationes, breviter omnem strepitum tribunalium. Iure requirat, si deferam amicum; nunc nihil minus: rei gestæ simplex et amica narratio est, in quo non sumam multum operæ, cum ipsa res per se li-*
§.111. *queat. Atque hic mihi Huttenus conflictis autoribus conatur suspicionem impingere, quasi non acceperim hoc ex aliis, sed ex me confinxerim, quo labem aspergerem Reuchlino. Quæso te, lector, quid est tam maliciosum aut perversum quod iste non quavis de causa impingat amico? Atqui quod scribo Roffensi, mihi Lovanii retulit doctor Ioannes Salius, quum illic adesset Carolus Cæsar. eum virum hoc pluris faciebam, quod benevolentiam*

---

[26] sed] cf. Expost. §. 98. [36] Ioannes Salanus, Atrabas, med. dr. memoratur ap. Foppens p. 722. ex Ferreoli Locrii catalogo scriptorum Artesiensium.

Digitized by Google

non vulgarem erga Reuchlinum præ se ferebat, et quædam sua in illum officia commemorabat. Denique quum hæc epistola cum plerisque cæteris §.112.
sit excusa Basileæ, me tum agente in Brabantia, cur non mutata est, si sugillabat Reuchlinum? certe ius feceram quibusdam doctis amicis, ut mutarent quæcunque vellent. 'Quur ipse non mutabas?' inquiet. quia nihil mali suspicabar.' 'Quur igitur aliis mandabas?' quia melius norant affectus Germaniæ et ex re præsenti facilius erat illis iudicare quam mihi. 'Quur igitur hic nihil mutarunt amici?' quia non habebant oculos Hutteni, qui animum induxit nihil non calumniari in Erasmo, et hinc sibi laudem sperat maximam. 'Quur scribis' inquit 'de quo dubitas?' quia potuit etiam ipse Salius alicubi falli. Quid autem istud referebat ad famam Capnio- §.113.
nis, an verum esset nec ne quod scribebam? Porro quia non dubitabat admiraturos omnes, cur ego sic amato, sic prædicato Reuchlino male vellem, affingit causas inhumanitatem et invidiam. Atqui cur non potius duumviro, consiliario Cæsaris ac re famaque florenti invidebam, quam lapso iamque ex consule facto rhetori? Quam hæc illi dure parumque ex arte conficta sunt? Hic mihi reputes velim, candide lector, quid frontis habeat §.114.
Huttenus, qui tam indignatur aliquid labis aspergi amico, quum ipse temere nihil non criminis confingat in amicum: etenim postea quam in hac causa vanissima digna atque indigna debacchatus esset in me, tali transitu pergit ad cætera crimina. 'Ut videas' inquit 'scire nos et intelligere quam 'decreveris omnia perverse agere qui et benemeritos odiose insecteris, et 'quos habes infestissimos, fœda ubique adulatione palpes'. Atque hic me §.115.
rursus suo arbitratu loquentem facit de duabus Academiis Lovaniensi et Coloniensi, sed sic ut quicunque legerit, illico phrasim agnoscat Huttenicam, hoc est tragicam. Hæc porro summa criminis est: Cum duas illas academias in colloquiis amicorum magnopere damnarim, nunc in epistolis honorifice de eis loquar. Quid ego audio? an unquam cum ulla academia mihi §.116.
bellum fuit? an ideo non est florentissima academia Lovaniensis, quod illic aliquot stolidi pugnent adversus bonas literas? an non habeo et Coloniæ multos qui mihi bene volunt et qui favent melioribus studiis? Quando unquam probavi malos? bonos vero cur debeam incessere? Hoc vero nugamen- §.117.
tum vide quibus verbis exaggerat: 'Tu' inquit 'conversus blandissime illis 'commendas te, laudandoque academias illas pene Athenis præfers, nostram 'taxans audaciam qui illos ibi Platones et Theophrastos incessiverimus'. Quis non videt hanc grandiloquentiam ad rem minime respondere? Suspi- §.118.
cor Huttenum hic offensum epistola, quam scribo theologis Lovaniensibus,

[14] cur non? quia duumvir idemque consiliarius Cæsaris potentior quam rhetor videbatur. [18] ipse] Immo, neque confinxit Huttenus, Erasme, neque in amicum, sed in te quem calumniatorem expostulat, neque a tergo clandestinis venenis adulatorie te adgreditur, ut tu Capnionem rosisti. [21] inq.] Expost. §. 112. [33] inq.] Expost. §. 114.

Digitized by Google

respondens ad quosdam articulos quos ut hæreticos præter causam odiosissime fuerat insectatus Nicolaus Ecmondanus: illic in[5] *titulo voco illos fratres honorandos, et in alia quadam appello eos patres reverendos et dominos plurimum observandos. Sunt etiam inter illos qui bene volunt Erasmo, sunt quibus displiceant mores Ecmondani ac Vincentii; sunt et sanabiles*

§.119. *quidam. Primum ridiculum est criminis loco obiicere titulos solennes, quos, ut diximus, in mediis bellis hostis tribuit hosti. deinde causam meam ago apud illos: quid hoc ad Huttenum? quid autem stultius quam eos contumeliose appellare quibus studeas probari causam tuam? porro quid iniquius*

§.120. *quam totum ordinem lædere, quum is non mereatur? Sed finge omnes esse inimicos: certe civilitatis ac prudentiæ est quam paucissimos lædere; nam fieri potest, ut cæteri aut fiant amici aut mitius sint inimici: equidem non dissimulabo me cupere pacem si fieri possit, non solum cum Lovaniensibus theologis, verum etiam cum universis prædicatoribus. Iam quod vociferatur me post excitatum incendium blandiri hostibus, quodque in illorum gratiam nunc hunc nunc illum ex amicis arripiam, quam sit falsum mox aperiam:*

§.121. *nunc enim crimina persequor. Audi nunc aliud argumentum inconstantiæ meæ, ut putat Huttenus, sed revera ipsius impudentiæ: ait me multum dissensisse a scholis Coloniensi et Lovaniensi, quum Sentimento suo damnarent aliquot articulos Lutheri, nunc idem probare quod prius damnarem, proterea quod in epistola quadam ad Lovanienses theologos iactem me disputationibus*

§.122. *illorum adversus Lutherum constantissime favisse. Hic mihi te quæso, lector, animadverte maliciosum in Hutteno omnia calumniandi studium: articulos illos nec probavi nec improbavi unquam; nolebam enim gratificari quibusdam ansa præbita quam captabant; provocatus a me coram rectore Ecmondanus, ut proferret vel unum articulum quem ego in Luthero vel inter pocula defendissem, quum nihil haberet quod diceret, pro-*

§.123. *tulit locum in epistola ad cardinalem Moguntinum de confessione. Illic aio Ecmondanum publice damnasse quod non intellexerat: atqui hoc non est defendere quod scripsit Lutherus, sed illius impudentiam prodere qui non intellecta re vociferatus sit apud populum. 'At post faveo illorum dis-'putationibus'. Quid hoc ad Sentimentum? nec enim illic disputant, sed pronunciant; nec docent, sed damnant. seditiosas illas vociferationes apud populum, in quibus multa palam mentiebantur, semper improbavi et hortatus sum eos ut illis omissis argumentis revincerent Lutherum, et si ille erra-*

§.124. *ret, docerent meliora. id postea fieri cœptum est ab illis satis moderate: hoc a me probatum est: quod in illis disputationibus assumunt, a me nec pro-*

---

[5] Vinc.] Theodorici de Beverwijk sive Harlemii, theol. D. Lovaniensis, ab Erasmo titulo pertinacissimi obtrectatoris honorati. † a. 1526. [18] ait] Expost. §. 116. [19] Sentim.] sententiæ condemnatoriæ magistrale nomen. Prodiit a. 1513. Cf. (Hartzheim) Prodr. hist. univ. Colon. p. 15. [28] epist.] Lovanii d. 1. Nov. a. 1519. scripta.

Digitized by Google

batum est nec improbatum; hoc tantum probavi, quod omissis clamoribus furiosis disputarent ac docerent. id Huttenus sic interpretatur quasi quicquid in disputando illi definierunt adversus Lutherum, approbarim. et prius falsum assumpserat me magnopere probasse quicquid illi in suis censuris damnarant. Eamus nunc ac negemus Hutteno esse ingenium ad depravandum benedicta. Simile quiddam adfert de ordine prædicatorum, in §.125. *quem cum prius fuerim hostili animo, nunc persuadere coner nunquam me male voluisse illi sodalitio. Nunquam sic insanivi, ut ulli ordini male voluerim, id quod ubique testificor verbis et re præsto: si ideo fas est odisse omnes prædicatores, quod is ordo multos habeat malos, omnes ordines oportet odisse, quum nullus sit qui non habeat complures malos; denique Christianos omnes oportebit odisse, quod plures sint inter hos mali quam boni. Nihil est igitur hic inconstantiæ, sed quod perpetuo sensi, id scriptis ac* §.126. *factis declaro. Utrum autem est humanius ordinem totum odisse propter malos admixtos, an ordini favere propter bonos admixtos? Habet ordo prædicatorum aliquot qui et Erasmo bene velint ac bonis literis simul et evangelico negocio faveant. nisi omnibus amicis semper autor fui ne læderent ordinem ullum, ne gentem ullam, evincet Huttenus me in totum prædicatorium ordinem hostili fuisse animo. Similem inconstantiam obiicit erga* §.127. *curiam Romanam, de qua quum ante tam atrociter loquutus sim quam me Huttenus inimice loquentem facere potuit, nunc miris laudibus illam efferam. 'Nunc' inquit 'sancta est illa et catholica ecclesia, ubi candore lilia vin-'cunt homines, ubi quicquid improbissimus quisque curtisanus loquitur, rosa 'est'. Hæc quid aliud declarant quam insignem impudentiam Hutteni? Vitia Romanensium quis unquam probavit? ecclesiam autem quis damnat? Opinor et illic esse qui bene sentiant de Christo. Quis unquam dixit rosam esse quod improbissimus quisque curtisanus loquatur? an non hæc sunt hominis intemperanter abutentis calamo, neque quicquam habentis pensi quid in quem scribat? Sed quoniam hoc crimen in suum locum differre mavult, nos quoque suo loco respondebimus. Interim ad Aleandrum, de* §.128. *quo notat inconstantiam meam, quod quum prius inimica de illo prædicarim, post honorifice meminerim illius in literis. Hic primum illud constat me nunquam de Aleandro colloquutum cum Hutteno: nam Romæ adhuc erat ille, quum in Brabantia proxime colloqueremur ego et Huttenus; neque quisquam tum suspicabatur eum venturum adversus Lutherum: * itaque quicquid hic commemorat, e rumoribus commemorat, quibus quantum sit tribuendum quisquis sapit, intelligit. Fatebor tamen id quod res est. Olim* §.129. *cum Aleandro Venetiæ fuit mihi non solum amicitia, verum etiam familiaritas: admirabar eruditionem hominis et amabam ingenium; auxit hunc ani-*

---

[6] adf.] Expost. §. 117. [19] obiic.] Expost. §. 118. [30] Expost.] §§. 119. sqq.
[35] cum Al. Ven.] a. 1507. Cf. Erasmi ep. ad Ambros. Leonem medicum. Epp. X. 29.

Digitized by Google

mum, quod apud Gallos Græcas literas gnaviter provexisset. deinde ubi
iam destinatus esset a Leone, ut apud nos Lutherum oppugnaret, concepe-
rat in me adhuc Romæ agens nescio quid stomachi, ut ex illius ad Leo-
diensem episcopum literis intellexi: in causa fuerat epistola quam omnium
§.130. *primam scripseram Luthero, ab ipso provocatus. Ubi venit, priusquam adi-*
ret Brabantiam, occupatus est a lingua quadam omnium pestilentissima,
quæ illum totum implevit venenis: neque id non divinaram futurum: ita-
que primum visus est Aleander fugitare colloquium meum, nescio quid su-
spicans de me. tandem et voces quædam Lovanii spargebantur illius de
§.131. *me parum amice: nihildum tamen erat atrox. Ubi rursus ventum est in*
eam urbem, ubi venenum hauserat (nam illac Cæsar profectus est Colo-
niam), iam iritato rursus addidit illa aspis veneni nonnihil: itaque Colo-
niæ passim mihi referebant illum apud magnates et in celebribus conviviis
inimicissime loqui de me; nec interim cognoscere potui ubi diversaretur.
tandem pervestigato diversorio misi ad illum famulum qui nunciaret me
cupere colloqui cum eo; ille lætus et alacer invitat ad prandium; excuso
§.132. *de prandio, sed a prandio venio ad colloquium. ille venientem summa*
cum humanitate accepit: collocuti sumus horis aliquot; expostulamus mu-
tuo: nam et illi nunciatum erat me voces quasdam inimicas in illum spar-
sisse, nec id omnino vanum erat: questus enim eram apud multos illum
adversus Lutherum missum sic debacchari in me, quasi Lutheri negocium
ad me pertineret. post mutuam expostulationem discessum est cum osculo,
§.133. *veteris amicitiæ symbolo. Rursus in concilio Wormaciensi quum mihi scri-*
berent quidam ex aulicis illum dira in me moliri, misso proprio tabellione
per literas satis liberas expostulavi cum eo, eademque de re scripsi epi-
§.134. *scopo Leodiensi illius patrono. Aleander se purgavit mihi per literas. Ubi*
dimisso concilio reversus est Bruxellam, adii hominem; colloquuti sumus
horas ferme quinque; ibi, ut est aperti animi liberæque linguæ, effudit in
me ferme quæ nunc obiicit Huttenus, me iactasse illum esse natum Iudæum,
§.135. *me illi molitum fuisse exitium, et quid non? Ita candidi illi ac fortes amici*
Germani totam invidiam in me devolverant. Primum illud dicam, nec ami-
citiam nec inimicitiam quæ mihi fuit cum Aleandro, quicquam attinere ad
causam Lutheri: erat amicus antequam auditum esset Lutheri nomen; nec
ob Lutherum illi factus sum inimicus, sed quod me sine causa perstringe-
§.136. *ret, ut aiebant, ac odioso negocio involveret. Quodsi per linguas virulen-*
tas licuisset cum Aleandro perpetuam habere amicitiam, fortasse minus
odiose gestum fuisset Lutheri negocium, nec in tot urbibus renovatus fuisset
fumus et incendium, quæ res nihil aliud quam iritabat animos hominum.
Qui prius irascebar molienti perniciem, cur non fierem amicus iam mutato
studio periculum depellenti? nam id ipse mihi deieravit Bruxellæ, et post
in Germaniam reversus cognovi non esse vanum ex his qui negocio inter-
§.137. *fuerunt. Quid autem flagitii, si Aleander in libris meis prædicetur trilin-*

Digitized by Google

guis eruditionis antistes? hanc laudem illi palam tribuebam, etiam tum quum maxime ferveret inter nos simultas; et quum quidam linguæ Latinæ principatum mihi tribuerent, etiam hanc laudem inimico cessi inimicus. Plenius §.139. *illum laudavit Huttenus in epistola qua iugulat illum, scribens se dolere esse in eo quod illi invideatur. Quid speciosius hac laude ab hoste data, esse in Aleandro doctrinam invidia dignam? ego certe moderatius illum laudavi: atque hoc Hutteni de se præconium Aleander apud me iactavit. Dicam* §.139. *ingenue quod sentio: ut pessime meritus est de me scelerosus ille qui Aeandrum in me iritavit, ita lubens talis amici possessionem recuperarim si liceat, ne tantulum quidem ab illo venans commodi. Hoc quum nihil ad Lutheri negocium pertineat, quid est quod queritur Huttenus? Per me licet illi odisse Aleandrum quantum volet. Porro quæ scribit Huttenus, 'Ille te* §.140. *'amat unice, illum tu dilectum habes, cum illo suaviter vivis et in mediam 'quandoque noctem producis literatas fabulas; etiam convenit inter vos, ut 'Romam eatis una', ipsius commentum est, non mea vox: etenim quæ in epistola ad Laurinum commemoro de consuetudine cum Aleandro, omnia in hoc producuntur, non ut persuadeam magnam mihi cum illo esse amicitiam, sed ut adversus eos qui meam profectionem fugam esse iactabant, docerem me palam et omnibus consciis abisse. Iam finge id quod non est,* §.141. *me Aleandro male volenti male velle, sed simulasse amicitiam quo minus læderet, utque hac specie theologos quosdam omnia molientes compescerem, an mihi indignabitur Huttenus si vafricie nulli noxia meæ saluti consulam? Erat Lovanii furiosus quidam prædicator mira commemoraturus de me a* §.142. *prandio, id enim promiserat in concione matutina; Aleander a me submonitus misso nuncio imposuit homini silentium, alioqui improbissimo rabulæ. quis non prudentiam appellet potius etiam inimicis abuti ad rem tuam? quin theologis quibusdam multum subsedit animorum ex illa nostra tam arcta familiaritate paucorum dierum. Atqui in omnibus colloquiis adeo* §.143. *nihil dictum est adversus Huttenum, ut illius venam et ingenium magnifice prædicarim apud Caracciolam et Aleandrum indignantem utrunque, idque post concilium Wormaciense, quum res Hutteni satis erant exulceratæ. Po-* §.144. *stremo utrum est propius humanitati honorifice scribere de inimicis, quo mitigemus illorum odium, an tam virulentos et plus quam hostiles libellos scribere, qualem Huttenus scripsit in amicum et benevolentem et benemeritum et bene mereri cupientem? Nondum finis criminum, sed in epistola ad* §.145. *Laurinum commemoro rumorem hic fuisse sparsum Romanum pontificem*

---

4 epist.] invectiva. cf. supra p. 16. §. 32. 10 ne tantulum ... ven. comm.] Vix quisquam hodie credat Erasmo sic loquenti de δώροισίν τ' ἀγανοῖσι, ἐπέεσσί τε μειλιχίοισιν, quamvis vulpes non capiatur muneribus. 12 scrib.] Expost. §. 121. 15 ipsius comm. e.] Fallis, nisi falleris, est tua 'vox', quamvis non omnia tua ipsa verba sint. 35 Expost. §§ 125. sqq.

Digitized by Google

nescio quid libelli scripsisse in me. Id Huttenus non veretur deierare a me confictum, quo Lutheranos gravarem invidia. Quæso quid est tam per-
§.146. *ditæ levitatis, quod iste non statim impingat amico? atqui quum hic plures sint viri boni qui sciunt rumorem vere sparsum fuisse, quum habeam a doctis amicis epistolas ex Augusta et Constantia, quibus hoc ut rem com-*
pertam scribunt, hunc pontificem Romæ palam damnasse libros meos, quum-
que illi habeant epistolas meas testantes me id nequaquam credere, quid
§.147. *superest, nisi ut omnes intelligant Hutteno esse parum frontis? Sed ausus sum hunc laudare pontificem qui male mihi quondam voluerit, quique nihil adhuc egerit unde laudari mereatur. An verum sit quod scribit Hut-*
tenus nescio: certe nihil unquam tale perlatum est ad me, nec ego quic-
quam tale de illo suspicatus sum. fuit olim mihi cum illo Lovanii civilis amicitia et, ut ipse scribit, societas studiorum; nec unquam sensi animum
§.148. *illius in me parum amicum. Quid autem de illo prædico nisi bonam spem, quam illius senectus, perpetua integritas et eruditio nobis porrigunt? istud hortari magis est quam laudare: præterita laudo, de quibus si mentiar re-*
§.149. *felli possim; de futuris bene ominor. Proinde quis non videat quam non apposite adhibitus sit iocus insulsus Hutteno 'ista facies, o Timon'; et tamen nihil addubito, quin Huttenus hic sibi videatur mire festivus. 'Sed 'ante pronunciaveram minime bonum futurum'. Quum nunquam sim Hut-*
teno de hoc pontifice loquutus, impudenter facit qui hoc ex aliquo compotore auditum mihi apud orbis tribunal crimini obiiciat. dixi me vereri ne parum æquus esset Luthero, de cæteris nunquam pronunciavi, quanquam ostenderet argumenta animi cupientis etiam Romanam curiam ad meliorem
§.150. *frugem revocare. Porro quod ait agitatum de me ut pro hæretico arri-*
perer, credo iactatum et optatum a quibusdam furiosis monachis; inter principes nunquam hoc est actum; habebam et in Hispania amicos huic qui nunc est pontifex, proximos; habebam et Romæ vivo Leone, multum dissimiles Hutteno; habebam in aula Cæsaris magnos, de quibus nec suspicabar quam essent amici: ex horum literis melius cognovi quid ageretur quam Hut-
tenus, qui latitans tantum hoc sciebat quod aliquis clancularius susurro de-
§.151. *ferebat. habeo apud me articulos ad Cæsarem delatos, quos Glapion sua manu notavit: nulla illic hæresis mentio, neque quicquam quod ad hæresim pertineat. habeo literas cancellarii Gattinarii quæ testantur fuisse suspicionem de quibusdam libellis qui ob stili venustatem viderentur esse mei, in qui-*
§.152. *bus tamen nihil esset hæreticum aut tale qualia scriberet Lutherus. Sed Ioannem Glapionem recenseo in eadem epistola citra contumeliam: nihil enim lau-*

---

[9] hunc pont.] Adrianum VI., paulo post, d. 24. Sept. a. 1523. mortuum: sub Clemente VII. alia dixisset Erasmus. [16] ista] neque Hutteni neque Luciani hæc ipsa verba sunt. [35] ob st. venust.] Nullam se ipsum laudandi opportunitatem neglexerit. at Erasmi stilus utut venustum dixerunt, Latinus tamen non fuit. [36] Expost. §§. 128. sqq.

Digitized by Google

dis in illum confero: hic Huttenus proferens δείνωσιν suam 'Quid' inquit 'Glapion? quanta et ipse tuba abs te canitur?' quum hæc mea de illo sint verba, 'Ad hæc reverendi patris Ioannis Glapionis, qui Cæsari 'erat a concionibus'. hæc est tuba qua virum illum decanto. Sed impu- §.153.
dentius est quod addit, 'Atqui solebas execrari hominis maliciam': de Glapione nunquam verbum neque dixi neque scripsi Hutteno, sed et hoc mendacium aliquis compotor illi detulit; et ex huiusmodi nœniis contexuit talem calumniam in amicum; atque hic etiam me de Glapione loquentem facit quæ mihi ne per somnium quidem unquam venerunt in mentem: Glapionem semel duntaxat tribus verbis salutavi, forte obvium, idque Bruxellæ post Wormaciense concilium; cætera literis acta sunt inter nos. quid ille molitus sit aut peregerit in Lutherum nescio; certe quicquid huius fecit, non meo fecit impulsu. ego, ut ingenue dicam, quemadmodum nun- §.154.
quam ausus sum homini toto pectore fidere, ita nunquam gessi in illum inimicum animum. mihi certe non semel strenuum amicum præbuit apud Cæsarem, quod satis habeo compertum. Iam vero festivum est quod homo §.155.
perspicax ac Lynceus ex uno colloquio nobis sic depingit Glapionem, quasi modios aliquot salis cum illo ederit. equidem quantum ingenium hominis ex prudentum narratione eque ipsius ad me literis conïicere potui, Huttenus si decem annis vixisset cum Glapione, nondum pernovisset illius ingenium. non potui vero sine risu legere, quod quum Glapioni miram vafriciem affinxisset, me facit illi simillimum. imo non tam dissimilis camelus vulpi quam Erasmus dissimilis Glapioni, si modo talis erat, qualem nobis depingit Huttenus. Sed de meis moribus erit alibi dicendi locus. Male §.156.
habet et illud Huttenum, quod in quadam epistola per occasionem insero Sylvestrum Prieratem humaniter et amanter ad me scripsisse, quum tamen illum ne titulo quidem honorifico digner; tantum aio Sylvester ille Prieras. illius ad me literas dico humanissime scriptas. O miram adulationem! 'Sed ista scribis' inquit 'in invidiam Lutheri'. imo in hoc scripsi, ut ostenderem esse causam, cur de Roma adeunda cogitarem. quodsi tantopere cuperem movere invidiam Luthero, liceret hoc aliis rationibus efficere: certe Prieratem semper contempsit Lutherus. Iam in Catalogo Marinum §.157.
Caracciolam voco reverendum patrem nuncium apud Cæsarem apostolicum, nihil aliud de illo prædicans, niši quod is præter cæteros hortatus esset me, ut scriberem adversus Lutherum. At Huttenus vocat hunc malum ho-

---

[1] *δείν.*] exaggerationem. [6] Hutteno] Neque hoc dixerat Huttenus, neque quod Huttenus dixit, simpliciter negare audet Erasmus: veris omnibus verbis mentiri didicerat Erasmus, ut vel publicos nostri sæculi proxenetas peierandique artifices æquaret. [20] nondum pernov.] Recte dicis, Erasme; nec tuum cognoverat, qui cottidie te prodere ipse solebas: candidorum et constantium animorum ea est simplicitas, ut versipelles simulatores dissimulatoresque aut omnino non cognoscant aut sero cognoscant. [21] Expost. §. 134. [32] Expost. §. 135.

Digitized by Google

minem. Quid hoc mea, si malus est? ego non prædicavi bonum: et tamen mihi bonus et commodus amicus erat, donec hæc tragœdia vitiaret omnes amicitias. Iam male habet et illud quod Eccium alicubi nomino, citra contumeliam opinor, et affingit meum de illo testimonium vetus, quale com-

§.158. *modum est ipsi, non quale a me proditum est. Sed intolerabilius, quod* [5] *in epistolis laudatur Ioannes Faber ordinis prædicatorii. is qualis nunc sit nescio; certe mihi Lovanii persuasit, quod institueret Augustæ collegium tradendis linguis ac bonis literis; ostendit diploma Cæsaris Maximiliani; de capitalibus quibusdam inimicis Lutheri atque de ipsa Romana curia plusquam hostiliter loquebatur: arridebat morum commoditas, et in sua* [10] *theologia videbatur non vulgariter eruditus. his rebus extorsit a me commendationes aliquot. quin et Coloniæ, cum illic esset Cæsar, colebat nos, et de Luthero reliquit æquissimum iudicium sua manu descriptum tum apud*

§.159. *cardinalem Moguntinum, tum apud me. Quid hic aliud criminari potest Huttenus in me nisi simplicitatem et candorem animi? si talis est nunc,* [15] *qualem ille prædicat, ego tantam vafriciem de homine Germano suspicari non potui; nec meum erat præstare qualis ille post futurus esset, non magis profecto, quam efficere potui, ne Huttenus mihi sic laudatus antehac, et laudatus ex animo, talis evaderet, qualem se declarat * in hoc*

§.160. *libello, qui nulli bono non displicet. Cæterum cum Ioanne Fabro ca-* [20] *nonico Constantiensi mihi intercessit amicitia priusquam Lutherum nosset orbis. quod si velim omnibus renunciare amicitiam qui adversantur Luthero, vix ullum mihi reliquum facerem eorum quibus ego debeo omnia. scripsit ille librum in Lutherum: at non scripsit me impulsore. * 'verum aliquando dixi librum illum omnibus merdis percacandum': qui hoc de-* [25] *tulit Hutteno, ipse nimirum est omnibus merdis percacandus, nam ea vox nec audita mihi est ex quoquam, nec mihi unquam vel in somnis venit in*

§.161. *mentem. Constantiæ præfationem duntaxat legi, laudavi scriptionis modestiam; unum locum legi, non perlegi, in quo refellit quod Lutherus scripserat, nunc demum Romæ decretum esse animas esse immortales, is mihi* [30] *non displicuit: non sum tam impudens, ut pronunciem de libro quem non perlegerim; et tamen non statim probat Lutherum cui non placet liber*

§.162. *adversus illum scriptus. Lodovicum Berum et candidum amicum et fidum patronum habui prius quam in orbe notus esset Lutherus; et hunc calculum inter felicitates meas numero: est enim multis eximiis nominibus præ-* [35] *cipuum huius urbis ornamentum, sic assertor suæ theologiæ, ut tamen æquus sit bonis literis et quietis studio, minime infensus negocio evangelii*

§.163. *restituendi, tametsi totum Lutherum nequaquam approbat. Quodsi Hutteno decretum est indignari omnibus qui male sentiunt de Luthero, quare solum hunc perstrinxit, cum hic sint innumeri? quanquam Berus is est qui nec* [40]

---

[3] Expost. §. 136. [5] Expost. §. 137. [20] Expost. §. 138. [33] Expost. §. 139.

Digitized by Google

bene dicta Lutheri depravet, quemadmodum faciunt multi, nec stolide vociferetur in quenquam. certe nihil minus est quam curtisanus. et huius viri nomen Huttenus tam illoto sermone tanta perstringit acerbitate, quasi patrem ipsius necasset, cum ille nunquam verbo læserit Hutteni vel rem vel nomen vel amicum. Huic adiungit Ioannem Gebvilerium, qualis qualis est, quidvis potius quam curtisanum: quicum mihi usque adeo nihil est familiaritatis, ut nec ille unquam viserit ædes meas, et ego illius ne noverim quidem, neuterque alteri vel in via sit unquam locutus; et tamen ita scribit Huttenus male edoctus a suo suggestore 'Atque hos habes domi tuæ, cum me excludis, et quotidianis confabulationibus dignaris'. De Gebvilerio dixi quæ mihi sit cum eo familiaritas; Berus amicus ac vicinus etiam nonnunquam vix intra duos menses me semel invisit. O quotidianas confabulationes! sed quid imputes Hutteno? sic illi detulerat choragus huius fabulæ. Quid cogitabunt hæc legentes, qui rem noverunt? Sed Latomum, Ecmondanum, Atensem olim vituperatos, nunc partim ambigue, partim oblique tracto in epistolis. Cum esset inter nos fœdus adversus hostes linguarum et bonarum literarum, fateor me nonnunquam questum per epistolas apud amicos de quorundam pertinaci conspiratione adversus meliora studia; et ita cum illis bellum gessi, ut semper essem propensus ad pacem, si contigisset: itaque a Latomo semper temperavi, sperans fore ut desineret; Ecmondano nunquam blanditus sum; Atensis vir erat nec inhumanus nec iniquus bonis literis, sed ingenio iritabili; itaque per quosdam monachos ac theologos protrusus est, ut ageret odiosam fabulam; et qui huc adegerunt hominem, eadem opera adegerunt in mortem: erat enim imbecilli valetudine et iræ impatiens, iniuriæ insolens. ac post huius mortem maxime cœpit ea tragœdia incrudescere, ut intelligas illum multa moderatum. porro quod de eo scripsi, illum ab omnibus esse laudatissimum, nec unquam tamen satis laudatum, hoc etiam ipsi theologi Lovanienses cum risu legerunt: laudabatur enim quotidie solennibus encomiis in schola, tanquam vicecancellarius eius academiæ. Mihi certe quod ad ipsius naturam attinebat, non erat iniquus, qui solus omnium autor fuit pacis cum theologis sarciendæ; doctrina iudicioque longo intervallo superabat omnes; mihi moriturus etiam denunciabat pacem et amicitiam, quod ad ipsum attineret. Denique veretur Huttenus, ne cum Leo quoque in gratiam redeam. Nec id gravarer facere, dicam enim ingenue, si ille declararet animum amicitia dignum; salutavi hominem Caletii forte obvium et dextram dextræ iunxi; quid ni cum iam inter nos debellatum

§.164. §.165. §.166. §.167. §.168. §.169.

---

[9] scrib.] Expost. §. 140. [13] choragus] Satis notum est in Eppendorffium stringi hos mucrones. [14] Expost. §. 141. [21] Neque Nicolaus Egmondanus Carmelita Erasmo umquam blanditus est, sed superbiæ eum ac mendacitatis reum Lovanii fecerat. [22] iritab.] *una* r *uti solebat Frobeni off. in hoc vocab.* [34] Expost. §. 143.

Digitized by Google

§.170. *esset? cæterum adversus Leum nihil attulerunt momenti auxilia Germanica: cum scriberent amici Germani, vel invito me Germanos dilaceraturos Leum, primum dissuasi; id si non possem obtinere, admonui ut argumentis agerent potius quam convitiis, cumprimis autem temperarent ab iniuria gentis, quod tamen factum non est, me vehementer improbante.*

§.171. *dialogum adversus Leum scriptum constanter ac perpetuo damnavi; post ingentem epistolarum fasciculum a diversis eruditis satis hostiliter scriptum in Leum adeo pressi, ut duobus tantum amicis fecerim inspiciendi copiam, Dorpio et Moro, et quibusdam hortantibus ut evulgarem, respondi mihi*

§.172. *decretum esse quiescere in posterum, si conquiesceret Leus. Habes, lector, omnia quibus animus Hutteni poterat exulcerari, atque in his vides quam nihil sit quod vulgarem etiam amicitiam deberet dirimere. Venio nunc ad illud quod ille vult esse totius causæ caput: in quo tamen non expedit nimium probari Hutteno, ne dum Scyllam fugio, deferar in Charybdim: id ita proponit, ut statim coniungat duo palam falsissima, *me pridem*

§.173. *fuisse factionis Lutheranæ, nunc totis viribus oppugnare rem evangelicam, quum perpetuo sim aversatus illam factionem nec unquam desierim quanta possum synceritate provehere rem evangelicam. Sic autem assumit, magnificis quidem verbis, sed parum pudenter. 'Quid' inquit 'tandem esse possit, cur tu qui Romanum Pontificem nuper in ordinem redigebas nobiscum, ipsam Romam scelerum ac improbitatis sentinam vindice calamo increpabas, bullas ac indulgentias detestabaris, ceremonias damnabas, curtisanicam exigebas, ius canonicum et pontificum scita execrabaris, in summa, universam illius status hypocrisim severissime profligabas, is nunc*

§.174. *'retro actus contraria sequaris et cum hostili parte societatem ineas'? rursum alibi 'Qui sepultam pietatem refodiebas, evangelium e latebris in lucem reducebas, fidem et religionem instaurabas, is nunc ad eandem conculcandum, eiiciendum, prosternendum et interimendum operam profiteris.' Eamus nunc et dicamus huic criminatori esse aliquid frontis! hunc in modum causæ summam proponit Huttenus, et quod semel assumpsit, subinde verbis aliis atque aliis inculcat et exaggerat, quasi quod per se vanum est, sæpius asseverando fiat verum. atque hic expedit omnem orationis copiam, omnem vim ac vehementiam. ubi fundamentum totius dictionis inane est ac frivolum, quo magis oratione tumultueris, hoc magis perdis aquam et operam; neque enim hic licet in causa seria quod in fictis etiam controversiis fieri solitum reprehendit Quintilianus, ut quis suo ar-*

§.175. *bitratu fingat cui respondeat. Mire se torquet dum expendit quibus causis*

---

[12] Expost. §. 144. sqq. [19] inquit] Expost. §. 33. [26] alibi] Expost. §. 150. [29] Mirum est astutum Erasmum non persentiscere quanto in Spongiam potius quam in Expostulationem quadrent quæ ipse, quasi coram pueris erudiendis docendum sibi esset, proponit. [36] Quintil.] Inst. or. XII. 1.

Digitized by Google

ab instituto tam sancto ad rem sceleratissimam transferri potuerim. at in hoc erat illi laborandum, ut doceret esse verum quod assumit. Ibi vehemens orator nihil habet quod dicat, nisi 'quidam mihi narrarunt'. Graviter et atrociter exclamat in eum qui deserta et prodita causa evangelica transfugerit ad partem diversam, qui pecunia corruptus bonos viros, veritatem evangelicam, libertatem publicam summis viribus oppugnare cœperit: atqui hoc quod assumit, aut convenire debuit inter nos, aut idoneis argumentis erat probandum, priusquam veniret ad illos suos affectus tragicos. tot §.176. *epistolis, tot libellis, tot testificationibus perpetuo clamo me neutri factioni velle involvi; quur id statuissem, multas reddo causas, et tamen non omnes prodidi; atque hac in re nihil me accusat mea conscientia apud iudicem Christum: in tantis rerum tumultibus, in tantis etiam periculis et famæ et vitæ ita moderatus sum mea consilia, ut nec tumultus autor essem, nec causam quæ mihi non probabatur adiuvarem, nec evangelicam veritatem alicubi proderem. Si hoc indignatur Huttenus, quod non profitear* §.177. *una cum ipso Lutherum, iam ante triennium id testatus sum in coronide addita colloquiis familiaribus Lovanii, me ab ea factione alienissimum et esse et semper futurum; nec ipse solum absum, verum amicos quoscumque potui, ut eadem facerent, pro mea virili sum adhortatus et adhuc adhortor, nec id facere desinam. Factionem appello studium illud animi velut* §.178. *in omnia quæ Lutherus scripsit, scribit aut scripturus est, iurati; atque hic affectus sæpenumero bonis etiam viris imponit. quin et palam omnibus amicis denunciavi, ut si me non possent amare nisi Lutheranum, sumant in me quemcunque velint affectum. Amo libertatem; nulli factioni servire nec volo nec possum. Amicorum causa non erant, inquit, deserendæ Lu-* §.179. *theri partes, quorum aliquot iactat etiam de me bene meritos, qui tam non possint avelli a Luthero quam ab ipsa veritate. Quos amicos narret nescio; *ego video multos antehac Luthero deditissimos, nunc partim mussare, partim tædere Lutherani nominis, partim damnare quod prius approbabant. Si quisquam amicus tantum apud me valuit unquam, ut in ipsius* §.180. *gratiam me addicerem Lutheranæ factioni, eidem hoc largiar, ne ab illius factione desciscam; si me quisquam vidit tam potum, ut totum Lutherum probarim, patiar ut me vocet rhipsaspidem pro Erasmo. *Quid autem* §.181. *mirum si ego recusem nomen Lutherani, cum hic neminem videam qui sustineat dici Lutheranus? nam quod Huttenus ægre admittit hanc appellationem, mirum videri non debet, cum nec ipse Lutherus agnoscat eum, ac patrocinium etiam aversetur; et nisi me plane fallit animi coniectura, mallet Erasmum adversarium quam Huttenum propugnatorem. *sed illius res fortasse sic habent, ut illi bono sit Lutherani vocabulum, utpote quod*

[25] inquit] Expost. §. 144. [33] ῥιψάσπιδα = clipeo abiecto fugientem. dicebatur etiam ἀσπιδαποβλής, ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα, hastam abiecit.

Digitized by Google

§.182. *ipsum nunc solum et tueatur et alat. Nihil unquam damnavi Lutheri odio quod recte dictum esset, nec unquam approbabo illius amore quod mihi secus dictum videtur. Si fuissem illi iuratus aut illius sodalibus, tamen laudatur is qui resipiscit. nunc me dehortante res hæc cœpta est: norunt*

§.183. *hoc impense Lutherani quondam, nunc quales sint nescio. Quid in Lu-*
*thero metuerim, declarat illa prima epistola quam ad illum scripsi: *de-*
sidero in Lutheri scriptis modestiam et mansuetudinem evangelicam, noto
pervicaciam asseverandi; eadem quo magis in eo desiderem, faciunt illius
libelli, qui prodeunt indies atrociores, etiam in summos principes, quos

§.184. *quales quales sunt, non expediebat iritari. *Et inter amicos dolens ali-*
quoties dixi me dubitare de spiritu illius, nec unquam tamen certo pro-
nunciavi. Hoc tantum hactenus iudicavi de Luthero et in eo constantissi-
mus fui, scriptis, dictis, clam, palamque eadem testificans. Ubi est igitur
ista mirabilis inconstantia mea? vereor ne istos magis offendat mea con-

§.185. *stantia. 'Sed omnibus rebus omissis, totus feror in Lutherum': isthuc Hut-*
tenus audivit ex compotore quopiam; verum vel ex Achate illo suo Epphen-
dorpio discere potuit me tum nihil minus agere quam hoc quod obiicit:
iam tunc agressus eram paraphrasim in Lucam, in qua totus eram, quum
hanc tragœdiam exordiretur Huttenus, propugnator evangelici negocii.

§.186. *'Cæterum in catalogo promitto tres dialogos adversus Lutherum': proferat*
mihi hoc verbum ex scriptis meis adversus Lutherum. aio de Lutherano
negocio 'collationem appello verius quam disputationem'; et eos aio con-
ceptos magis quam inceptos, nec admodum in animo esse perficere; quod
si perfecero, non prodituros nisi autoribus his quorum intererit; et interim

§.187. *moneo lectorem, ne ex hac pollicitatione faciat præiudicium. Primum igi-*
tur non promisi hos dialogos, et si promisi, non promisi populo, sed pon-
tifici et Cæsari, ut horum arbitrio vel premantur vel ædantur; et in his
tamen promitto summam erga Lutherum æquitatem. Qui scit igitur Hut-
tenus, an his dialogis sublevandus sit Lutherus, an affligendus? nam utrun-

§.188. *que fieri potest, quum illic adfuturus sit qui Lutheri partes agat. Iam*
audio quosdam dicentes 'Interea suspendis hominum animos, qui non pro-
nuncies quid sentias de Luthero'. Primum nec vacat intendere his quæ
multa scribit Lutherus, et si vacaret, de toto negocio pronunciare longe
supra vires meas est. Quid autem pronunciem? si totum Lutherum damnem,
video cui parti addam animos et quantum bonorum obruam; si totum pro-
bem, primum fecero arroganter, qui probem quæ forte non intelligo,
**deinde coniecero me in factionem, quæ plurimos habet cum quibus mihi*

§.189. *nihil velim esse commercii. Qui Lutherum oderunt, etiam me tacente*
oderunt; qui favent, non ideo flagitant meam sententiam, ut æquum au-
diant, sed ut habeant suæ sententiæ propugnatorem; si divisero senten-
tiam, utrique parti quædam tribuens, quædam adimens, utrinque me di-
*lacerandum præbuero, nec aliud quam novos excitaro tumultus: *itaque*

Digitized by Google

*mihi consultius visum est hic conquiescere, donec principes et eruditi studiis omissis expetant ea consilia *quæ sine tumultu prospiciant evangelicæ veritati et gloriæ Christi. Bellum vero est, quod dum studet videri festi-* §.190.
vus, ait mihi ceu Caiphæ verum excidisse dictum, Lutheranam doctrinam totam opprimi non posse, nisi simul corruat bona pars evangelicæ syncæritatis ac publicæ libertatis, quasi non idem semper constantissime tum dictis tum scriptis sim testatus. Et hoc me discruciat, istos sic causam agere, quasi servari nolint, tametsi siquid recte docet Lutherus, non est Lutheri, sed Christi. Iam fingat me scribere contra Lutherum, an eius §.191.
rei ius non erit ei qui cum Luthero nunquam habuerit fœdus, et quo dehortante rem et cœpit et hucusque provexit? Fingat me initio fuisse Luthero fautorem, an ideo erunt mihi probanda omnia quæ scribit, quia placuerunt exordia? Quid si Lutherus posthac scribat adversus articulos fidei? an Huttenus vetabit adversus eum scribere? Cur autem Huttenus §.192.
usque adeo ferocit adversus eos qui scribunt adversus Lutherum, cum nihil intersit inter disputantem et scribentem? Lutherus ad disputationem etiam provocat. Si doctrina illius syncera est, per contradictionem velut aurum igne purgatum magis elucescet; sin falsa est, recte impugnatur ab omnibus; sin quædam habet falsa veris admixta, repurgatur. An protinus §.193.
subvertero totum evangelium, si cum Luthero disputem, an quilibet Christianus sit sacerdos, an omnia sanctorum opera sint peccata? Lutherus ipse non formidat meum, imo nec cuiusquam assultum, sed forti animo expectat Erasmum si prodeat. Quid igitur tumultuatur Huttenus, suspectam interim reddens Lutheri doctrinam, quam ita demum credat fore stabilem, si nemo labefactet? Hæc loquor, non quod mihi sit animus congredi cum §.194.
Luthero, si liceat conquiescere, sed ut Hutteni calumniis respondeam. Ego Vertumnum, Proteum ac Polypum egi, memet in omnia vertens, nihil non et faciens et patiens, ne pertraherer in hanc arenam gladiatoriam. in aulam pertrahentibus manibus ac pedibus excusavi me; intentata ex altera parte pericula partim declinavi, partim propulsavi, partim dissimulavi; Cæsari me subduxi; fortunas oblatas constanter recusavi; tot monarchis, tot principibus, tot amicis huc vocantibus excusavi me. 'Sed qui te incitant' §.195.
inquit 'adversus Lutherum, aut potentissimi sunt aut pessimi, aut utrunque'. Tanto magis Huttenus debebat admirari constantiam meam: qui potentissimi sunt, his in proclivi est et perdere et servare; qui pessimi sunt, facillime lædunt; qui sunt utrunque, magis etiam sunt formidabiles: et tamen hactenus nec ab his perpelli potuit Erasmus ille infirmus et imbecillis et ad quamvis auram mobilis. Interim irridet et illud quod scripsi §.196.
totum mundum acuere stilum in Lutherum, et minitatur fore Lutheranos qui stilum acuant in me, iubetque sibi commonstrari alium quendam mun-

---

4 ait] Expost. §. 222. 33 inquit] Expost. §. 205. 36 irrid.] Expost. §. 102.

Digitized by Google

dum, quasi hic totus stet a Luthero. An hic commemorem quam multi scripserint in Lutherum? Apud Italos Sylvester Prierias, Thomas Todiscus, Iacobus de Vio, Catarinus; apud Germanos Eccius et Minorita quidam Lipsiensis, nomen excidit, Gocleius, Ioannes Faber et Hochstratus; apud Gallos tota academia Parisiorum, Iustinianus Augustinus; apud Lovanienses Latomus, Ioannes Turenholtius, Eustathius dominicanus, Vincentius eiusdem ordinis; ex aula Marlianus Tudensis episcopus et Rimaclus Cæsaris a secretis; apud Anglos rex ipse, Ioannes episcopus Roffensis, ac tertius quidam tam amarulentus, ut ipsi Luthero possit medium unguem ostendere; apud Hispanos Stunica et Caranza; his adde bullam Leonis et ædictum Cæsaris. iam plurimi sunt qui nondum ædiderunt sua, plu-

§.197. *rimi qui nondum absolverunt, plurimi quos ego non novi. Hæc ideo tantum recenseo, ut declarem hyperbolen meam sine causa irrisam ab Hutteno. Porro Lutheranorum in me libellos adeo non metuo, ut doleam non prodisse ante treis annos. *imo mihi nonnunquam fuit in animo subornare quempiam, qui provocaret huc aliquem insigniter Lutheranum: nec enim alia res me poterat liberare invidia: nam *Huttenus nihil minus est quam Lutheranus, et huiusmodi nænias scribere nihil minus est quam scribere; *nec unquam tam male sensi de Lutheranis, ut suspicarer illorum quenquam tales sycophantias in quenquam velle scribere; nec ipsi Luthero puto me tam esse invisum, ut talem libellum in me scriptum ap-*

§.198. *probet; quanquam si approbaret, haud magnopere commovear. Sed Metius interim conquiesco, intentus ad eventum belli, dignus qui dilacerer ob perfidiam. Si dignus est malo qui suis laboribus suoque sumptu studet utrique parti prodesse, quo præmio dignus est qui suis tumultibus suaque stulticia utramque partem lædit, et hanc iritans quam non possit compescere, et alteram invidia degravans, imo gravissime lædens eam cui fa-*

§.199. *vere se iactat, et sublevans eam cuius se profitetur hostem? Nec consisto interim ociosus, ut ille Metius, sed perenni studio qua licet rem evangelicam proveho. pugnent iuvenes, ego iam me ad eum diem compono, qui me hinc evocabit ad tribunal Christi, qui tametsi nulli non venturus est, tamen mihi sane procul abesse non potest. Video quantis odiis, quantisque conviciis res agitur. difficillimum est inter hæc tenere tranquillitatem illam animi Christiani; dum paraphrases meditor, sentio componi motus animi mei, meque meipso fieri meliorem. et sunt in utraque parte qui mihi gratias agant, profitentes sese ex his vigiliis meis capere fructum.*

§.200. *fatetur et hoc Huttenus, esse quod maiori cum fructu possim agere quam*

---

[2] Thomas Todisc.] Rhadinus, dominicanus. [3] Iacobus de Vio]? Thomas? [4] Lips.] Augustinus Alveldius. Gocl.] Ioa. Cochlæus, non Goclenius, ut Stolzius opinatus est. Ioa. Faber] Constantiensis. [9] tertius] Thomæ Mori responsio ad convicia Martini Lutheri a. 1523. scripta Guilelmi Rossei nomine edita est. Eam significari ab Erasmo conicio. [22] Expost. §. 210.

Digitized by Google

si scribam adversus Lutherum, atque huc me hortatur. Cur igitur hoc agentem talibus epistolis interpellat? tergiversatorem me vocat, quod varius sim in epistolis: an me vellet eadem ad omnes scribere, velut eundem calceum cuivis pedi addentem, præsertim quum ad personarum varietatem accedat et rerum et temporum diversitas? In tali vero dissidio, in tam di- §.201.
versis studiis qui vitari potest quin oblique scribas quædam? Dicet 'præstiterat tacere'. Utinam isthuc mihi liceat; sed premor, urgeor, obruor, ut necesse sit a me depellere invidiam. Paulus quoties mutat orationem suam, nunc blandiens, nunc obiurgans, nunc obsecrans, nunc minitans, multa dissimulans? non in hoc est inconstantia, sed in scopo qui illi semper idem est, utcunque mutat vocem aut vultum. Doceat quis- §.202.
quam me mutasse institutum, et obiiciat inconstantiam: verum ipsa res indicat me perpetuo hoc agere quod olim institui: proveho bonas literas, ac synceriorem et simpliciorem illam theologiam pro viribus instauro, idque quoad vivam facturus sum, sive amico sive inimico Luthero, quem ego pro homine habeo et puto falli posse et fallere: Lutherus cum cæteris transibit, Christus manet in æternum. Quodsi Lutherus §.203.
*spiritu Christi ducitur, precor ut Christus bene fortunet quod agit, sin minus, miseret me publicæ calamitatis. Magnifice vero de utriusque animo pronunciat Huttenus: ait me Luthero ex animo charum esse, cum ego in illum animo sim iniquissimo. O me hominem ingratum, qui non redamem amantem! de animo Lutheri in me nihil hic disputabo, nec causabor epistolas quas de me scripsit suis amicis non admodum amice: in tali negocio non est spectandus affectus privatus, neque refert quam conveniat Erasmo cum Luthero, sed quam conveniat reipublicæ Christianæ cum evangelica doctrina. * Quodsi rationem haberem privatorum incommodorum, nulli* §.204.
magis indignari debebam quam Luthero qui me meosque libros tanta degravavit invidia, quique mihi omnes ferme amicitias vel disrupit vel malo fermento vitiavit, nec parum attulit incommodi bonis literis a me semper defensis, tum vetustis autoribus quorum autoritatem restituere conor. sed quicquid est humanum, posthabendum est, ubi agitur de gloria Christi deque synceritate fidei catholicæ, cui utinam Lutherus vel quivis alius consuluisset et librorum meorum et fortunarum omnium et huius denique capitis iactura. Cæterum unde novit Huttenus quid animi habeat Lutherus erga me? §.205.
Sic compotor quispiam illi retulit, et ille audivit ex alio, rursus ille ex alio; atque ita per viginti transfusus rumor ad ipsum pervenit: ex his contexit libellos. Nihilo plus novit quo animo ego sim in Lutherum: 'sed non- §.206.

---

[2] vocat] Expost. §. 123. [3] eadem] quasi non diversissima sine animi inconstantia, sine calumniis et adulationibus scribi possent. [20] ait] Expost. §. 202. [30] quarum *1. sqq.* [35] compotor] De vino avide Huttenus nunquam, Erasmus multis locis quasi pusillus Furius Bibaculus scripsit.

Digitized by Google

'nunquam disputo adversus Lutherum': hoc mihi novum non est: nonnunquam in eodem convivio Carneadem referens disputo pro Luthero et contra Lutherum, aliquando animi gratia, interdum expiscans quid hic aut ille sentiat, aliquoties et discendi causa. nec unquam tamen ea disputatio apud me excessit in aliquam amarulentiam: æquis auribus utramque partem au-
§.207. *dire possum. mihi placet hæc libertas in conviviis et familiaribus colloquiis, qua sæpe utor immodice, aliorum animos ex meo æstimans. Ac ne me vitiis omnibus liberem, hoc mihi vitium est præcipuum, sic insitum, ut ægre possim vincere: quum non semel expertus sim quosdam oblitos quam multa ipsi liberrime dixerint, quod a nobis dictum fuerat meminisse ac re-*
§.208. *ferre et per occasionem impingere, multis interim ut fit affictis ac depravatis. atqui decebat ea quæ inter pocula dicuntur, in vino scribere. quoties in conviviis imperium transtulimus in Iulium pontificem, et summum pontificium in Maximilianum Cæsarem; deinde collegia monachorum matrimonio copulavimus collegiis monacharum; mox descripsimus ex illis exercitum adversus Turcas, deinde colonias ex iisdem in novas insulas: breviter universum orbis statum vertebamus: sed hæc senatusconsulta non inscribebantur æreis tabulis, sed vino, sic ut sublatis poculis nemo meminis-*
§.209. *set quid a quo dictum esset. Maioris etiam incivilitatis est criminationem struere ex his quæ amici freti fide nostra libere nobiscum nugantur per literas. habeo qui ex intimis amicis mihi facti sunt capitales hostes, nihil non molientes in exitium meum; nunquam tamen sustinuit animus meus ut vel e secretis colloquiis, dum constaret familiaritas habitis, vel ex epistolis quicquam illis obiicerem: tum enim mihi dignus viderer qui ex universo*
§.210. *hominum contubernio in ferarum consortium protruderer. Verum illam ad Laurinum epistolam appellat odiosam insectationem. proferat ex ea verbum unum odiose dictum in Lutherum: nulla hæresis, nulla hæretici mentio, tragœdiam appello, dissidium ac tumultum appello, quibus verbis de evangelico quoque negocio loqui poteram: tantum placo quosdam Lutheranos, qui nullo iudicio feruntur impotenti quodam impetu et ad quamvis*
§.211. *levem rumorem excitant tragœdias. Vide vero quam causam affingat impudenti lemmati: 'Ideo tam iniquo est animo in Lutherum' inquit 'quia cœ-'pit illi invidere tantam gloriam, postea quam illius libri prope magis sunt 'in manibus hominum quam ipsius'. Non invideo Luthero suam famam: imo malim quovis Care esse obscurior quam habere famam illius; quam si patitur amore Christi, plusquam mortem patitur nec æquum est ut quis-*

---

[2] Carneadem sane, hodie pro iustitia, cras contra eam disputantem, refers. (Lactant. V. 14.) [12] quoties] Ingeniose. nam Iulium II. imperatorem potius quam pontificem fuisse æque constat atque Maximiliani I. cogitatio de pontificatu sibi deferendo. [26] appell.] Expost. §. 32. [32] Ideo *etc.*] Non sunt hæc ipsa verba Expost. §. 35. [35] Caris loco (i. e. nihili) haberi, in proverbio ex Hom. Il. IX. 378. (*τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ.*)

Digitized by Google

quam bonus illi invideat; sin aliter est, prorsus insaniat qui talem famam cuiquam invideat. Ego si queam assequi, cuperem mea perpetuo et omni- §.212.
*bus regionibus legi potius quam temporario favore rapi; quodsi non me-rentur ipsa utilitate favorem lectoris, manum non vorterim, etiamsi nemo legat. 'Sed pueri' inquiunt 'cunis Lutheri nomen vocare assuescunt'. præ-stiterat ut assuescerent vocare nomen Iesu; quanquam ubi sint isti pueri nescio; fortassis Huttenus illos vidit in arce Francisci. * ego quotidie ex-perior quam multi potentes, docti, graves et boni viri execrentur Lutheri nomen, quorum talis est eruditio, talis vitæ synceritas, ut vix possim su-spicari vel affectu errare illos vel iudicio. * Ac ne de sede quidem Ro-* §.213.
*mana unquam inconstanter loquutus sum: tyrannidem et rapacitatem cæ-teraque vitia, de quibus iam olim vetus ac bonis viris communis querela est, nunquam probavi. * nec indulgentias usquam in totum damno, etiamsi cauponationes illas impudentissimas semper detestatus sum. quid de cere-moniis sentiam, libri mei multis locis testantur. * Ubi vero execratus sum* §.214.
*ius canonicum et pontificum scita? * Quid autem sit pontificem in ordinem redigere, non satis intelligo. Primum opinor fatebitur Romæ esse eccle-siam: nam multitudo malorum non efficit, quo minus sit ecclesia, alioqui nullas haberemus ecclesias. et arbitror esse orthodoxam: nam siqui mixti sunt impii, tamen in bonis manet ecclesia. huic autem ecclesiæ dabit opi-nor episcopum; eum patietur esse metropolitanum, posteâquam tot sunt ar-chiepiscopi in his regionibus, in quibus nullus unquam fuit apostolus, quum Roma habeat et Petrum et Paulum, duos sine controversia summos. iam inter metropolitanos quid absurdi sit si primus locus detur pontifici Romano? nam hanc tantam potestatem, quam sibi seculis aliquot usurparunt, nullus audivit me defendentem. Sed Huttenus non fert pontificem pestilentem.* §.215.
id optamus omnes, ut pontifex sit vir apostolico loco dignus. quid si is non contingat? 'depellatur'. atqui eadem ratione depellendi essent omnes episcopi qui non funguntur officio suo. 'Sed præcipua mundi pestis iam multis annis fluxit a Roma'. Utinam liceret isthuc inficiari; at iam contigit pontifex, qui summis ut arbitrór viribus hoc agit, ut eam sedem et curiam nobis purgatam reddat. Id non sperat Huttenus. et tamen multa sunt quæ spem aliquam ostendunt; et charitas, iuxta Paulum, sperat omnia. Quodsi Huttenus vitiis §.216.
bellum indixit non hominibus, Romam properet, adiuvet hunc pontificem hoc conantem quod ipse molitur. sed Huttenus indixit bellum Romano pon-tifici et omnibus qui illi adhærent. etiamne bono pontifici bellum indixit? quid autem faciet his qui volentes nolentes adhærent pontifici? quid faciet Cæsari qui pontifici iunctissimus est? Quodsi bellum appellat depopulari

---

[5] inquiunt] Expost. §. 200. *Hoc ridiculam bilem movit Erasmo.* [11] inconstan-ter] cf. Expost. §§. 33. 118. 168. sq. et vide supra §. 126. [15] Ubi vero *etc.*] cf. Ex-post. §. 33. [33] Paul.] ep. I. ad Cor. XIII. 7. [37] faciat *5. 6.*

Digitized by Google

*agros, exscindere urbes, diripere opes, depellere possessione, *Huttenus hac-*
tenus tantum maledixit pontifici, nec ullam muscam Romanensem læsit,
§.217. **nisi protinus iugulatos existimat, in quos iacit convicium. *Sed videat*
*an expediat iritare quos iritatos non queas opprimere. *Romanenses*
optarent semper sibi tales hostes, qualis est Huttenus. Quodsi malum Ro-
manæ curiæ non poterat aliter sanari quam bellico tumultu, confusis ac
subrutis omnibus, quum hic nihil possit Huttenus, satius erat sinere τὸ εὖ
§.218. *κείμενον κακὸν quam tanto orbis malo movere Camarinam. *Vellem*
autem ex Hutteno scire quos sentiat, quoties dicit 'nos' et 'nobis': nam hoc pro-
nomine frequenter utitur: an omnes qui quoquo modo favent Luthero et male
volunt Romano pontifici? At ego video varium esse genus hominum in hac
classe: sunt enim quidam homines docti, meoque iudicio minime mali, qui
pleraque probant et cuperent accisam esse Romani pontificis potestatem, cu-
perent pro mundano principe doctorem evangelicum, pro tyranno patrem;
§.219. *optarent subversas mensas mentium ac vendentium in templo domini; opta-*
rent cohercitam intolerabilem impudentiam indulgentiariorum, composition-
nariorum, dispensationariorum, bultariorum; optarent multum decedere
ceremoniis et addi studio veræ pietatis; cuperent evangelii vigorem, quod
iam pene obsoleverat, reviviscere; cuperent divinæ scripturæ autoritati ce-
dere dogmata et opiniones hominum; cuperent humanas constitutiones non
præferri præceptis dei; nollent scholastica decreta quævis habere vim ora-
§.220. *culi; dolentes populum Christianum gravari quibusdam humanis constitu-*
tionibus, veluti de delectu ciborum, de multitudine festorum, de reserva-
tione casuum, de gradibus cognationis astrictis, de cognatione spirituali;
vellent etiam quædam humana placita cedere publicæ utilitati, quod genus
est ex solo consensu coire matrimonium; cuperent explicari conscientias
hominum, nimis multis laqueis impeditas; cuperent conciones esse liberas
ac sanctas, cuperent episcopos qui nunc magna ex parte nihil aliud sunt
quam mundani principes, esse vere episcopos, monachos quibus nunc nihil
§.221. *est mundanius, esse vere monachos. Hi Luthero favent hoc nomine, quod*
hanc provinciam fortiter videatur aggressus. cum his mihi si fœdus non
est, certe manet vetus amicitia, literarum glutino conciliata, etiamsi non
*consentimus in omnibus. *horum nullus est qui Hutteni conatus probet, ne*
§.222. *ipse quidem Lutherus. *Sunt rursus quidam indocti, nullius iudicii, vitæ*
impuræ, obtrectatores, pervicaces, intractabiles, sic addicti Luthero, ut
nec sciant nec servent quod Lutherus docet; tantum evangelium habent in
ore, negligunt preces et sacra, vescuntur quibuslibet, et maledicunt Ro-
§.223. *mano pontifici: sic Lutherani sunt. *Horum inconditos tumultus et incon-*
*sulta consilia principes ac magistratus tandem cogentur opprimere: *ita-*
que fiet horum vitio, ut nec illa corrigantur de quibus mundus merito que-

---

[3] nec ull.] Et tamen infra homicidii reus fit. [7-8] τὸ εὖ κ.κ.] bene habens malum

Digitized by Google

ritur. atque inter pocula plerumque feritur fœdus evangelicum. Adeo vero stupidi sunt fere, ut non intelligant sese plurimum officere causæ cui favent, et qui velit illis prodesse, necesse habeat eos fallere, veluti quum medicus imponit phrenetico daturus pharmacum. Cum hoc hominum ge- §.224.
nere nullum optarim ego commercium. at nec Huttenus videtur hos probare, quos Vicanos appellat. Sunt alii, quos suspicor non favere negocio evangelico, sed inhiare in prædam, ut sub evangelii prætextu latrocinium exerceant; hos nec ipse probat Lutherus: habent enim longe diversa dog- §.225.
mata, nimirum hæc: qui prætexere potest aliquid nobilitatis, ei ius est adoriri viatorem in publica via et spoliare aut captivum abducere, ius est, ubi quod erat nummorum, vino, scortis et alea decoctum est, bellum indicere cuicunque visum est commodum. hæc dogmata non habet Lutherus. For- §.226.
tasse sunt nonnulli qui rebus omnibus profligatis ac perditis Lutheranos se fingunt, ut hoc titulo sibi pariant fautores. an hos omnes Huttenus suscepit defendendos? quoties enim de Lutheranis quibusdam loquor, ille commovetur. Si querar a Lutherano quopiam mihi marsupium detractum in §.227.
itinere, an Huttenus arbitrabitur hoc ad se pertinere? nam quod semel queritur se proprie morsu petitum a me, quoniam nec locum indicat nec rem, ne mihi quidem libet divinare. certe quum illa scriberem, non erat animus Huttenum lædere, cui favebam literarum duntaxat nomine; et si quid tale fuisset, quod secus habet, quid hoc ad hanc insectationem tam criminosam? Si me decies petisset oblique, dissimulassem. Quoties autem re- §.228.
vocat me ad suas partes, quo iubet me venire? ad viros bonos et evangelicos? ego libenter advolarem, si quis commonstret: si quos novit qui pro vino, scortis et alea semet oblectant sacra lectione sanctisque confabulatiunculis; qui neminem fraudant pecunia debita, sed ultro largiuntur non debitam egenti; qui adeo non maledicunt immerentibus, ut convicium ingestum etiam placido responso molliant; qui nemini vim aut inferunt aut minantur, sed iniuriam etiam beneficio pensant; qui adeo nulla movent dissidia, ut memores Christum beatos appellasse pacificos, ubicunque possunt concordiam et pacem sarciant; qui non iactant glorias suas, laudem venantes vel ex malefactis vel ex his quæ non gesserunt ipsi, sed omnem etiam benefactorum gloriam transferunt in Christum; siquos novit, inquam, huiusmodi moribus vere evangelicis præditos, commonstret et habebit me sodalem: nam ego Lutheranos video, evangelicos aut nullos aut admodum §.229.
paucos video. Ut igitur non semoveo ab amicitia mea doctos qui moderate et cum iudicio favent Luthero, ita nec altera ex parte desino eos habere amicos qui pio studio et cum iudicio moderate Lutherum insectantur: ete-

---

[6] appell.] Expost. §. 194. [8] §§. 225. sq. in ipsum Huttenum Eppendorffiumque conceptas esse ignavia scriptoris dissimulat. [18] queritur] ubinam? nam §. 28. expostulationis nec Erasmica detorquendi ars huc traxerit. [30] Matth. V. 9.

Digitized by Google

nim ut demus hos errare iudicio, tamen affectus est pius, quum persua-
§.230. *sum habeant, per Lutheri doctrinam innumeras animas perire. Et tamen*
per occasionem utrosque moneo, si mihi videantur addictiores suæ parti.
neque enim hic institutum est pronunciare de Luthero, sed Hutteni ca-
lumniis respondere. Quid mea civilis amicitia nocet Luthero? fortassis ali-
§.231. *cubi prodest. Reverendus pater Ioannes episcopus Roffensis scripsit in-*
gens volumen in Lutherum. iam olim usus sum illo viro et singulari amico
et constantissimo patrono: an iubebit Huttenus ut illi denunciem inimici-
§.232. *tiam, quia stilum acuit in Lutherum? Cum eruditis ferme omnibus mihi*
intercesserat amicitia ante Lutherum cognitum: ex his quidam post cœpe-
runt favere Luthero, non ideo renunciavi eis amicitiam civilem; quidam
mutati sunt, nunc parum bene de Luthero sentientes, nec ideo desino ha-
§.233. *bere pro amicis. Nec ita me libro, ut ad victricem partem advolem: *ex*
Lutherana parte quid est quod sperare queam? quod altera pars offert,
quæ potest plurimum, constanter recusavi; sed consulo quieti meæ, meque
quoad licet integrum servo, quo pluribus queam prodesse per occasionem;
interim synceris votis opto vigorem evangelicum et Christi gloriam per uni-
versum orbem efflorescere; de me viderit ipse: in hac vita nihil expecto
felicitatis; sed æquiore tamen animo sum exiturus, si videro Christi cau-
§.234. *sam ferre palmam. Iam ad pontificem Romanum redeo, de quo crimina-*
tur me nunc aliter sentire quam olim senserim. 'Laudas' inquit 'hunc pon-
'tificem et ab eo laudaris vicissim'. Laudo, sed quem ego multis conie-
cturis adductus spero syncero pectore consulturum gloriæ Christi; et tamen
laudo parcissime. an indignatur Huttenus, si talem pontificem, et olim
amicum et nunc benevolentem, paucis verbis laudo in scriptis meis, quum
ipse toties, tot verbis, tam magnifice prædicetur in scriptis meis, etiam in
opere serio, velut in annotationibus novi testamenti? quur hic me non ap-
§.235. *pellat assentatorem? Pontifex ultro misit ad me duo brevia, quorum poste-*
rius erat priore amantius scriptum. ea vel ob hoc libenter sum amplexus,
quod plærique veteres amici mei sibi certum exitium Erasmo paratum pro-
miserant, posteaquam hic erat electus pontifex: ea res illos vehementer
fefellit: fingat nullum alium fructum mihi rediturum ex epistolis pontifi-
§.236. *cis, num putas hoc aspernandum? Sed Huttenus hanc appellat vafriciem.*
His præsidiis Erasmus subsistat oportet: Huttenus habet arces, vallos, co-
pias, bombardas, fumos, ignes, gladios, edicta, bella, quibus se tueatur;
mihi præsidium omne situm est in favore bonorum et quorundam poten-
tium, quo tamen non abutor nisi ad publicam utilitatem: nam si mei ra-
§.237. *tionem haberem, alia ingrederer via. Et tamen Huttenus fortasse non ha-*
bet nunc cui timeat, eoque fortis est. Ego ne mentiar, timeo libris meis,

---

[21] inq.] cf. Expost. §§. 39. 127. 156. 188. [27] in annot.] cf. supra vol. I. p. 103. sq.
[33] hanc] non appellat vafritiem, sed Erasmus sensisse videtur ita appellandam fuisse.

Digitized by Google

unde fatetur et Huttenus fructum non mediocrem proficisci ad quam plurimos; hunc fructum mea temeritate nolim perire, nec enim in aliud servo me, nisi ut prosim. Exprobrat etiam, quod me mihi laudat pontifex et §.238.
cardinalis Sedunensis. 'Laudat' inquit 'te tibi'. quasi mihi vitio vertendum sit a talibus laudari, quanquam ego laudationem interpretor admonitionem. scilicet potius erat ambiendum, ut laudarer ab Hutteno. An §.239.
vero istud prodigiosum est, ut laudemus eum ad quem scribimus? an Paulus non laudat Romanos quibus scribit? 'Erasmus' inquit 'Romano pontifici se dedidit'. quid? an unquam fuit inter nos bellum, ut deditio facta sit? an non æque deditus eram Leoni, non admodum laudato pontifici? 'Polliceris' inquit 'te non defuturum dignitati sedis Romanæ'. Verum hoc §.240.
illis scribo, apud quos delatus eram cum Luthero conspirasse adversus sedem Romanam. an ideo polliceor me patronum tyrannidis, rapacitatis et aliorum malorum quæ Huttenus obiicit Romanensibus? imo non uno in loco interpretor sedis illius ac pontificis dignitatem sitam esse in virtutibus apostolicis: huic dignitati polliceor me non defuturum. Ad subverten- §.241.
dum evangelium, ut ait Huttenus, non arbitror quenquam pontificem, duntaxat hunc, imploraturum operam nostram, et si exigeret, non præstarem. Nec cuiusquam principis vel metus vel gratia tantum apud me valebit un- §.242.
quam, ut sciens adverser evangelicæ veritati aut gloriæ Christi. et tamen est alicuius opinor prudentiæ sic alere principum favorem, ut non deseras evangelicam veritatem; et utri rectius consuluerint evangelico negocio, rerum exitus comprobabit. Sed interim obliquo dicto fallo, quod plerique §.243.
sic interpretentur, me vindicaturum curiæ Romanæ ius exercendæ tyrannidis, rapiendi, cauponandi sacra pariter ac profana. in discrimine licet ambiguo fallere: David etiam furorem simulavit: et tamen ne quis falli possit, interpretor, scribo 'me non defuturum sedi Romanæ, si illa non desit gloriæ Christi'; 'me illi pro virili adfuturum, si illa synceris rationibus provehere nitatur rem evangelicam'. Huiusmodi quum multis locis in- §.244.
culcem, tamen dissimulat Huttenus; tantum venatus est loca quædam quæ depravaret. quanquam magis suspicor delatores indicasse loca quædam; nec enim adducor ut credam Hutteno in tantis negociis, quæ domi bellique gerit, esse ocium nostra legendi. Sed intolerabilius est, quod alicubi §.245.
scripsi Neminem pium non favere pontifici Romano. Hic non videt illud

---

[1] cf. Expost. §§. 71. 219. sq. [3] Exprobr.] Hæc non conveniunt Expost. §§. 39. sq., ut publicata est. nisi ad scriptum exemplum aut ad epistolam hodie non extantem [cf. infra §. 370.] respexit Erasmus, somniatus est. [8] inquit] Expost. §. 146. [11] inquit] cf. Expost. §. 158. [16] Ad subv. ev.] cf. Expost. §. 148. [17.18] duntaxat] *Latine dicendum erat aut* præter hunc, *si ironice, aut* nedum *sive* certe non hunc, *si simpliciter negandum erat Hadrianum VI. subversionem evangelii voluisse.* [19] cf. Expost. §§. 45. 206. sqq. [26] David] I. Samuel. XXI. 13. sqq. [31] quanq.] Cavillatur, ut cum Hutteno Eppendorffium etiam contaminet. [33] cf. Expost. §. 160.

Digitized by Google

postulasse dictionis œconomiam, ut pontifice conciliato odium in quosdam transferrem qui rem parum dextre gerebant nomine pontificis. neque tamen falsum est quod scripsi: favet enim pontifici quisquis cupit illum maxime florere dotibus apostolicis. licet odisse Leonem et tamen favere pon-

§.216. *tifici; qui favet malefactis pontificum, non favet pontificibus. Obiicit et hoc, quod illius sedis autoritatem tot seculis sequutus est orbis Christianus. Quod scripsi verum est, et utinam perpetuo sequeretur, modo illa ageret negocium Christi: Huttenus clamat, id nunquam futurum: at nos speramus*

§.217. *meliora, præsertim hoc pontifice. Utrum autem sanctius est, sequi autoritatem pontificis Romani, an sequi autoritatem Hutteni? nam ad hanc collationem adhibui dictum hoc, quemadmodum et illud quod obiicit de autoritate orbis consensu tot seculis comprobata: argumentor enim dandam veniam, si in rebus controversis homo parum doctus sequar autoritatem Romani pontificis potius quam huius aut illius: quibusdam enim illud satis est, ut credant quod Lutherus dixit, αὐτὸς ἔφα: hoc si Lutherus postu-*

§.218. *lat, insanit, si non postulat, insaniunt illi. Certe constat postea Græciam quoque in Romani pontificis autoritatem concessisse; orbem autem voco maximam orbis Christiani partem, nisi forte Huttenus sophistam agens obiiciet sciopodes nondum dedisse nomen pontifici Romano. Quinetiam si principatus pontificis non esset a Christo, tamen expediret unum esse qui cæteris autoritate præmineret, sed quæ longissime tamen abesset ab omni ty-*

§.219. *rannide. Quod autem alicubi scripsi, oportere sacrosanctam esse Romani pontificis autoritatem, idem non dubitem dicere de singulis episcopis, modo ne præcipiant impia: iam enim desinunt esse episcopi: dici vix potest quam periculose populus assuescat oppedere iussis episcoporum hoc titulo*

§.220. *quod mali sint; mox enim nec bonis erit dicto audiens. Obiicit et illud, quod ne morte quidem alicubi scripserim me divellendum a sede Romana: dicendum hoc erat quum delatus essem, quod conspirassem adversus sedem Romanam: quid tum postea? an ideo confirmo tyrannidem aut vitia*

§.221. *Romanensium? Addit me hoc impudenter scribere, qui toties discesserim a sede Romana: imo hoc impudenter fingit Huttenus: scripta mea diversum clamitant; nec ideo discessi a sede Romana, si quædam illius sedis improbavi; imo sunt inter Antilutheranos qui damnant quod pontifices hactenus habuerunt omnia venalia, nec ideo defecerunt a sede Romana. alioquin et Cæsar et hic pontifex recessissent a sede Romana, qui consultant*

§.222. *de tollendis illius vitiis. Obiicit et illud quod alicubi scripserim 'Quis non 'faveat eius dignitati, qui virtutibus evangelicis Christum nobis repræsen-*

---

[5] Obiic.] Expost. §§. 161. sq. [9] clamat] immo simpliciter negat Expost. §. 160. [11] obiic.] Expost. §. 161. [16] Certe] cf. Expost. §. 162. [22] Expost. §§. 177. 118. 158. [26] Obiic.] Expost. §. 169. [31] impudenter] hoc ex sua conscientia addidisse videtur Erasmus. cf. cit. §. 169. [36] Obiic.] Expost. §. 188.

Digitized by Google

tat?' quid hic calumniatur Huttenus? admoneo qualem oporteat esse pontificem et quatenus illi favendum sit. 'Sed dicis hoc figurate'. Quid refert si res et tempus figuram postulet? Ubi vero scribo me sanare posse §.253.
has discordias? optarim posse; quodsi possem, non durarent in crastinum.
Sed 'clama' inquit 'ne cesses, annuncia populo scelera eorum'. Clamavi liberius quam mea fortuna ferebat, et eius est clamare in aliena peccata qui ipse immunis sit a peccatis: ego parcius insector aliena peccata, quia mihi quoque conscius sum multorum admissorum. Clamet Huttenus, homo §.254.
purus, in quem nihil criminis possit regeri. non sum Esaias, et hic iubetur in populum clamare; Huttenus me iubet clamare in principes, quum scriptum sit 'Principi populi tui non maledices': magni refert utrum deus praecipiat Esaiae an Huttenus Erasmo, clama. est autem clamor quidam inutilis, qui nihil aliud quam tumultus excitat et iritat tyrannidem. Alio- §.255.
qui ne nunc quidem cesso clamare in scriptis meis, quatenus spes est proficiendi; clamo etiam dum scribo paraphrases: quid enim est aliud evangelii lux quam redargutio nostrarum tenebrarum? Expendat hoc quisquis integer est, utrum plus utilitatis adferant Huttenici clamores, an mea silentia. Ubi vero defui reipublicae Christianae, si licuit prodesse? quan- §.256.
quam principes nec a quovis obiurgari sustinent: nam id episcoporum munus est; atque id convenit clam fieri potius quam apud populum. Aut cui sumo hos labores praeter aetatis ac valetudinis rationem? 'Si componere' §.257.
inquit 'studes inter partes concordiam, quur alteram partem atrociter impugnas?' Imo alio loco dixit Metium, et nunc ait me totis viribus ferri in alteram partem. Ubi vero commissa est haec pugna? tantum in epistola ad Laurinum adversus quosdam morosos mihi ius vindico, si res ita postulet, sacrae scripturae testimoniis ac solidis rationibus citra convitia congrediendi cum Luthero. Et queritur illud Huttenus, quod con- §.258.
vitiis et clamoribus duntaxat agatur cum Luthero. Quur igitur sic debacchatur in eum qui pollicetur se, si congredi velit cum Luthero, a clamoribus et convitiis temperaturum, ac sedata collatione tantum sacrae scripturae testimoniis et rationibus veris acturum? nihil enim aliud promisi, et tamen hoc ita promisi, ut satis ostenderem me non facturum nisi ostensa spe proficiendi. Nam quod in Lutheri scriptis offendit me immo- §.259.
dica maledicentia et arrogantiae species, eaedem res offendunt etiam illos qui Luthero sunt iuratissimi. nec id dissimulavi Coloniae apud ipsum Saxoniae ducem Federicum, audiente Georgio Spalatino, quum nondum exisset apud nos Captivitas Babylonica. responsum est eum in concionibus ac praelectionibus esse mansuetissimum: gavisus sum et laudavi, addens

---

[3] Ubi] cf. Expost. §. 183. [5] inq.] Expost. §. 184. [9] Esai.] XL. 6. [11] script.] Exod. XXII. 28. [22] inquit] sed aliis verbis Expost. §. 232. [23] alio loco] Expost. §. 210. [27. 28. 30] conuic. 5. 6.

Digitized by Google

eam mansuetudinem maxime præstandam in scriptis quæ toto orbe voli-
§.260. *tent, quum vox ad paucos perveniat. polliciti sunt se daturos operam, ut id fieret. Nec Huttenus ipse negat in Luthero desiderandam modestiam ac lenitatem. sed quid hoc, inquit, ad causam? Istuc a nemine minus conveniebat queri quam ab Hutteno, qui quum ubique contendat Lutheri causam esse iustam, sanctam ac piam, maxime debebat irasci vitio, quod*
§.261. *plurimorum animos alienat. Si Lutherus ab initio candide mansueteque docuisset, abstinens ab his quæ prima specie ferri non poterant, nihil fuisset tumultus. Si mihi terque quaterque frater esset Lutherus, si doctrinam illius totam probarem, non possem non vehementer improbare tantam in asseverando pervicaciam, tam acerbam ubique paratam maledicentiam.*
§.262. *nec adhuc possum animo meo persuadere Christi spiritum, quo nihil mitius, inhabitare pectus illud, unde tanta scatet amarulentia: atque utinam hic me fallat mea suspicio: 'At habet et spiritus Evangelicus suum stomachum': audio, sed alium, nec usquam abest mel illud charitatis quod obiurgatio-*
§.263. *nis aloën condiat. Audio Petrum indignantem Simoni 'pecunia tua sit tecum in perditionem: an existimas donum dei parari pecunia?' hoc convitium ab apostolorum omnium mitissimo extorsit rei indignitas: sed audi nunc condimentum: 'pœnitentiam itaque age et roga deum, si forte re-*
§.264. *mittatur tibi hæc cogitatio cordis'. At Lutherus in argumentando parcus et astrictus, in convitiis et scommatis neque modum novit neque finem, ibi sæpenumero sannis et salibus ludens, ubi res nullam præbet occasionem; velut in libello quem scripsit adversus regem Angliæ, quid invitabat ut diceret: „Veniatis, domine Henrice, ego docebo vos?" certe regis libellus Latine loquebatur, nec inerudite. et tamen sunt quibus ista mire videntur*
§.265. *festiva. Queritur Huttenus, quod ego præbita qualicunque spe me disputaturum cum Luthero, addiderim animos principibus, ut veluti redintegrato bello coorirentur adversus Lutherum, quum ipse potius acerbitate calami provocet omnium animos in sese, et ad exemplum capræ Scyriæ, de qua est in Græcorum proverbiis, hoc ipsum quod reddidit boni lactis, ferocia*
§.266. *subvertit. Arrodit et illud Huttenus, quod alicubi scripsi, 'non esse evangelicum technis ac vi quenquam in sua castra pertrahere, quum olim Christiani celarint eos qui vocabantur in periculum, nec admittebant in suum contubernium nisi sponte volentes et ambientes, cum me tot artibus conati*
§.267. *sint irretire Lutherani quidam, ne possem resilire'. Hoc vult a me confictum videri, nisi proferam qui hoc fecerint. imo ipse respondeat, quid egerint illi qui primam illam epistolam Luthero scriptam evulgarunt? quid qui loca quædam odiosa, e libris meis decerpta et in linguam Germani-*

---

[16] pecun.] Actor. VIII. 20. [19] pœnit.] ibid. v. 22. [27] cf. Expost. §§. 153. 206. sqq. [29] capra Sc.] αἶξ Σκυρία. cf. Zenob. II. 18. c. interpp. [31] Arrod.] Expost. §. 191. [33] cælarint 5. 6. [35] vult] Expost. §. 193.

Digitized by Google

cam versa typis publicarunt, præter alia quædam incivilius etiam evulgata? quid egerint qui epistolam ad cardinalem Moguntinensem secreto scriptam nec cardinali reddiderunt et opera typographorum evulgarunt? quid aliud agebant isti, nisi ut obsides haberent ex me, ne resilirem? Hæc duntaxat attingo quæ manifesta sunt, possem et alias narrare fabulas, si libeat. Illud deprehendo ferme in omnibus qui sese huic factioni ad- §.269. *dixere, quod quemadmodum qui in aquam delapsi sunt, quemcunque possunt arreptum secum pertrahunt in exitium, etiam si quis periclitantibus conetur succurrere, ita isti per omnem occasionem quoscunque possunt involvere student communi periculo, etiam illos per quos poterant eximi periculo. Denique exponat nobis Huttenus quid senserit quum scriberet* §.269. *hæc verba, 'Nullos libros scribes meliores, si tamen ullos scribes', et postea neget esse qui vi conentur pertrahere. Interim ait me nihil agere, cum defixis pedibus hæream in factione Lutherana, vel libros meos staturos ab ipsis, si ego maxime defecero. Quæso te lector, qui hæc scribit et qui minitatur nescio quas epistolas arcanas, qua fronte flagitat, ut proferam qui technis ac vi me conentur pertrahere in factionem Lutheranam? sed qui hæret defixis pedibus is qui perpetuo et constanter aversatus est factionem, qui dehortatus est omnium primus a periculoso negocio? Quod* §.270. *in libris meis est, inficiari non possum et hactenus tutatus sum absque præsidiis Hutteni; quod si libri mei docerent eadem quæ docet Lutherus, quum habeam tam multos insigniter infensos, idem honoris retulissent quod retulerunt libri Lutheri. 'A nobis stabunt' inquit. A quibus? toties hoc pronomen 'nobis' occurrit, quum Huttenum nec Lutherus agnoscat, neque quisquam Lutheranus paulo cordatior. Similis farinæ est et illud quod* §.271. *minitatur fore, ut si quid acciderit parti Lutheranæ, nihilo mitius me tractet pars victrix, quam nos, inquit. Atqui ego non indixi bellum pontifici Romano, non scripsi postillas in bullam pontificis, non professus sum protectorem Lutheranæ factionis, non adversatus sum edicto Cæsaris. Quid* §.272. *autem sibi vult illud 'si quid accederit'? an non plane vincit ac regnat pars Luthero adversa? an non hactenus inermem me exposui omnibus? Quid factum est Erasmo? Cæsar honoravit, idem fecit Ferdinandus, pontifex offert et amicitiam et fortunam; tantum insani quidam fremunt in me, devoti hostes bonarum literarum, quibus Huttenus hoc libello voluit gratificari, certe gratificatus est. quanquam qui persequuntur Huttenum,* §.273. *non ista magnopere obiiciunt. Sunt alia quædam, in quibus fatetur me non coniunxisse socia arma. Et ab his amicis plus est illi periculi quam*

[2] qui] vult ipsum Huttenum. [11] scrib.] non sunt hæc ipsa verba Expost. §. 220. [13] ait] cf. Expost. §. 222. [23] inq.] sed aliter expost. §§. 229. sq. 269. cf. §. 218. [26] minit.] cf. Expost. §. 210. sqq. imprimis §. 217. Verba Huttenica detorsit Erasmus. mitius *5. 6.* minus *1. sqq.* [28] Cf. Ind. bibl. n. XXXII. [30] illud *etc.*] in Expost. non leguntur.

Digitized by Google

§.274. *a pontifice, cui iam pridem bellum indixit. Quam atrociter autem exagitat quod alicubi scripsi Non semper esse proferendam veritatem, et magni referre quo modo proferatur. 'Quam tuam sacrilegam vocem' inquit 'in 'iugulum recogi oportuit (iam enim stomachosius hoc me eloqui res cogit) 'si officium debite facerent qui hæreticos vel ad recantationem adigunt nunc,*

§.275. *'vel in ignem coniiciunt'. Christus primum legans apostolos ad evangelicam prædicationem, vetuit ne proderent se esse Christum. Si veritas ipsa iussit eam veritatem ad tempus sileri, citra cuius cognitionem ac professionem nulli contingit salus, quid novi si ego dixi alicubi supprimendam verita-*

§.276. *tem? Idem nonne siluit apud sceleratum concilium, quod coierat in domo Annæ et Caiphæ? 'Si dixero' inquit 'vobis, non credetis mihi'. Veritatem dicturus erat; quur igitur siluit? quia sciebat nullum fore profectum.*

§.277. *Nonne similiter obticuit apud Herodem? Sit parum hoc illum fecisse, nisi docuit ita faciendum: 'Nolite' inquit 'sanctum dare canibus, nolite mar-*

§.278. *garitas obiicere porcis'. Quum iubet apostolos emigrare e civitate, quæ se præbeat indignam evangelico sermone: nonne silere iubet quod verum est? Petrus in primis illis suis concionibus Christum virum appellavit, deum tacuit; idem fecit Paulus apud Athenienses. Paulus loquitur sapientiam inter perfectos utique veram, inter imbecilles igitur silet quod verum est.*

§.279. *Paulus apostolos vocat dispensatores mysteriorum dei: qui dispensat, nonne quædam promit, quædam recondit, utcunque poscit profectus auditorum? Cur catechumenis non statim aperiebantur omnia mysteria philosophiæ Chri-*

§.280. *stianæ? quia nondum erant capaces. Et tamen hic non loquebar de articulis fidei, sed de paradoxis Lutheri, deque conviciis in pontificem. Finge mihi constare festum paschæ non suo die celebrari, utrum expedit eam*

§.281. *veritatem magno orbis tumultu defendere an silere? Si mihi apud tyrannum prævotentem esset agenda causa innocentis, num omnia vera proloquar et causam innocentis prodam, an multa reticebo? Huttenus vir fortis ac veritatis tenacissimus sic ageret opinor, 'Sceleratissime tyranne, quum 'tot cives te meliores occideris, nondum saturata est tua crudelitas, nisi 'hunc innocentem tollas e medio?' neque multo dexterius quidam agunt causam Lutheranam, qui seditiosis libellis debacchantur in Romanum pon-*

§.282. *tificem. Aut si cui viro bono ab impio pontifice conaretur impetrare sacerdotium, scriberet hunc in modum, 'Impie Antichriste, extinctor evan-'gelii, publicæ libertatis oppressor, adulator principum, tot sacerdotia 'turpibus turpiter donas ac turpius vendis, da huic bono viro hoc sacer-'dotium, ne male colloces omnia'. Rides, lector: attamen isti nihilo pru-*

§.283. *dentius agunt negocium evangelicum. Nec tamen dixi omnem veritatem silendam, nec perpetuo, sed alicubi: an nusquam tacendum est, quod*

---

[2] exag.] Expost. §. 180. [7] Evang. sec. Matth. XVI. 20. [11] Si dix.] Evang. sec. Luc. XXII. 67. [11] Nolite] Matth. VII. 6.[15] Cum 5. 6. [20] Paul.] I. ad Cor. IV. 1.

Digitized by Google

Romanus pontifex est Antichristus? nam finge illum esse; an non diu siluit Hilarius ante quam scriberet adversus Arianos? ipse fatetur et excusat. Cyprianus porrecturus cervicem pro Christo, quum præfectus illi §.284. *obiiceret quod conspirasset adversus Cæsaris maiestatem, quomodo respondit? 'Merito adversus illum conspiramus, cultor est dæmoniorum, hostis 'dei, hæres æterni ignis?' nequaquam, sed negavit se esse hostem Cæsaris, imo quotidie orare se pro illius incolumitate, ob publicam tranquillitatem. sic enim decebat ab episcopo Christiano proferri veritatem. Quo-* §.285. *modo autem Hilarius scribit Constantio suam agens causam? nonne multa tacet, multa dissimulat, multa blandius dicit quam pro illius merito? Imo quomodo Paulus agit causam suam apud Felicem, Festum et Agrippam? an nihil illic tacet veri? an non summa comitate quod verum est proloquitur? Quid igitur est in hoc meo dicto sacrilegum, per iugulum reco-* §.286. *gendum et incendio dignum? non pudet hunc in talibus nugis tales excitare tragœdias? Iam illa non dubito quin omnibus videantur esse ridicula* §.287. *quæ somniat de mea ad Romanos profectione, de occursu cardinalium, de gratulationibus, de donariis. Hæc minus ridicule fingeret, si me iam ad Romanum iter accinxissem. Atque hic subito ex accusatore factus con-* §.288. *sultor, admonet ne credam fucatis amicis. O amicum animum ac pro salute mea mire sollicitum! nil opus est talibus monitoribus: melius scio quid agatur Romæ quam Huttenus. Festivum et illud, quod cum nihil* §.289. *omnium probarit quæ dixit, in fine movet affectus, revocat me, deplorat vicem meam, subinde miserescens mei, rursus dubitans an dignus sim ipsius misericordia, credens interim se dare verba mundo ignotum. Quid autem* §.290. *stultius quam me inde revocare ubi numquam fuerim, et eo vocare ubi sum? revocat a partibus pessimorum, qui stabiliunt tyrannidem Romanensium, qui subvertunt evangelicam veritatem, qui obscurant gloriam Christi: atqui adversus istos semper bellum gessi. invitat autem ad partem ipsius, quum mihi nondum constet ubi sit Huttenus. Verum hic interim cogor de-* §.291. *siderare iudicium Hutteni, quum tota hac oratione faciat me hominem vanissimum, levissimum, inconstantissimum, et qui frusto panis revocari possim in diversam partem, imbecillem, meticulosum, exanguem, quid opus est talem in fortium virorum partes invitare, amicum ἐφήμερον, et si perseveret, nihil aliud quam ficulnum, ut Græci dicunt, auxilium? Sed de* §.292. *Luthero ac pontifice iam satis, opinor, dictum est; nunc quoniam locus admonet, pauca de moribus meis respondebo, quos promittit se perpetuo detecturum. at vereor ne hoc libello magis detexerit suos mores quam meos; ac fortassis ipse consultius fecerit, si studeat suis moribus contegen-*

---

16 somn.] Expost. §. 155. 19 admon.] cf. Expost. §. 157. 20 solicitum 5. 6. 22 cf. Expost. §§. 226. sqq. 33 ἐφήμ.] Voluit ἐφημέριον, unius diei, varium, ad subita rerum flexibilem. 34 συκίνη ἐπικουρία Macar. VII. 83. 36 Expost. §§. 237. sq.

Digitized by Google

§.293. *dis quam retegendis alienis. Quid autem improbius quam Huttenum sumere censuram morum meorum, qui nunquam mecum egerit consuetudinem, nisi quod semel atque iterum congressus sit, et semel aut ad summum bis mihi fuerit conviva? pronuncient de moribus meis qui familiariter ac diu mihi*
§.294. *convixerunt. Probat institutionem meam, mores improbat et ab horum imi-*
tatione dehortatur Germanos: age dividatur hæc utilitas inter nos, sumat Germana iuventus a nobis institutionem, morum exemplar petat ab Hutteno, sitque hoc iam unum specimen Germanicæ synceritatis, cum non possis inimico nocere, talibus libellis subito iugulare amicum, et, quod superat omnem barbariem, ex ipsa amicitia telum quo confodias amicum, velut e
§.295. *bove, quod aiunt, lorum sumere: nisi enim Huttenum complexus fuissem syncera benevolentia, non haberet quo me læderet. quanquam magis indignor illi qui Huttenum huc instigavit, cui nec ipsi fuisset facultas nocendi, nisi fuisset in familiaritatem admissus; nec is fraudabitur sua laude, quum sese prodiderit; hactenus enim iuxta comici dictum 'quod scio nescio'.*
§.296. ** Et postea relegat me in meam Gallogermaniam, quum ipse in Germania nullum habeat locum satis tutum, malitque hospes esse Helvetiorum clancularius quam Germanus apud Germanos in luce agere. ne quid interim taxem, quod Bruxellenses, qui sine controversia Galli sunt, appellat Gallogermanos, ac me relegat e Germania, quasi Basileæ vivens agam in Ger-*
§.297. *mania. Proinde si Huttenus regnum obtinet in tota Germania, ut ius habeat relegandi quem velit, mihi debet æquior esse, qui natus sim inter*
§.298. *ostia Rheni, sed propior Galliæ quam Germaniæ; nec unquam attigi Germaniam, nisi semel atque iterum, obiter aliquod invisens oppidum Rheno vicinum, velut olim Francfordiam, nuper Friburgum; nec admodum in*
§.299. *votis est altius ingredi. nondum gravavi Germaniam, a qua nihil unquam ambii, nisi gravat qui suis sudoribus adiuvat publica studia; nec hic ago pro tempore ut quenquam spoliem, sed ut meo sumptu prosim bonis literis et evangelico negocio. ut Germanorum amicitiam libens amplexus sum,*
§.300. *ita, gratia superis, nullius egeo benignitate. Ego nunquam iactavi mores meos, et quotidie cum illis rixor, etiam senex; gaudeo tamen esse puros ab his viciis quæ mihi largiter tribuit Huttenus, id quod omnium testimonio*
§.301. *probare possum, quibuscum familiariter vixi. Primum facit me adeo meticulosum, adeoque infirmi animi, ut meam ipsius umbram pene metuam. at Huttenus meminisse debet plurimum interesse inter fortitudinem ac te-*
§.302. *meritatem: tentare quod non possis efficere, provocare quos nequeas coercere, dementia est, non fortitudo. est quædam gladiatoria fortitudo, quæ in nervum erumpit; prudenter scripsit lyricus noster:*

---

10 Ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας. Plut. VI. 1000 F. *sive* ἐκ τοῦ βὸς ἡ μάστιξ. Macar. III. 69.

13 illi] Eppendorffio. 15 comici] Terent. Eun. IV. 4. 54. sq. „si sapis, Quod scis, nescis". 16 releg.] Expost. §. 236. 38 lyric.] Horat. carm. III. 4, 65 sqq.

Digitized by Google

Vis consilii expers mole ruit sua:
Vim temperatam dii quoque provehunt
In maius.

Et tamen siquis perpendat libertatem quæ est in libris meis, citius alicubi me damnabit temeritatis quam timiditatis. Vide vero quam studio est §.303. *iniquus: Huttenus ipse talis, qualis nunc etiam est, vult haberi formidabilis, et me meticulosum vocat, quod Cæsarem ac pontificem metuam citra veritatis evangelicæ proditionem; *ipse quum esset Bruxellæ, non ausus est illic manere, quod alacer, ut ipse tum narrabat, occurrisset Hochstratus, qui tum nec prior erat, nec inquisitor, nec ullis bullis aut diplomatis instructus: ille sic metuebat exarmatum leonem, ut se subduceret;* §.304. *et ego meticulosus sum, si non stultis conviciis ubique provoco tot hostes, qui mihi et ante Lutherum male volebant, nunc tot edictis, tot bullis atque etiam satellitio armatos? Prudentis est aliquando metuere ne metuas; quod si fecisset Huttenus, nunc non metueret omnia, sed esset charus plerisque, metuendus multis. neque cuiquam feliciter cessit hostem suum contempsisse. Quid liberius libello de principe? eum ego Carolo Cæsari in manum dedi.* §.305. **Huttenus sibi fortis videtur, si ex angulo quopiam dictum aliquod iaciat in hunc aut in illum et telo quod aiunt immisso fugiat. Non video quur huius* §.306. *animi me magnopere pœniteat, qui hactenus tot morbis, tot laboribus, tot casibus, tot tragœdiis suffecerit, qui et inimicorum maledicentiam atque etiam maleficentiam contemnere, qui opes ac dignitates a monarchis oblatas recusare sustinuerit, qui in tantis rerum motibus ac periculis nunquam remiserit studium benemerendi de publicis studiis. atque interim iactat se mihi voluisse addere animum: præstaret, si sibi detraheret aliquid animi, et adderet iudicii. At Huttenus autumat mortem etiam oppetendam* §.307. *pro veritate evangelica. nec ego istuc recusem, si quis casus eo vocet; at pro Luthero proque Lutheri paradoxis nondum est animus mortem oppetere. *Non agitur de articulis fidei, sed an principatus Romani pon-* §.308. *tificis sit a Christo; an cardinalium ordo sit necessarium membrum ecclesiæ; an confessio sit ab autore Christo; an episcopi possint suis constitutionibus obligare ad peccatum capitale; an ad salutem conducat liberum arbitrium; an sola fides conferat salutem; an dici possit aliquod bonum opus hominis; an missa possit aliqua ratione dici sacrificium: pro his quæ* §.309. *solent esse themata conflictationum scholasticarum, nec ausim cuiquam vitam eripere si iudex sim, nec velim in capitis discrimen venire: optarim esse Christi martyr, si vires ipse suppeditet, Lutheri martyr esse nolim. Quod* §.310. *autem me subduxi a Brabantia, quod a Roma abstineo, non metus est, sed consilium: sciebam me illic esse non posse, nisi descenderem in hare-*

[8] ipse] vere Erasmice, sed non vere narrantur hæc. [9] Hoechstatus *1.* quitum] *Cf. Conciliab. theologistar.* [10] Cf. Hor. od. II. 13,17. Non vid.] Mira est hæc proprii animi admiratio.

Digitized by Google

nam adversus Lutherum. 'At non habebas' inquit 'tu apud te consilium quid esset facto opus, si Cæsar te iussisset in Lutherum scribere?' Age
§.311. *det mihi consilium Huttenus; *fingat ita Cæsarem loqui, quod sine dubio factum fuisset, 'Erasme, persuasum est nobis te esse virum qui et eruditione et stilo plurimum valeas, atque etiam gratia polleas apud eruditos 'Germanos; adiuva igitur nostros conatus in opprimenda pestilentissima 'hæresi Lutherana, laturus a nobis amplissima tui officii præmia.' quid hic respondissem? 'Non vacat, non suppetunt vires ad id præstandum*
§.312. *quod exigit tua maiestas?' ille urgeret: 'Quid possis, abunde cognitum habemus ex doctis viris, rogamus ac volumus ut hac in re morem geras 'animo nostro, simul et a nobis inibis gratiam et te falsa suspicione liberabis, quæ te non semel iam detulit fautorem esse Lutheranæ impietatis'.*
§.313. *Hic mihi suggerat Huttenus, quid esset respondendum. si pollicitus fuissem me facturum omnibus posthabitis, fuisset tragœdiæ serviendum; coactus fuissem me præbere scribam monachis quibusdam ac theologis, quos nimium novi; nec licuisset scribere paraphrases aliaque quæ spero non huic tan-*
§.314. *tum seculo profutura. sin pernegassem, coniecissem me ipsum in aculeos crabronum et in manifestam perniciem. *quo me proripuissem? ad arcem Hutteni? ad Wittenbergam? *Sed ubi fortunula quæ mihi perisset? *Hæc ætas, hæc valetudo non patitur me vagari et egere, non patitur latitare ac fugitare. Nunc ita mea temperavi, ut nec inexplicabili labyrintho me*
§.315. *involverim, nec deseruerim rem evangelicam. Mihi *nondum plene constat, an veritas evangelica sit penes Lutherum. *Quodsi constat Hutteno, veri tenacissimo, et paratus est pro illius defensione mortem oppetere, quur fugitat ac latitat? eat Romam, aut eat in Gallogermaniam: ibi continget*
§.316. *sperata palma. Hactenus de huius animi imbecillitate, quem ego cum decem Hutteni animis plus quam Achilleis nolim permutare. De constantia mea puto iam satis dictum: non est constantiæ semper eadem loqui, sed*
§.317. *semper eodem pertendere. At non decet Germanum vafricies. respondeat igitur mihi Huttenus, quum hinc abiret, an recta publicaque via pervenerit*
§.318. *Milthusium, et an clara luce Milthusio discesserit. Ubique me vanissimum facit et impudentissime mendacem, sibi veritatem illam adamantinam arrogans. at ego paucissimis in hac laude concessero; mendaces oderam iam tum puellus sensu quodam naturæ, quum nondum scirem quid esset mendacium; et nunc homines eiusmodi sic aversor, ut etiam ipso corpore commovear ad illorum aspectum. Huius rei testes erunt qui cominus familiari domesticaque consuetudine meum pernoverunt ingenium. imo quibus propius notus sum, illud mihi vicium ceu peculiare tribuunt, linguæ*
§.320. *libertatem immodicam, quæ verum tacere nesciat. Atque hæc est præcipua causa, quur me ab aulis principum subduxerim, in quibus velis nolis*

[1] inq.] Non inquit. cf. Expost. §§. 164. 228. [21] Labiryntho *1*. [22] plane *Brunfels*.

Digitized by Google

multa indigna atque iniqua mussanda sunt. Obiicit incivilitatem atque §.320.
etiam perfidiam erga amicos. incivilitatem quid appellet nescio: deducere,
reducere, vocare et itare ad convivium ac similibus vulgaribus officiis uti
erga quosvis nec est huius valetudinis, nec hominis tot laboribus districti.
quanquam interim ego ille incivilis plus quam dimidium temporis impendo
epistolis quibus respondeo, quibus saluto aut commendo amicos. alicui for- §.321.
tasse pernegavi convivium, meæ saluti consulens; at frequenter obsequutus
sum magno valetudinis meæ dispendio. neque raro ineptii, dum amico-
rum affectui morem gero, cuius obsequii me frequenter pœnituit. prodeat §.322.
autem aliquis amicus, cui negarim fidele consilium, cui negarim officium,
si quando res serio postulabat. 'sed obtestata fide quidam questi sunt de
mea perfidia': perfidiam mihi nec inimicus unquam obiecit; nec dubitem
omnes amicos provocare, ut proferant ubi non præstiterim quod recepi,
ubi mendacio dolove fefellerim, cuius arcanum effutierim. Possum illud §.323.
mihi meo iure sumere, perpaucos esse qui sint amicitiæ tenaciores quam
ego. atque utinam fuissem tam in suscipiendis amicitiis vel felix vel cir-
cumspectus, quam sum constans in retinendis. Nunquam simultatem ex- §.324.
ercui cum eo quem vere et ex animo semel amarim, contentus remisisse
familiaritatem. atrox flagitium sit oportet, quod apud me dirimat ami-
citiam: exempli causa referam unum atque alterum casum: ante annos §.325.
aliquot scripseram epistolam ad cardinalem Moguntinum contra clamores
theologorum Lovaniensium in Lutherum; eam misi tunica obvolutam cum
inscriptione ad quendam, qui nulli notior est quam Hutteno, mandans illi,
ut si videretur redderet, sin minus, vel flammis vel undis aboleret: existi-
mabam enim illum, qui viveret in familia cardinalis et illi, ut tum putu-
bam, esset a consiliis, melius nosse sensum principis: quid factum est?
ædita est epistola vulgataque typis, nec reddita illi ad quem erat scripta.
Ex hac re quum et cardinali gravis invidia conflaretur apud Romanen- §.326.
ses, et mihi apud nostros (iam enim triumphum adornabant, gloriantes
me teneri medium) Moguntinus commotus exigit epistolam ad se scriptam,
quæ iam totos tres menses per omnium manus volitabat. tandem acriter
flagitanti reddita est ea quam miseram, semilacera ac typographorum atra-
mento contaminata. Ea res, ut debuit, ægre habuit principem, mihi- §.327
que indignabatur, suspicans id mea culpa factum. nihil hic affingo. ipse
cardinalis post suis literis mecum expostulavit hac de re. Quas tragœ- §.328.
dias excitasset Huttenus, si quid eius generis commisissem in ipsum? Pri-
mum prodita est fides in mandatis amici; nocuit causæ vulgata epistola,
quæ secreto lecta prodesse poterat; et amicum et patronum benemeritum gra-
vavit invidia; postremo mihi principem tantum ex amico reddidit inimicum.

---

[11] quæsti *1. sqq.* [20] exempli c.]? immo, insectandi causa sæpe repetis nar-ratiunculam. [23] quin.] Erasmice non dicis 'ad ipsum Huttenum'.

Digitized by Google

Et tamen hac de re vix tribus verbis expostulavi coram; atque is risu verecundo confitens factum, respondit secretariorum incuria commissum esse. Nec post ullum addidi verbum, homo incivilis, hoc ipsum etiam dissimu-
§.330. *lans quod de ipso suspicarer. Accidit ab eodem post quiddam multo incivilius ac mihi periculosius, de quo tamen nunquam expostulavi, nec*
§.331. *minus amicus esse cœpi, sed cautior esse decrevi. quam vero non amice fecit qui decerpta ex libris meis odiosa loca vertit in linguam Germanicam et evulgavit? at ego illa vulgo non scripseram, neque volebam nuda legi. cum hoc quoque paucis verbis per epistolam expostulavi in hanc sententiam, 'audio hoc abs te factum, fortassis ista facis amico animo, sed 'ego gaudeo meis inimicis non esse tantum ingenii ad lædendum'. hac ex-*
§.332. *postulatione contentus passus sum manere pristinam amicitiam. Quot huius generis fabulas commemorare possem? nec ulli tamen adhuc renunciavi amicitiam, ego ille incivilis et inhumanus. quodsi quisquam huiusmodi factum ullum mihi vere possit impingere, fatebor omnia esse vera quæ ca-*
§.333. *lumniatur Huttenus. Proferat igitur illos amicos qui obtestata fide mihi perfidiam obiiciunt, et facile illis os obturabo. Quodsi mihi permitterem quidvis de Hutteno suspicari, quemadmodum sibi permittit quidvis vicii de me confirmare, suspicarer illius esse commentum, quoties ait 'Quidam di-*
§.334. *'cunt', 'audivi in Gallia'; quin addit 'somniavi'? Tribuit mihi gloriæ fa-mæque sitim inexplebilem. Id si verum esset, iam olim me addixissem Romanæ curiæ: offerebatur ingens gloriæ seges. admiscuissem me aulæ Cæsareæ, quo non semel vocatus sum: accepissem fortunas ac dignitates quæ offerebantur; delegissem argumenta magnifica ac plausibilia. nunc recusatis pertinaciter his quæ gloriosos faciunt, inglorium ocium mordicus*
§.335. *teneo, et in his versor argumentis quæ minimum habent ostentationis. Nam Huttenus, opinor, meum animum ex suo metiens, non credet deieranti me perlibenter hoc quicquid habeo famæ depositurum, si liceret, quod si scissem olim quantum onus sit fama, sequutus fuissem illud Epicuri λάθε*
§.336. *βιώσας. 'Sed iacto principum ad me literas, et aliorum de meis lucubrationibus prædicationes'. ex eo pronunciat me esse vanissimum, hoc est, inanissimum, nam id suspicor illum sentire. Imo vix profero decimam*

---

[5] de quo *etc.*] Scelus itaque aliud ait quam quod seq. enarrat: nam de eo expostulationem, ut Atticismum admirarentur lectores, litteris mandavit; illud incivilius ac periculosius callide tegit. [7] qui dec. *etc.*] Rem narrat mihi certe non notam et, ut videtur, soli Erasmo meticuloso horrendam. [16] cf. Expost. §. 111. sq. 120. [18] illi *1. sqq.* mihi *omis. 1. sqq.* [19] Expost. §. 89. [20] somn.] Si post compositam Spongiam vixisset Huttenus, Erasmum pro somniis testimonia Ruzæi, Budæi aliorumque accepturum fuisse dubium mihi non est. [20] Tribuit] Expost. §. 34. et passim. Idem facit maxima posterorum pars, Erasme. [28] quod si *etc.*] Non me contineo quin ex Plauti Glorioso Pyrgopolinicis illud adscribam 'Nimiast miseria nimis pulchrum esse hominem'. [29] λάθε β.] latenter vixeris.

Digitized by Google

partem epistolarum, quas ad me scribunt principes ac docti, sed interdum eas commemoro, quo me tuear adversus impudentiam obtrectatorum; nec enim aliis præsidiis adversus illos pugnare possum, nec aliis munimentis hactenus adversus illorum improbitatem substiti, nisi, ut dixi, innocentia et bonorum ac principum favore. Nunquam enim iactavi, quod illustris- §.337.
*simus princeps Ferdinandus, humanissimis literis me iam iterum honoravit, quod honorario amplissimo donavit nec ambientem nec expectantem; quod rex Galliæ toties ad honestissimas conditiones invitat, literis etiam propria manu descriptis, id quod negant eum ter a corona suscepta fecisse; quod idem nuperrime fecit rex Angliæ. itaque intra paucos menses a quatuor orbis monarchis accepi literas, Cæsare, rege Gallorum, rege Angliæ et Ferdinando. *Hæc si haberet Huttenus, quas glorias nobis efflaret?* §.338.
**scribit et ipse Cæsaribus, cardinalibus ac nunciis apostolicis: sed quis unquam illi rescripsit? eadem opera scribere posset superis et inferis. Quanquam principum erga me favorem ac munificentiam prædicare non iactantiæ est, sed gratitudinis. Porro quod ad eruditorum prædicationes atti-* §.339.
net, habeo scrinia plena laudatricibus illorum epistolis, et quotidie mittuntur undique, quas aliquoties nec lego: adeo nullo literarum genere minus delector: ubi vero agnosco ac devoro laudes mihi attributas? an non perpetuo reclamo magnificis illis laudibus, quas quidam in me profundunt, et capite, manibus, pedibus toloque corpore renuo? Adeo vero me facit in- §.340.
vidum, ut nec maiores gloria florentes, nec minorum succrescentem gloriam ferre possim. Ego vero suffragiis omnium qui diutina consuetudine mores meos cognitos ac perspectos habent, quorum Huttenus ex paucis colloquiis se censorem fecit, evincam me non minus abesse ab invidia quam a mendacio. Quæso quis unquam in suis libris plures laudavit tum maiores tum §.341.
minores, vel plenius vel candidius? quorum aliquammulti sunt, quorum mundus nomina non nosset, nisi meis scriptis prodita. Sed Huttenus obiicit, quod illic laudem multos indignos. itane qui in hanc partem peccat, invidus est? Quis æque sudavit in restituendis vetustis autoribus? An hoc §.342.
est invidere maioribus? quis plus tribuit Laurentio, Hermolao, Politiano,

---

32 imo] Habemus tuas te refellentes epistolas, Erasme, sat magno numero. 5 Nunq. en.] Responderit aliquis 'tantum non apud omnes'; atqui si olim non iactasses, nunc tamen iactas. 10 itaq.] Pyrgopolinicæ respondit Artotrogus:

Molestiæ sunt, orant, ambiunt, obsecrant,
Videre ut liceat, ad sese accersi iubent,
Ut tuo non liceat operam dare negotio.

12 quas gl.] Nullas, puto. 16 gratit.] et mendicationis. 18 adeo] iocaris, Erasme. 20 reclamas laudes, dum laudibus reclamare videri vis. 21 ped. tot. corp.] Nonne hoc inurbanum est? facit] Scribere debebas 'feci'. 25 non minus] quod concesserit Huttenus. 26 non n.] Itaque cui bono novit? 31 Quis pl.] Iterum laudationes suas laudare incipit. Laur.] Vallæ. Cave tibi, Erasme.

Digitized by Google

quos ætas proxima proceres in literis habuit? Rodolpho Agricolæ et Alexandro Hegio, quibus ego sane minimum debebam, nonne plenam laudem tribuo in opere, quod omnes existimant victurum? Reuchlino quantum ubique detuli! Zasium nonne semper veneratus sum, ut de Thoma Linacro
§.343. *taceam et Grocino? Quem autem æqualium non libenter amplexus sum? an maligne prædico Budæi virtutes? Iacobum Fabrum, utcunque incidit ea procella, quis candidius laudavit quam ego? Iam quanta amicorum in li-*
§.344. *bris meis nomenclatura? An Hutteno succrescenti invidi? reclamant tot illæ meæ laudationes, quarum ipse nobis hoc libello palinodiam ingessit. quis illum prædicavit aut crebrius aut candidius aut amantius? quid au-*
§.345. *tem ab illo sperabam præmii? nimirum hoc solent facere invidi. Multos laudo in spem indolis, multos extimulandi causa. Cui memet unquam anteposui? quicum unquam tribus verbis de principatu doctrinæ contendi? cui non libenter cessi laudem quam mihi Huttenus præter omnes tribuit? Quem unquam attigi nisi atrociter impetitus? Et hos hactenus sic tractavi,*
§.346. *ut per me facti sint illustriores. Mei labores nonnihil attulere momenti ad provehendum apud nostrates Græcas literas: nonne palam et fateor et gaudeo sexcentos exortos esse qui me longe superent? O novam invidentiam!*
§.347. *Quodsi quis alius mihi voluisset invidiæ crimen impingere, certe non conveniebat id ab Hutteno fieri οὕτως ἀφθόνως a me pene solo prædicato: solus enim plus laudum contuli in Huttenum quam omnes illius amici, et ille amicus in amicum plus criminum congessit quam hactenus omnes mei inimici aut quam ille unquam in quenquam hostem suum; et tamen in li-*
§.348. *teris ad me suis appellat hanc expostulationem pro rei atrocitate mitissimam. Hominem suavem! cui non porrexi manum enitenti ad aliquam egregiam laudem? quo minus multos iuverim, fortuna fuit in culpa, non animus. certe quoscunque laudando, commendando ac similibus officiis pro-*
§.349. *vehere potui, provexi; favi nonnullis mihi iniquioribus tantum ob hoc quod studiis prodessent. Hic si proferam epistolas eorum qui mihi pro meo can-*
dore gratias agunt, Huttenus clamabit me mortalium omnium vanissimum. verum illi reclamabunt Huttenum calumniatorum omnium impudentissimum.
§.350. *Quum agerem in Brabantia, ex mea tenuitate plus largitus sum studiosis uno anno quam quidam qui se iactant, capiunt ex agris paternis: sic in-*
video minoribus: neminem prodo, nec exprobro cuiquam officiolum meum; videor enim mihi beneficium dando accepisse, si digno dedi; sed ipsi testes
§.351. *erunt quam hæc impudenter obiiciuntur ab Hutteno. 'Nemo' inquit 'se tibi 'in eloquentia comparat'. Ego vero æquissimo feram animo, si vel sexcenti*

---

[1] Agricolæ et Hegio, præceptoribus tuis minimum debebas? [3] Reuchlinum liventibus oculis intuitus es. [6] Iac. Fabr.] Stapulensem. [20] οὕτ. ἀφθ.] ita sine invidia. [21] solus] sua iusto maiora æstimare solet. [33] se iactant] Quasi Huttenus divitias suas reditusve iactasset umquam. [36] inq.] Expost. §. 95.

Digitized by Google

se mihi præponant, ut sunt certe complures qui id suo iure possint. Si- §.352.
mili fronte facit me versipellem quempiam, omnia simulandi ac dissimu-
landi mirum artificem. quam vero hic totum Erasmum ignorat Huttenus,
cui nihil est difficilius quam simulare ac dissimulare; quin potius ingenium
est usque ad stultitiæ vitium simplex et apertum, lingua periculose libera,
et adeo non soleo fallere quenquam simulata blanditie, ut si quid offen-
dat, oratio severior sit, quam animus. 'Non falles' inquit 'posthac me §.353.
'vultu tuo'. Quæso quanam in re Huttenus falsus est meo vultu? Ille mihi
suo vultu imposuit: nam apud me præ se ferebat miram modestiam, con-
tinebat linguæ petulantiam. aut igitur nova quædam accidit illi metamor-
phosis, aut illa erant egregie fucata. Dispeream si credidissem in uni- §.354.
versa Germania tantum esse vanitatis, impudentiæ, incivilitatis, virulentiæ,
quantum hic unus habet libellus. Nec tamen ea de causa sum futurus ulli
Germano iniquior, aut minoris facturus synceros amicos ob unum inimi-
cum amicum. Nec pudet illum me, in cuius scriptis tanta libertas est, §.355.
identidem appellare Gnathonem. proinde periculum est, ne qui legerit in
libris meis tot laudes Hutteno tributas, cavilletur Gnathonem assentari Thra-
soni. Cogor et hic iudicium in Hutteno requirere: quum enim videri ve- §.356.
lit Germanicæ gloriæ vindex, quumque libri mei pleni sint Germanorum
laudibus, nonne dum me facit assentatorem, vanum, vafrum, levem, pon-
dus detrahit omnibus illis laudibus? et tamen hic adeo nihil per assenta- §.357.
tionem est dictum, ut etiam eas laudes, quas Hutteno tribui, tribuerim ex
animo: placebat indoles, placebat vena dictionis; eximium quiddam mihi
pollicebar ex accessione studii, usus et ætatis. an ideo sum assentator, si
ille fefellit, non me modo, verum etiam omnes quibus illum prædicavi? Sed §.358.
blandior sum dum scribo principibus. verum interim παρρησιαζόμενος,
ubi res postulat: nimirum sic expedit tractari leones, et divinæ literæ do-
cent principibus deberi reverentiam: ubi vero sic blandior, ut prodam ve-
ritatem? Utri vero magis profuerunt, ego blandior, an quidam ad rabiem §.359.
usque maledici? Iam reginæ et reges, qui nihil ante hac legebant præter
fabulosas historias, habent evangelium in manibus, evolvunt sacras literas,
gaudent aliquid discere de mysteriis philosophiæ Christianæ. narret no- §.360.
bis Huttenus quorsum profuerit ipsius maledicentia: sancte blanditur qui
in hoc blanditur ut prosit alteri, non sibi: siquid ambirem a principibus,
posset esse suspecta mea blandities; nunc nihil ambio, aut si quid ambio,

---

[2] cf. e. gr. Expost. §§. 229. sq. [3] ignorat] In tantum cognorat, ut Erasmica simulandi dissimulandique ars etiam apud recentiores quasi in proverbio sit. [7] Non fall.] cf. Expost. §. 231. de 'vultu' autem nihil apud Huttenum; Erasmus cum suo ipsius phasmate pugnat. [11] fucata] cf. Expost. §. 38. [16] appell.] Expost. §§. 170. 220. [17.18] Thrasonis, insolentis ac gloriosi militis (ap. Terent. Eun.) nomen Erasmus postea Eppendorffio tribuere solitus est. [26] παρρ.] libere loquens.

Digitized by Google

§.361. *non ambio mihi, sed publicis studiis. Quanquam non semper assentatur quisquis laudat principes: nam bonis debetur laus; laudare mediocres aut bonæ spei, est adhortari ad profectum virtutis; laudare malos, est eos citra offensam admonuisse sui officii, quemadmodum satis olim explicui-*
§.362. *mus in epistola ad Ioannem Paludanum. talis Gnatho semper fuit Eras-* 5
mus. Possem et ego pontifices vocare Antichristos, episcopos idola, principes tyrannos, quemadmodum alii faciunt, sed non arbitror esse boni viri bonos pro debito honore convitiis incessere; et dementiæ sit malos exacer-
§.363. *bare maledictis, quos iritatos nequeas compescere. Lucubrationes meas ve-*
tere doctorum exemplo dicavi partim amicis privatis, partim principibus: 10
ab amicis ne gratias quidem agi mihi passus sum unquam, tantum abest ut quicquam extorserim; a principibus nihil unquam emendicavi, neque quisquam credat quam pauci dederint aliquid hoc nomine: recenserem de
§.364. *singulis, nisi vererer ne quem offendam, et fortassis id fiet aliqs. Et ta-*
men siquis honesta industria venaretur principum liberalitatem, posteaquam 15
humana vita multis eget, aliquanto faceret excusatius, quam qui ab amicis sumunt mutuum quod nunquam reddant, qui mercantur pro quo nun-
§.365. *quam numerent, qui minis extorquent ab his qui nihil commiserunt. Iam vero qua fronte incivilitatis et inhumanitatis crimen impingit, quum ipse in hoc libello declaret sibi ne micam quidem esse mentis humanæ? Sene-* 20
ctuti deferunt et Scythæ, officiorum meminerunt etiam feræ, amicitiæ ra-

---

[3] adh.] cf. Expost. §. 127. [5] ad Ioa. P.] rhetorem Lovan. academiæ, (cf. Foppens) cui dedicavit panegyricum ad Philippum Burgundionum principem. (Epp. XXIX. 56.) [12] unq.] *Ioannes Coletus Erasmo* a. 1513.: „... in ista odiosa tua mendicitate egisti potius causam aliorum quam propriam". (Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. p. 1524. n°. 4. append.) — *Erasmus Coleto* (a. 1511.) „..quidquid a Mæcenatibus queam avellere .... de quæstu nihil video; quid enim auferam a nudis?" (Epp. X. 10.) — *Eidem* (Cantabr. 1513.) „O mendicitatem! iam rides, sat scio. at ego meipsum odi planeque decretum est aut aliquam nancisci fortunam quæ me ab his mendicabulis eximat, aut prorsus Diogenem imitari." (Epp. X. 17.) — *Eidem* (Cantabr. 1513.) „..quod mihi tuas offers pecunias, agnosco veterem tuum in me animum .. sed pupugit nonnihil animum meum verbum illud, quamlibet ioco dictum 'Si humiliter mendicaveris'. .... Sed obsecro, quid me potest esse invercundius aut quid abiectius, qui iam diu publice mendicem in Anglia? ab archiepiscopo tantum accepi, ut plus quam improbissimum sit ab eo quicquam, etiamsi offerat, accipere; ab N. satis audacter petii, at ille impudenter rogantem impudentius repulit. iam etiam Linacro nostro videor parum verecundus, qui cum sciret me Londino discedere vix sex instructum angelatis, et valetudinem optime norit, ad hæc instantem hyemem, tamen sedulo monet, uti parcam archiepiscopo, uti parcam Montioio, sed ipse potius me contraham et assuescam fortiter ferre paupertatem, O amicum consilium?..." (Ibid. X. 18.) Hæc exempla, quibus alia facile addi possint, satis ostendent Erasmum ditiorem factum paullo immodestius ac parum recte de ante actis, de fortunis suis aliorumque paupertate loqui. [20.21] senectuti] Hanc nimium prætendit et excusat Erasmus. Cum Spongiam scriberet,

Digitized by Google

tionem habent latrones ac pyratæ: Huttenus agnoscit amicitiam eximiam, agnoscit insignia merita in rem publicam atque etiam in ipsum quædam; et tamen nulla lacessitus iniuria, perruptis omnibus gratiarum vinculis, iuvenis senem, tot conviciis, tot rixis, tot iurgiis conspuit, colaphis et alapis cædit, contundit os, raptat ac versat, perinde quasi mancipium de lapide emptum tractet, non Erasmum. et sibi persuadet aliquem fore tam §.366.
immanem ac ferum in toto orbe, ubicunque sedes est hominum, qui tantam immanitatem non execretur; et hos opinor existimat esse mores Lacedæmoniorum ac Massiliensium, quos ab Hutteno discat iuventus Germanica.
Ego tum sic eram affectus in Huttenum, ut mihi persuaderem, siquis exor- §.367.
tus fuisset qui impeteret Erasmum, illum suo corpore siquis alius depulsurum iniuriam; interim amice de illo cum amicis loquebar, deferebam officium, deplorabam fortunam adversam, sollicitus etiam ut illi res essent tutæ in posterum. atque hic humanitatis antistes velut ex insidiis tali li- §.368.
bello adoritur amicum, quem semper reverentissime coluit, cuius caniciei deferre debuit, cuius in publica studia atque etiam in se merita agnoscit. Indixit bellum Romanensibus, sed revera bellum gerit cum Musis et Gra- §.369.
tiis. in hostes gladium habet incruentum, in amicos stilum habet cruentum. iam nescio quo nomine donari debeat quod criminatur me instigatorem omnium tumultuum, mox exardescente incendio dissimulare factum et adversæ parti blandiri; opinor futurum, ut Huttenus omnium suorum facinorum, quæ Mavortiis auspitiis terra marique gerit, me faciat instigatorem. Atqui in epistola quam nuper ad me scripsit, sic loquitur: „Nemo §.370.
„instigat Huttenum, nec ille sustinet a quoquam instigari". Quo igitur ore nunc me facit omnium instigatorem, hominem nullius apud ipsum ponderis, quum Hutteni θυμὸς ἀγήνωρ a nemine mortalium sustineat instigari? Missas faciamus conviviorum fabulas vino inscriptas, omittamus familia- §.371.
ria colloquia quibus inter se garriunt amici, ego, ut dixi, quoties res serium consilium postulabat, semper ad moderatiora vocavi: Reuchlinum admonui, ne læderet ordines, et deploravi quod in apologia sic efferbuisset: opinor extare epistolas in illius schedis, quæ testes erunt me vera loqui. nec aliud sensi de Luthero; de comite a Nova aquila iam ante recensui; §.372.
de Hutteno nihil effutiam ex arcanis amicitiæ: tantum hoc referam quod ille libris æditis voluit omnibus esse testatissimum: quum esset apud me Lo- §.373.
vanii, expetiit secretum colloquium, nec unquam mihi cum illo fuit ullum præter hoc unum. cœpit commemorare de bello indicendo Romanensibus,

---

senior non fuit quam qui has notulas scribo, neque vero in eo consentio cum Erasmo, tam commodam rem senectutem esse, ut ipsa sola vel querulos vetulos anusve venerabiles reddat. [1] pyr. *omnes.* [3] nulla] ?' [6] aliq. fore] Tam concitato sui studio flagrat Erasmus, ut in lectores quibus Huttenus placeret, atrociora quam in ipsum Huttenus convicia evomat. [26] θυμ. ἀγ.] strenuus animus. (*Homerice.*)

Digitized by Google

ac primum arbitrabar hominem iocàri; rogo qua fiducia, quum pontifex
§.374. *et per se potentissimus esset et tot haberet principes sibi faventes. quum*
ad hæc ille quædam respondisset, subieci negocium esse calidum ac peri-
culosum, et si pium esset, tamen stultum esse tentare cuius perficiundi spes
non esset; 'Utcunque est' inquam 'non cupio de isto negocio plura audire;
'meum est meis vigiliis prodesse publicis studiis', et consilium dedi, ut quic-
quid auderent alii, ipse ne se tali negocio admisceret. talis instigator fui
§.375. *Hutteno. Sed multo ante quum ille emitteret libellos immodice liberos,*
admonui illum literis, temperaret calami libertatem, ut principis sui fa-
vore posset uti perpetuo. et ille per literas respondit se pariturum con-
silio meo. quod si fecisset, non iam latitaret ac fugitaret, sed magnus
inter maximos versaretur ac talis esset, ut citra invidiam posset amari.
§.376. *Quin ante hoc etiam tempus, quum Moguntiæ primo colloquio mecum fa-*
bularetur, ostendit Reuchlini Triumphum, carmen sane elegans. suasi ut
premeret, idque duabus de causis, ne quis merito cavillari posset, eum
iuxta Græcorum proverbium victoriam adornare ante triumphum, neve
hostes Capnionis redderet in illum iritatiores, quum causa adhuc in summo
discrimine versaretur; quod si non impetrarem, meum certe nomen dele-
§.377. *ret. Post menses complures iterum me convenit Francfordiæ; primo sta-*
tim congressu rogabam, ecquid meminisset consilii mei; respondit sese
probe meminisse, neque quicquam sibi æque decretum esse ac meo consi-
§.378. *lio parere in omnibus. deinde prodiit carmen una cum triumphali pi-*
ctura sane quam magnifica, sed quæ nihil aliud quam Capnionem grava-
ret invidia, et adversarios provocaret satis sua sponte furentes; nec du-
bito quin ea res improbata sit ipsi Capnioni: non iam disputo quid dignum
§.379. *fuerit adversariis, sed quid expedierit causæ Reuchlinicæ. Huiusmodi*
perpetuo fuere mea consilia, quoties res serium consilium postularet. Nul-
lum unquam fœdus mihi fuit cum Hutteno, nisi Musarum legibus ictum
§.380. *adversus hostes linguarum ac bonarum literarum. adversariæ Lutheri,*
quoniam intolerabilem futuram si vicisset videbam, fateor non admodum
favi, nec adhuc vellem penes istos totam esse victoriam. Lutheranam fa-
§.381. *bulam initio non prorsus improbabam, actionem semper improbavi. Sed*
fingat Huttenus id quod non est, in initio, cum orbis applauderet Luthero,
præsertim eruditi Germaniæ, me quoque favisse Luthero, et apud Hut-
tenum velut syncerum amicum effutisse secretos affectus, quid esset inhu-
manius quam nulla de causa suscepta inimicitia hæc evulgare, criminari
§.382. *et iactare apud orbem? et si Musis placet, Expostulationem vocat tam*

---

[9] Cf. supra nº. CLXXVIII. [13] Aestate a. 1514. [16] Græcum de triumpho proverbium nullum est, sed apud Plat. Lys. p. 205 d Ctesippus Hippothalem his verbis exagitat, *πρὶν νενικηκέναι ποιεῖς τε καὶ ᾄδεις εἰς σαυτὸν ἐγκώμιον.* (anteqnam viceris, encomium in te ipsum conponis cantasque.) Nos diceremus Erſt ſiegen, dann triumphieren. (Erſt das Ei legen, dann gakeln.) [19] Francford.] cf. vol. I. p. 44. §. 38.

Digitized by Google

atrocem criminationem. at qui expostulat, privatim requirit officium in amico, cupiens sibi satis fieri: 'hic me non monitum apud orbem reum peragit; ac tantum habet frontis, ut existimet hæc scribi posse incolumi amicitia pristina. Habeat sibi suas amicitias et inimicitias: ego cum tali in- §.383.
genio, quale arguit hæc epistola, nihil habere volo commercii. Responderam ad capita rerum quibus se iactabat exacerbatum: nam ea suis literis ad me descripsit: sed interim hæc expostulatio, hic per multorum manus vagata, perlata erat Turegium. Docueram de colloquio detrectato §.384.
rem secus habere quam ille suspicaretur; de epistola Hochstrati purgavi; de Capnionis insimulatione doceo me ne somniasse quidem unquam; de negocio Lutheri docui me nihil mutasse, nec in illius factione fuisse unquam, et in evangelico negocio provehendo totum esse; mihi nihil adhuc esse scri- §.385.
ptum adversus illum, et si quid scripturus essem, me citra convicium argumentis ac scripturæ sacræ testimoniis acturum, tanta moderatione tanque æquitate, ut nec ipse Lutherus offendi posset. ostendi quam hoc §.386.
consilium esset inutile tum evangelico negocio, tum liberalibus studiis, tum ipsius etiam rebus, ut nunc habent, Hutteni. Hæc aliaque multa tum ad illum scripsi. dissuadebant amici docti, ne talem libellum evulgaret; atque ipse etiam Epphendorpius, ut affirmat etiam ac fatetur Huttenus. His §.387.
omnibus contemptis evulgavit libellum nullis iucundiorem futurum quam his qui Luthero et linguis et bonis literis pessime volunt, et quos pessime odit Huttenus, si vera prædicat. quam enim insolenter gestient illi? quid dicent inter sese? 'habet Erasmus suum toties laudatum Huttenum, fruatur eo'; 'habet illam toties adamatam ingenii venam, fruatur illa': 'exoscule-
'tur illam dictionis venerem toties prædicatam'. Nec desunt adeo qui præ- §.388.
*dicent Huttenum ab Hochstrato et Ecmondano aut horum sodalibus conductum hæc in Erasmum scripsisse, ac mihi sane fit verisimile. Iocatur alicubi satis apposite se subodorari prædam quam pontifex obiecerit: *mihi magis subolet præda quam obiecerunt monachi ac theologi. *nec enim hoc inceptum recens est, vetus est vomica, licet nunc demum per occasionem pus eruperit. *Ante complures menses scripserunt amici nescio* §.389.
*quid libelli paratum in me; *expectabam concertatiunculam aliquam de dogmatibus Lutheri; nunc video hunc libellum fuisse alibi natum, sed hic ex delationibus quorundam velut assutis pannis auctum: nam et stilus inæqualis est, et ea pars elaboratior est quam scripsit per ocium. *Utrum* §.390.
*autem est honestius accipere præmium a Cæsare ac pontifice, ut disputes adversus Lutherum, an a monachis accipere mercedem, ut conviciis talibus incessas amicum? *Dicat igitur nobis Huttenus bona fide quam offam*

[19] §. 387.] Videmus Erasmum codicem suum expensarum acceptarumque laudationum habuisse. [29] mihi fit] Adeo stultus non es, Erasme. Iocatur] Non omnes ioci erant suspiciones §§. 41. sq. 145. 153. 156. 263. sq. Expost. prolatæ. [39] Dicat ig.] Lepide!

Digitized by Google

obiecerint monachi ac theologi, ut in me latraret, et ego fatebor quid ac-
§.391. *ceperim a Cæsare ac pontifice, ut scriberem in Lutherum. Fortassis in-*
ficiabitur esse verum quod est veri simillimum; tamen illud constat nemi-
nem unquam fecisse gratius hostibus Lutheri ac bonarum literarum quam
hic fecit Huttenus. Ego Lutherum degravo invidia qui Lovanienses appel-
lem Reverendos patres; ipse protector est Lutheri qui hostibus illius hanc
agit fabulam longe gratissimam: nihil enim illis accidit, unde magis su-
stulerint cristas, quodque illis magis addiderit animos quam hic Hutteni li-
§.392. *bellus. Iam mihi videre videor undique gestientes, subsilientes, sibi gra-*
tulantes devotos bonarum literarum ac theologiæ syncerioris hostes, Lova-
nii Ecmondanum et Vincentium, Lutetiæ duos præcipue theologos, alterum
Quernum, alterum Betaceum, Coloniæ Theodoricum Novimagum cum suo
§.393. *sordido sodalitio; fortassis et in Anglia Leum cum Standicio. Omnes hi*
triumphum adornant Hutteno, certatim applaudentes et acclamantes: 'Macte
'virtute, eques, βάλλ' οὕτως, confice nobis Erasmum illum qui invectis no-
'vis linguis ac literis regnum nostrum labefactavit. Eia talibus libellis
'redde literas istas, quas quidam falso vocant bonas, invisas principibus,
'invisas iuventuti, quum viderint in his esse tantum virulentiæ, nec in aliud
'valere nisi ad calumniam bonorum et seditionem concitandam; prode my-
'steria poeticorum orgiorum; inspue, immunge, imminge, incaca in fontem
'illum Musarum, ne cui posthac ex eo libeat bibere, et si vis illum semel
'omnibus modis conspurcare, te totum in eo prolue. Quicquid in nos hacte-
§.394. *'nus peccasti, condonamus, si perges qua cœpisti.' Felicem Huttenum quum*
ab his novis amicis venient gratulatrices epistolæ, missitabuntur xenia, de-
ferentur ingentia munera. Hæc an vera sint nondum mihi liquet; certe
multo sunt propiora veris quam quæ ille fingit de me Romam eunte, deque
§.395. *occursu cardinalium: nam ego tot modis provocatus nihil adhuc scripsi in*
Lutherum, et Huttenus præter causam tam virulentum libellum scribit in
amicum, cuius prædicatione factum est, ut multi qui Huttenum non vide-
§.396. *runt, et norint eum et diligant: alioqui quid illum perpulit ad tam viru-*
lentam scriptionem? demonstravi causas quas allegat esse nullas, id quod
per se perspicuum erat cordatis et integris, etiam iis qui Hutteno fave-
bant. Quid igitur sibi voluit hoc libello? Scripsit animi gratia? convenie-

---

Ceterum de Erasmo constat donorum ac munerum cupiditas, de Hutteno non corruptum esse umquam. [12] Quernum — Betaceum] Eleganter nominibus ludit: Guilielmus Quernus, Normannus, inter Lutheri impugnatores infirmos recensetur; Betaceus Erasmo est, opinor, Natalis Beda, insignis Roterodami hostis. [12] Theod. N.] de Gouda, Carmelitam? Cf. Epp. O. V. I. 1. [13] cf. Ioannes Standish, de quo Erasm. Epp. XII. 15. sive ed. 1706. fol. p. 561. sqq. n°. 516. [14] applaudantes *1.* [15] βάλλ' ὄντ.] sic feri! [20] inspue *etc.*] Magis temporis quam Erasmi vitium fuit, quod ipsi hæ spurcitiæ pro facetiis placerent. [23] Non admodum feliciter, ut mihi quidem videtur, Erasmus imitatur Expost. §§. 155. sq.

Digitized by Google

bat in alio argumento videri velle festivum; libuit exercere stilum? poterat, etiamsi non strinxisset in amicum bene meritum et bene mereri paratum. volebat, ut ait quidam, absolutum quoddam eloquentiæ specimen, §.397.
*velut κύκνειον ἆσμα relinquere posteris, quemadmodum Cicero reliquit Philippicas? deligenda igitur erat materia quæ per se foret ampla et utilitate quoque posteris commendaretur; nam hoc argumento pessime consuluit famæ suæ, *si tamen ille famæ rationem ullam habet. Studebat me deter-* §.398.
rere, ne scriberem adversus Lutherum? atqui non alia ratione citius poteram provocari. sed absit ut ego in tam arduo negocio quicquam vel suscipiam vel deponam Hutteni causa: male se habent res Lutheri, si ad hos triarios, si ad hanc sacram ancoram devenerunt, ut talibus libellis oporteat defendi. Iugulare voluit Erasmum? quid autem barbarius quam sic §.399.
esse affectum in eum qui nec suspicabatur aliquid nec merebatur? atque hic inter Scythicas voces insignis immanitatis testes etiam illa iactabatur 'Hoc libello coniiciam Erasmum in lectum'. et quoniam casu incidit morbus ex percussu solis, fortasse nunc triumphat ac plaudit sibi. Verum §.400.
ne putet me tam nullius esse animi, ut peius valeam, etiamsi quindecim tales libelli scribantur in me. Hoc scriptum Hutteni mihi conciliabit multos amicos; quos ab ipso sit alienaturus, et quos conciliaturus, brevi sentiet. magnum vero si paucis stolidis Lutheranis applausoribus gratificatus est! nam ex hoc ipso genere parum habet amicos, si qui sunt paulo cordatiores, habiturus propemodum pauciores. Et gloriatur hic se fuisse circumfusum §.401
*agminibus Lutheranorum. *Egregiam vero gratiam communicati hospitii refert huic urbi, in qua qui vivo iam ferme biennio, neminem novi qui se patiatur dici Lutheranum, et in qua publico edicto cautum est, ne quisquam in concione doceat quod adversetur evangelio, ne Lutheri quidem autoritate fretus. *Iam vero nescio an nihil tribuendum sit quorundam 'sus-* §.402.
*picioni, qui dictitant Huttenum ex equite factum sedentarium, huiusmodi libellos ad quæstum scribere, eumque geminum, dum et hi numerant qui conducunt operam, et in quos scribit, pecunia redimunt ne quod scriptum est ædatur? *Miseret me Hutteni quamlibet hostis, si huc illius fortunæ* §.403.
*reciderunt: *iam, ut audio, numeravit aliquid et typographus. Sed desino de Hutteno, ne quid ultra spongiam: hoc tantum illum scire volo et mihi esse stilum, nisi maluissem meam perpetuam tueri consuetudinem, quam*

---

[3] §. 397.] Non possum ab animo meo impetrare ut credam Erasmum, cum hæc scriberet, nescivisse Huttenum non dico iam vita functum, sed morti proximum esse. [4] κύκν. ἄ.] olorinam cantilenam. *Martial. epigr.* XIII, 77. „Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cycnus funeris ipse sui". Hutteni mortem non compererat, sed prope diem eventuram expectabat Erasmus. [11] Ἱερὰ ἄγκυρα. Diogenian. V. 29. [14] illa] A quonam audisti, Erasme? [22] gloriatur]? Cf. Expost. §§. 22. 195. [27] quorundam] meæ *dici debebat.* [31] §. 403.] Cf. Expost. §. 254. [32] ut audio] Erasmice. [33] Spongiam] crassam fecisti, rhetor Laconice.

Digitized by Google

illius exemplum imitari. Nunquam adhuc mihi pugna fuit cum quoquam quem aliquando dilexerim ex animo; ac ne in hos quidem unquam exercui calami rabiem, a quibus odiosissme impetebar. quodsi placeret hæc petulantia, malim mihi dari qui nunquam fuisset amicus, malim dari cui res essent sequundiores. non est plausibilis cum amico digladiatio; et cru-
§.405. dele est in calamitosum esse dicacem. *Superest ut adhorter omnes bonarum literarum studiosos, ut si detestabile videtur exemplum Hutteni, ab huiusmodi intemperiis abstineant, ne bonas literas reddant invidiosas. appellantur humanitatis: cavendum, ne nostro vicio nominis honesti possessione deiiciantur: tum demum erunt id quod dicuntur, hoc est bonæ literæ,
§.406. si nos reddant meliores, si serviant gloriæ Christi. Neque enim in hoc revocatæ sunt in scholas, ut pristinas disciplinas eiiciant, sed ut illæ purius et commodius tradantur. Nunc idem fere tumultus est in scholis, qui est in ecclesiis: nam plerique qui linguis ac bonis literis impense favent, exclusis omnibus studiis has solas invehunt; rursus qui pristina stu-
§.407. dia mordicus retinent, summis viribus hoc agunt, ut politiores literas prorsus obruant et extinguant. Quin potius in hoc incumbimus, ut suas quique dotes invicem conferentes mutuis officiis adiuvemur, quam ut stultis contentionibus alteri alteris incommodemus? Qui valent in bonis literis, dent operam, ut eas probis, castis et commodis moribus commendent et acces-
§.408. sione graviorum disciplinarum cohonestent; quibus non contigerunt, addant et hoc decoris studiis suis. Mutua concordia faciet ne quid cui desit; dissidio fit, ut nec his bonis quæ adsunt fruamur. quin universis et maximis et minimis huc conandum est, ut inter Christianos pax et concordia sarciatur. nunc neque mundi huius pacem habemus, quum undique furio-
§.409. sis bellis ferveant omnia, neque pacem dei, quum tanta sit opinionum dissensio, nec ulla usquam syncera amicitia aut fraterna charitas, sed pessimo fermento vitiata omnia. Si cui placet hoc seculum, fruatur; mihi videtur infelicissimum. *Qui negocio favent evangelico, faveant simpliciter ac prudenter: ne fidant clancularíis conspirationibus, ne maledicis libellis in pontificem aut principes, quibus illis magis conciliant favorem et evangelio conflant invidiam; sed posita omni pervicacia, positis studiis humanis. *qui docti sunt inter sese conferant de tollendo orbis dissidio, quæque videbuntur ad publicam Christiani populi salutem et Christi gloriam facere, *secretis literis indicent pontifici ac Cæsari, et in hoc negocio ver-
§.410. sentur syncere tanquam coram deo. Hac ratione citius consuluerimus evangelicæ synceritati, quam rixis nunquam finiendis: *dum enim sine fine rixamur, an sit aliquod bonum opus hominis, fit, ut revera nullum habeamus opus bonum; *dum delitigamus, an sola fides absque operibus conferat

---

[2] quem] Sed quemnam, dic, hominem umquam dilexisti ex animo præter unum unicum Erasmum? [9] uitio *5. 6.* [13] scolis *2. 3.*

Digitized by Google

salutem, fit ut nec fidei fructum nec bonorum operum mercedem capiamus. *Quædam autem eius generis sunt, ut si maxime vera essent, non expe- §.111.
*diat ingerere auribus populi, veluti liberum arbitrium nihil esse nisi nomen inane; quemlibet Christianum esse sacerdotem et posse remittere peccata et posse consecrare corpus domini; sola fide conferri iusticiam; opera nostra nihil ad rem facere. Hæc paradoxa iactata apud vulgus quid aliud quam gignunt dissidium ac seditionem? Rursum ecclesiæ proceres ac principes §.112.
*profanos obsecrarim, ut suos affectus suaque privata commoda posthabeant saluti publicæ et gloriæ Christi. sic est voluntas Iesu Christi et sic agen- tibus nobis adfuturus est fautor ac fortunator eorum quæ gerimus. Cui §.113.
*spiritus Iesu donum impartiit abstrusioris eruditionis, impartiat candide, cum omni mansuetudine sustinens ac tolerans eos qui non statim assequi possunt quod traditur, quemadmodum dominus Iesus diu toleravit infirmi- tatem suorum donec proficerent. Principes et episcopi sunt homines, labi §.114.
*et falli possunt: hos quanto conducibilius est comiter ad veri cognitionem adducere quam convitiis exasperare? *Qui in classe Lutherana sibi vin- dicant spiritualem cognitionem, cogitent et se esse homines obnoxios iisdem malis, quibus obnoxii sunt pontifices et principes: neque corona neque mi- tra addit sapientiam evangelicam, fateor, sed neque vulgare pileum aut cingulum addit. Qui se putant habere donum spiritus, ne spernant publi- §.115.
*cam autoritatem. Rursum principes, quamlibet potentes ac magni, ne aver- sentur veritatem Christi a quamlibet humili propositam: humiles erant et apostoli; pharmacum corpori profuturum accipimus ab obscurissimo idiota aut muliercula, et animi medicinam respuimus ab humilioribus oblatam? Submoveantur utrinque privatæ cupiditates, et communibus votis imploretur §.116.
*spiritus ille pacificus, ne mutuis dissidiis Christiana res iam nunc in ar- ctum contracta penitus concidat, ne ferarum ac piscium ritu mutuis mor- sibus nos invicem lacerantes iucundum spectaculum præbeamus et satanæ et Christiani nominis hostibus. *In omnibus articulis a priscis proditæ fidei §.117.
*consensus est: *cur ob paradoxa nescio quæ, quorum aliquot eiusmodi sunt, ut ad plenum non possint intelligi, *quædam eius generis, ut in utramque partem disputari queant, nonnulla talia, ut non ita multum mo- menti adferant ad mores emendandos, sic tumultuetur orbis? Tota vita §.118.
*Christianorum undique differta est bellis insanissimis, tumultibus, latroci- niis, iurgiis, odiis, obtrectationibus, fraudibus, dolis, luxu, libidinibus; nihil usquam sanum est, et omissis omnibus digladiamur, an principatus Romani pontificis sit profectus ab autore Christo. *Utraque pars alteri §.119
*sese attemperet: obsequium parabit amicitiam, pervicacia tumultum gignet: quis autem finis erit, si altera pars nihil habeat nisi tumultus, rixas et convicia, altera nihil nisi censuras, bullas, articulos et incendia? Quid

---

3 veluti] sequuntur Lutherana dogmata. 16 conuiciis 5. 6. 26 *οὐδὲν ὑγιές.*

Digitized by Google

magni est homunculum alioqui moriturum in ignem coniicere? docere ac persuadere magnum est: ne palinodiæ quidem illæ magnopere movent quen-
§.121. *quam; quis enim non sic interpretatur, maluit pudefieri quam exuri? Quam vero non plausibile, quum episcopus qui debebat docere philosophiam evangelicam, in his quæ sunt huius mundi, plusquam satrapes est; in his quæ sunt fidei, nihil habet nisi articulos, carceres, carnifices et incendium?*
§.122. *Non pudeat episcopos servire charitati Christianæ, quod facere non puduit apostolos; non pigeat eruditos episcopis suum honorem reddere. Hoc interim consilium dederim utrique parti, ut neutri addictus, ita utrique*
§.123. *bene cupiens. Ego me compono ad eum diem qui me sistet ante Christi tribunal; et idcirco ab istis contentiosis, in quibus vix fieri potest ut versetur aliquis, nisi dum feritur et referit, perdat aliquid ex illa tranquillitate Christiani spiritus, transfero me ad ea quæ motus animi componunt,*
§.124. *quæque conscientiam tranquillant: ex paraphrasibus magnum hic fructum capere me sentio. quo magis mihi dolet, quod in hac rixa, dum lego quæ calumniatur Huttenus dumque diluo quod ille aspergit, totos sex dies perdidi. Bene vale, quisquis es, candide lector.*

PVRGATIONIS AD EX-
postulationem Hutteni, per D.
Erasmum Roterodamum
FINIS.

IN SPONGIAM ERASMI.

Appellata meo domino sum Spongia, verum
Lectori populo tetrica Spina vocor:
Ut cuius dura confossus cuspide nuper
Concidit Hutteno stemmate clarus eques.

Euricius Cordus Epigrammatum VI. 9. Ff. 1564. 8°. fol. 178ª. Helmæst. 1616. 8°. p. 325.

---

[2] ille *1. sqq.* [16] sex dies] Ne coronidem quidem sine mendaci iactantia libello suo imponit Erasmus: in epistula ipsi spongiæ præmissa, §. 12. 'Hutteni expostulationi' inquit 'statim respondi in mense Iulio", et in epist. secretissima ad Goclenium d. 2. April. a. 1524. data „ego mox paraveram responsionem" etc. Unde apparet sex dierum spatio hanc Spongiam non crevisse. Ceterum equidem plus quam sex dies in ea clavanda expumicandaque perdidi. Bene vale, niger Erasme.

Digitized by Google

CCCXXXIIII.

OTHONIS BRVNFELSII PRO VLRICHO HVTTENO DEFVNCTO AD ERASMI ROTERODAMI SPONGIAM RESPONSIO.

ERASMO ROTERODAMO OTHO BRVNFELSIVS S. D.

Famam nobis prostituisti integerrimi et clarissimi viri Ulrichi Hutteni, multa in hunc affingens mendaciter, sycophantice et fraudulenter, multa etiam in viros bonos et qui ab evangelio sunt; feres itaque benigne si et in te dixerimus quædam accusationisque nostræ rationem aliquam dederimus tibi: non æquum fuit nos amici caussam deserere, qui vindicare seipsum non potest; multo minus blasphemiis tuis ut applaudamus, quibus in scripturam quoque impius es. Age quod vis, pinge ut lubet vicissim: scio nihil deberi mihi in hac vita quam perpetuam ignominiam et confusionem: vix poteris peiorem pingere quam inductum, inglorium, obscurum et peccatorem: talem me haberi volo et is sum; solum hoc non dono, ut vel me vel quenquam, cui cordi evangelium est, impium voces. atque nisi desieris ab iis nugis, detracta semel hac larva tibi, scripturis palam faciemus qui sis. neque deerunt qui operam suam nobis locabunt iuvabuntque conatus: novimus enim, hulcus ubi tangendum tibi est. Hoc dictum tibi habe, et VALE.

OTHONIS BRVNFELSII AD EA QVÆ SVNT EX PRIMA ERASMI AD ZWINGLIVM RESPONSIO.

[§ 3.] ERASMVS. *Quid excogitari potuit alienius ab omni humanitate fideque Germanica?* OTHO. Ut alienum a fide Germanica, non tamen a Christiana fide, qua revocamus desertores, expostulamus cum iis qui omni vento doctrinæ circumferuntur, exhortamur infirmos in fide, ut formam habeant sermonum sanorum; quæ, quam absint etiam a Germanica fide, non video.

[§.4.] ER. *Quid Evangelico negocio perniciosius, aut si lubet etiam Lutheriano?* OT. Hoc nesciebamus sic esse in manibus tuis Lutheri negocium, ut sit nunc ruiturum, vel quod posset obesse evangelio humanum peccatum.

[§.5.] ER. *Interim nec Pontifici parcens, nec Cæsari.* OT. Itaque debebat, ut audio, adulari pontifici, benedicere ipsius tyrannidi et impietati; debebat gratulari quibusdam principibus, qui magis confregerunt iugum, ruperunt vincula et perverterunt iudicium dei sui? Hoc Erasmus faceret fortasse.

RESPONSIO OTHONIS BR. AD EA QVÆ SVNT EX SECVNDA ERASMI AD LECTOREM EPISTOLA.

[§.2.] ERASMVS. *Mors quæ miserum tot malis vel exemit urgentibus vel subduxit imminentibus.* OTHO. Hæc apud te atque tuos maxima est ignomi-

CCCXXXIIII. *1...3.* Vide Indic. bibliogr. n. XLV. 2.3.4.

9 Otto *3.* 10 sicoph. *1.2.* 21 ex prima] i. e. epistola prioris editionis Spongiæ. Cf. supra n°. CCCXXXI. 30 *Quid*] *Qui 1.2.* 32 ut] ne *1...3. sed in 1. in erratis corr.* 37 EX SEC.] supra n°. CCCXXXII. exhibita.

Digitized by Google

nia sic malis affligi et miserum esse in hac vita, versari in variis periculis, esse sicut ovem occisionis tota die; apud nos vero summa felicitas est, atque ideo beatam dicimus mortem quæ dissolvit et lucrifacit nos Christo, beatos vocamus qui hæreditatem hanc filiorum consequuntur.

[§.2.] ER. *Libello sycophantico tantum invidiæ tantumque labis conciliaret tum sibi tum bonis literis tum negocio evangelico tum Germanico denique nomini.* OT. Quid vero evangelio et literis Germaniæ cum vestra tragœdia? veluti nemo sit posthac lecturus meliores literas, nemo auscultaturus evangelio, nemo futurus integer Germanus, quia ausus est semel aliquis in faciem resistere tibi et arguere quod ad veritatem evangelii non recte ambulas. An non et Paulus Petrum reprehendit, idque in facie totius ecclesiæ? Si ob hoc sycophanta tibi est, tamen nulli bono est et qui integritatem hominis noverunt. Evangelico negotio sic obfuit, ut videamus hoc nunc in toto orbe florere volentibus nolentibus tyrannis omnibus. Germanico autem nomini utinam nemo sit illaturus posthac maiorem contumeliam et eius integritatis et iudicii essent omnes equites Germani! Lutherus vehementissime semper complexus est, non quia severius agebat quædam, sed quoniam candido animo agebat et rectissimo zelo. "Sed impudentissime" inquis "sese ingessit": expectare pontificis vocationem debebat. sed ille neminem bonum vocat. Item „inciviliter et impudenter dixit quædam". Dixit palam et citra pudorem pontificis regnum ex diabolo esse, turbas monachorum et factiones sacerdotum esse ab Antichristo, raptores esse, fures, sycophantas et hypocritas, dignos quos ex hoc orbe etiam ad Turcas profligaremus. Si hoc est impudenter se ingerere, vide ne hac tam abominanda impudentia verum dixerit.

OTHONIS BRVNFELSII AD EA QVÆ SVNT EX ERASMI SPONGIA RESPONSIO.

[§.1.] ERASMVS. *Tantum enim Spongia detersurus sum.* OTHO. Imo ne centum adhuc Spongiis.

[§.1.] ER. *Nihil criminum aut conviciorum in adversarium regeram.* OT. Hoc certe decuisset theologum hominem; sed ad quid appellas hominem perfrictæ frontis, hominem nullius pensi, imprudentem et Gnathonem? Quorsum spectant et alia venenatissima scommata et mordacissimæ ironiæ? An non sunt ista convicia?

[§.1.] ER. *Dabitur hoc vel amicitiæ pristinæ vel meæ perpetuæ consuetudini.* OT. Tuæ perpetuæ vafriciei et fraudulentiæ, qua lingis et pungis, mordes dentibus et prædicas pacem, qua ex eodem ore calidum spiras et frigidum, qua una manu ostentas panem et altera lapidem celas. Hæc consuetudo, si tibi perpetua est, pessima est.

[§.2] ER. *Scio, non fert contemptum Hutteni generosus animus.* OT. Hoc adeo tibi persuasum habe, non tulisset cruentam et asperam Spongiam hanc.

[§ 2] ER. *Proinde cum multos lacessierit antehac acidis libellis, nec ullus illum hactenus responso dignatus sit, et hoc honoris feret a veteri amico.* OT. Sed alteri feras hos honores posthac. Lacessivit quosdam optime certe meritos et insigniter flagitiosos et perditos homines curtisanos. Hii si non responderunt, hæc caussa fuit, quoniam quid responderent non habuerunt, aut pro crassicie et ignavia sua nesciverunt.

---

5 sicoph. *1. 2. et sic ubique.* 18 inquis] §. 3. 44 Hii] Ii *3.*

Digitized by Google

[§.3] ER. *Huius tragœdiæ prohœmium extitit.* OT. Extitit prorsus: oportebat enim belli quoddam auspicium esse; utinam autem occasionem tu rescidisses, quod optime poteras, et illam non passus fuisses dominari sibi philautiam, qua præ te omnes Germanos contemnis.

[§.5.] ER. *Me gravatura esset invidia.* OT. Vel hinc apparet quo animo in Germanos sis. sed num ideo reppulit peccatores et publicanos a se Christus, quia invidia gravaturi erant apud pontifices, Pharisæos et optimates se? Hæccine est illa doctrina tua, qua doces personarum respectum apud Christianos superstitiosum esse, neminem esse contemnendum, et animas esse ponendas pro fratribus?

[§.17.] ER. *Scripsi Hutteno meum animum nullius mali sibi conscium esse.* OT. Hoc primum refugium est fraudulenti, ut cum fuerit deprehensus, dicat 'non feci'; neque ille volebat hoc, quid tu tibi conscius esses, sed de scriptura ut expostularet tecum, ex qua ludibrium facis, et quod nimium prudentiæ intendis tuæ hominumque præscriptis, nunc damnans quæ aliquando probabas, nunc rursum probans quæ damnabas; quod pro varietate personarum aliam atque aliam induis faciem pro tempore, et quod non tam Vertumnus varius est, quam tu tibi in oratione es dissimillimus. Hæc sunt quæ in te improbavit, vitam vero et eruditionem et eloquentiam nunquam improbavit. Sed audi de hoc etiam ipsius verba: „Ego quidem haud puto, inquit, neque ulli Christiano, multo magis docto theologo esse simulandum. Ethnicus quoque scriptor simulationem damnat: tollit enim, inquit, iudicium veri, idque adulterat. Tanto minus, qui tuus est status, simulando ac dissimulando conversari hominibus te decet; nos omnia dura et adversa facere et pati, ut constet libertas, par est. tu necubi offendas, ne suspitione quidem ut labores, id videndum est omnibus; si victoria sequeretur hos conatus, nemo uti mallet; cum quid imminet periculi, non vereris etiam amicissimorum cum insectatione declinare". Hæc Huttenus.

[§.17.] ER. *An hoc quod moliretur, conduceret publicis studiis, negocio evangelico ac rebus etiam suis.* OT. An publicis studiis aliquid profuerit, parum refert; negocio evangelico si non profuit, nihil obfuit; ac ne suis etiam rebus, quas destinaverat huc semel, ne dives fieret vel spectatus in hoc seculo.

[§.18.] ER. *Retulit epistolam atrocissimam.* OT. Sed multo crudelius erat vulnus, cui medicandum fuerat, et poscebat tale malagma pessima plaga tua vehementer.

[§.18.] ER. *Proponit aliquot crimina.* OT. Nihil non fecit et nullam medicinam expertus non est quo rursum lucrifaceret te: nunc blanditur, nunc monet, nunc arguit, nunc opprobrat quædam antea adserta per te, nunc obsecrat rationem ut habeas senectæ et eruditionis tuæ. nullum tamen insigne flagitium impingit, nisi perfidiam et quod in adversariorum castra perfugeris; cuius sceleris te adeo non pudet, ut quædam etiam apertissima in libris tuis quæ faciunt pro negocio evangelii, nunc neges et recantes.

[§.19.] ER. *Et interim promittit libellum se intra triduum missurum.* OT. Fieri potest ut descriptus a Luca quodam Turegium pervenerit, sed eodem tempore quo redditus est tibi tuus. et quid si vulgabatur etiam ante redditionem, cum nihil volebat quam quod etiam orbis sciret eam expostulationem?

---

[1] proëmium *3.* [6] repulit *3.* [15] quæ] quod *3.* [22] adulterare *1.* adulterate *2. 3.* [44] Luca quodam] An a Luca Klett? de quo v. Athen. Rauric. p. 108. Thurregium *3.*

Digitized by Google

Alioqui fraude et industria imponendi factum nihil est, et si aliquid est, Hutteno factum est clam.

[§.30.] ER. *Respondit paulo mitius iam extincto Francisco Sichino.* OT. Sic liberum est tibi quicquid in buccam venerit suspicari, iudicare, nugari: nam de Siccingiano fœdere quid est, quod tibi compertum esse possit?

[§.31.] ER. *Sed hic congressus permanaturus erat Romam ad pontificem, in Hispaniam ad Cæsarem, ad Brabantiam, ubi strenuos habeo sycophantas, in Angliam, [ubi non deficiunt] qui me volentem nolentem faciunt Lutheranum.* OT. Nullibi vero erat permanaturus, si purpuratus quispiam Thraso petisset alloquium vel personatus episcopus; hiis utique assurrexisses, hos excepisses, salutasses, intromisisses. Nunc autem nihil convenit tibi cum peccatoribus et Lutheranis hæreticis. Sed quid tantundem Romam timebas Babylonem illam?

[§.34.] ER. *Erat magnæ humanitatis, fateor, quod Huttenum admiserunt, sed maioris, quod dimiserunt.* OT. Si Erasmianæ fuissent Spongiæ, non dimisissent; sed longe alia est invicta semper Helvetiorum gens, quam ut pro perfidissimis papistis sanguinem tradat innocentum.

[§.35.] ER. *Utinam autem Huttenus sic se gereret, ut bonorum humanitate perpetuo posset uti.* OT. Nunquam est abusus; ut vero perpetuo frueretur, neque visum est consultum, neque Christianum: nam quorundam doctrina et vita cum evangelio pugnabant, a quibus expediebat separari; neque amicitia est, sed simulatio, quæ cum evangelio non est coniuncta.

[§ 35.] ER. *Sed ii qui permittebant hospitium, admonebant, temperaret a verbis, unde tumultus aliquid nasci posset.* OT. Hoc alioqui erat facturus, etiamsi non admonuissent: nam utcunque atrox erat in stilo, in familiaribus colloquiis vix quisquam illo fuit humanior, ut dixisses non esse qui scripserat: testantur hoc et illi qui undiquaque ex alienis terris ad se videndum commigrabant.

[§.35.] ER. *Quid hoc ad me qui vix subsisto adversus invidiam?* OT. Sed an non satis subsistit et potens est qui est Christianus? et si tantopere innocens es ab Lutherana factione, quid times ne cœlum ruat? Tutissimus est quem innocentia tuetur.

[§ 36.] ER. *Cardinalis Mogontinus iam pridem Huttenum e familia dimiserit.* OT. Cardinalis ille, qualisqualis est, neque eiecit, neque libenter dimisit a se; subtraxit autem ultro se ex aula, cum iam tantæ essent insidiæ a Romanensibus, ut tuto versari non posset, quamquam ne hæc quoque est prima caussa; sed quoniam volebat arcere illi calamum cardinalis, ne scriberet in curtisanos, non passus est adimere sibi hanc licentiam. Interea tamen revocatus est per literas, non semel, iisque manu episcopi scriptis. solus enim erat qui audebat libere admonere episcopum.

[§ 36.] ER. *Franciscus Sichenius quo consilio dimisit Huttenum ab se, nisi quia vitabat invidiam?* OT. Quod neque ob invidiam dimiserit, neque unquam malo animo fuerit in Huttenum, testes appello illius superstites filios. quodsi nunc viveret integerrimus vir, recogeret et ipsemet hoc in iugulum tibi. quanquam quid est hoc criminis, etiamsi dimisissent cardinalis, Sichingius

---

7 strennuos *1.* 8 ubi non def.] *omiser. omnes.* 9 Traso *1. 2.* 10 iis *3.* 14.15 admiserant *omnes.* 26 uel hum. *1. sed in erratis* uel *deletur.* uel humanior, uel ciuilior *2.* 31 ab] a *3.* 33 Moguntinus *3.* 37 quoniam] cum *3.* 41 Sickenius *3.* a *3.* 15 Sichenius *2.* Sickingius *3.*

Digitized by Google

omnesque principes, vel si totus in hunc conspirasset orbis, cum hodie multos probissimos viros videamus proscribi ex aulis propter Lutherum, deiicique ab sacerdociis, dignitatibus, officiis, non solum ne commoveant invidiam, sed quia gravis est etiam veritas, atque hoc tandem verum præmium evangelii est.

[§ 35.] ER. *Qui Hutteno sanguine coniunctissimi sunt, cur malunt illum abesse ab possessionibus suis paternis, nisi quod metuunt invidiam?* OT. Neque illi unquam eiecerunt, neque male illi voluerunt. et mira est hæc impudentia in te, qui sic libere nugaris, quasi nemo esset futurus superstes, cui perspectæ Huttenicæ res essent. Ipse vero semper monebat parentem rogabatque posthæc matrem viduam, rogabat fratres omnes, ne conflarent sua caussa invidiam sibi, ne quid suppeditarent vel operæ vel impensarum, unde possent ab æmulis vocari in ius vel in malam suspicionem venire. Ob eam rem quoque separabat se a paterna possessione. tandem cum et mater discessisset, atque ipse primogenitus erat et dominus castri ac possessionum omnium, maluit tamen abesse quam sua caussa fratres aliquam accipere iacturam: adeoque non fuit sollicitus de possessionibus et patria, ut fere integro anno nesciret quid de patria et rebus suis domi ageretur. Parens vetulus initio vehementer conatibus obstitit, timens possessionibus, mox tamen placatus est; fratres Frobenius, Laurentius et Ioannes sic favebant, ut omnium maxime solus Frobenius, architriclinus episcopi obnitebatur, neque id frustra fortasse, quod facile suspicari potest.

[§ 38.] ER. *Sed quod inde metuerem invidiam a Romanensibus.* OT. Atque hoc tamen est quod queritur, inexplebili famæ siti incantatum te, et quod impiorum minas plus facis quam gloriam Christi. Hic certe rem acu tetigisti.

[§ 39.] ER. *Ita nunc quoque inter magnos haberetur gratiosus Huttenus, posseltque ab omnibus citra invidiam amari-colique.* OT. Ad quid vero quam ad maiorem damnationem? Væ enim, inquit, cum laudaverint vos omnes homines; secundum hoc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Præterea qui sic velit ab omnibus amari, aut simulator existat necesse est aut insignis nebulo.

[§ 40.] ER. *Dicas equitem esse natum non ad equitandum, sed ad calumniandum.* OT. Quid vero si ad utrunque natus sit, et ad equitandum et ad reprobandam omnem celsitudinem et omnes munitiones et consilia quæ extolluntur adversus scientiam dei? Sed cur tu quoque theologus cum sis, vicissim retalias iniuriam, vicissim lædis etiam qui te non læserunt, ut diceret aliquis, natum esse te non ad evangelisandum, sed ad floccipendendum, deridendum, exprobrandum et calumniandum?

[§ 46.] ER. *Atque interim de me honorifice loquebatur.* OT. Imo honestissime et modestissime semper, sic tamen ut semper desyderaverit in te æquius iudicium et maiorem constantiam.

[§ 47.] ER. *Decem verbis satisfecissem Hutteni stomacho.* OT. Ah, non decem verbis!

[§ 53.] ER. *Solet hostibus missis fecialibus denunciare bellum.* OT. An tu omnibus feciales et caduceatores misisti, quos in libris atque epistolis tuis carpis et rides?

[§ 89.] ER. *Sunt enim qui hoc nomine commendantur, cum nihil minus sint quam Lutherani, factiosi, indocti, stupidi, malæ vitæ, obtrectatores,*

---

3 a sacerdotiis *3.* 6 a poss. *3.* 13 seperabat *1.* 16 patria] i. e. re sua familiari 17 uæhem. *1.* 26 evangelizandum *3.* 29 modestime *1.* desid. *2. 3.* 43 fet. *3.*

Digitized by Google

nihil habentes Lutheri nisi quod maledicunt pontifici Romano. OT. Hoc admodum dolemus; neque est quod hoc Hutteno improperes: quis enim hos a bonorum turba arcebit? quæ congregatio est tam sancta quæ non alat hanc zizaniam? Tamen qui se Erasmianos et papistas iactant, non omnes integri sunt. Romanenses curtisani contendunt apud se esse regnum cœlorum, veram ecclesiam et fidem, et tamen non est hodie sub cœlo natio perfidior et magis impia. Quam multi sunt, qui scriptis tuis elegantissimis et eruditissimis admodum favent, et tamen interim egregii sunt nebulones? Erasmum neque vita neque eruditione neque diligentia exprimunt, et tamen non est ideo deterior Erasmus. quanquam si nihil esset aliud quam quod maledicunt Romano pontifici, ego utcunque tolerandos existimarem qui huiusmodi sunt: præstat enim hoc vicio laborare et sic esse quam laqueis teneri captivum ad ipsius voluntatem. atque utinam hoc faceret totus orbis, ut videremus aliquando desolatam et deturbatam hanc pestem et abominationem ex loco sancto. Sed verba etiam Hutteni super hac re audiamus: „Modica, inquit, fide, nulla fiducia esse „debent quicunque sunt qui hoc machinantur, si ulli sunt, neque Lutherani „spiritus in his tantillum est; nisi tu hic contemnendi studio vicanos quosdam „et de foro nihili homines nobis imputas: sunt enim postremissimi quidam, „qui cum se aliquos videri volunt, ea dicunt ac faciunt quæ ab communi ab„horrent consuetudine, tuncque vanitati suæ Lutheri nomen prætexunt. hos tu „haud ignoras a Luthero nihil habere, et dicere audes non idoneos esse qui „honestissimorum virorum consortio adscribantur: neque facile credo tantum „esse odii, ut nos hac iniuria gravatos velis: quæ potest autem esse Luthera„norum vis, quæso, in tanta circum Germanorum principum contra nos con„spiratione? Equidem Basileæ nihil audivi quenquam pugnare, ut vel tu vel „quisquam alius Lutheri esset; et Wittenbergæ haud dubito quin nulli sint qui „tale studeant, cum quia hactenus secum te esse crediderunt, tum vero quia „quo propius Lutherum vivitur, eo plus ex illius spiritu hauriunt homines. „Quæ Lutheri autem mens est, quantum ad affectionis per te concitandæ me„tum, non redemptum asse velit. prædicando evangelium coniunxit et multi„tudinem sibi vel Christo potius et procerum bonam partem; idem sperat deinde „facturum se; neque unquam timet, nequid tu vel quicunque contra evange„lium obtineatis." Hactenus de factiosis Lutheranis Huttenus. Nunc audi rhetoricantem, unde prodierit hoc nomen, et quomodo ferri et nominari possit. „A me, inquit, quæres fortasse, cur me huic rei immisceam, quem tu pro „Lutherano nunquam habueris; neque me ipsum Lutheranum dico aut ab aliis „dici libenter audio." et paulo post „Quæ ego, inquit, quia et priusquam „inciperet, aggressus sum, et pro mea virili pertinaciter in hunc usque diem „egi. quoniamque boni esse viri duco per veritatis confessionem æquitatis „vindictam ubique et semper prodesse patriæ, Christiani vero pro pietate „etiam mori, si hoc res postulet, malo Lutheranum dici me, quandoquidem „sic vocantur qui hoc agunt, quam officium deserere. quanquam igitur nec „magistro ibi usus illo sum nec socio, ac seorsum negotium hoc agam, et „quacumque factione censeri infestissime oderim, quia tamen invaluit hoc iam, „ut qui Romani pontificis tyrannidi adversantur, quorum præcipue in numero „haberi volo, et veritatem qui adserere audent, quique ab humanis sanctioni-

---

11 prestat *1. 2.* 12 vitio *3.* 15 inq.] Expost. §§. 193. sqq. 19 ab] a *3.* 35 inquit] i. e. Huttenus Expost. §. 167. 37 paulo p.] Expost. §§. 172. sqq. 41 malo] malum *3* (!)

Digitized by Google

„bus ad evangelicam sese doctrinam recipiunt, Lutherani vulgo cognominantur, „feram æquanimiter appellationis iniuriam, ne rei professionem abnegare vi„dear. Nec ita me alicuius pigebit cognomenti, ut vel suspitionem mutati ho„nestioris instituti præberi de me velim. Habes redditam tibi rationem, cur „Lutherani appellationem agnoscam." Huc usque Huttenus. Iam quantum etiam ad nos spectat, qui neque Huttenici neque Lutherani sumus, sed tantum cupimus evangelio consultum, et tamen per te iis nominibus appellamur, hoc tene: agnoscimus nomen Lutheri ut viri boni et evangelici, libros eius probamus, quoniam hucusque sacris scripturis consenserunt, nec tamen illius omnia probamus quæ scribit et scripturus est, quod cavillaris tu. „Posset enim" inquis, „fortasse adversus articulos fidei scribere, quis tum illius accederet sententiæ?" Quæ scripturus est, non antea probamus quam diiudicemus: iudicamusque non ex nostro sensu, sed adhibita amusse scripturarum. Speramus tamen omnia futura optima et catholica, quandoquidem videmus virum dei quotidie se maiorem fieri crescereque et ætate et spiritu et sapientia. Et licet tu de illius spiritu dubites, cum forte dubites etiam de scripturis, tamen nos non dubitamus, sed ut prophetam et apostolum Christi suspicimus, non inflatum rhetorica Erasmica, non ut apud reges et pontifices permagni existimatum, sed spiritu loquentem mysteria et magnalia dei. Credimus quoque ab temporibus apostolorum neminem neque ex veteribus neque ex neotericis prodisse, qui divinas literas religiosius puriusque et fidelius tractaverit. Quodsi non placet, prodi tandem tu et impugna quæ scripsit: nam hoc iamdudum suspensis animis expectavimus; neque ob aliam rem quosdam male habuit Huttenica Expostulatio, quam quod maluissent te tua sponte procedere in harenam: nunc autem cum utcunque revelatæ sunt ex cordibus hominum cogitationes, et inciso hulcere cœpit effluere pus, age prodi, emunge etiam quod reliqui est veneni!

[§.90.] ER. *Perfricabit frontem, siquid tamen illi frontis est.* OT. Quiescit in perpetua pace Huttenus, vir de pietate, evangelio, religione deque bonis viris optime meritus, patriæ libertatis vindex, veritatis adsertor, curtisanicæ impugnator constantissimus, papistarum hostis, qui dum vixit frontem nunquam abiecit, sed frontis pudorisque et famæ rationem semper maximam habuit, passusque est pro Christiana re multa, et magno animo iniurias contempsit, donec dormiens siluit et somno requiescit cum regibus et consulibus terræ.

[§.128.] ER. *Itaque quicquid hic commemorat, ex rumoribus commemorat.* OT. Quasi non et tu universa quæ habes de fortuna, moribus, vita deque inconsultis consiliis, ut inquis, Hutteni, ex rumoribus habeas: nam siquis exacte compresserit tuam Spongiam, nihil fere emunget nisi elegantes nugas et erudita mendacia, quæ egregium quidem ostentant artificem, cæterum hominem neque pium neque syncerum.

[§.159.] ER. *In libello qui nulli bono non displicet.* OT. Qui nulli bono et evangelium zelanti non placuit; displicuit vero non nisi pessimis et papisticissimis.

[§ 160.] ER. *Verum aliquando dixi librum illum omnibus merdis percacandum.* OT. Etsi tu hoc neges non dictum, tamen nihil turpe fuerit dicere: neque enim video cui possit in meliorem fructum usui esse. Sed hunc quoque arrogantissimum curtisanum suis ipsissimis coloribus pinxit Ionas noster responditque illi pro meritis.

---

3 suspicionem *3.* 10 inq.] cf. Spong. §. 191. 19 ab] a *3.* 24 arenam *3.* 25 ulcere *3.* 26 cepit *1.* 39 sinc. *3.* 45 Iustus Ionas contra Io. Fabrum, 'scortationis patronum', pro coniugio sacerdotali scripsit.

Digitized by Google

[§.172.] ER. *Me iam pridem factionis fuisse Lutheranæ.* OT. Cessabis factionem appellare; nam in neminem factiosi sumus: quodsi protinus factiosu est qui cupit instaurari et restitui quædam, convincemus eisdem de caussis te quoque factiosissimum Lutheranum esse. Meminit et de hoc in Expostulatione Huttenus quædam: „Nam et tu, inquit, ut prius ostendi, eadem egisti ac prius „egisti quam me vel Lutherum natos sciret mundus, licet nunc purges te illis „ac nihil tale admisisse videri velis. at vel aboleri maximam tuorum scripto„rum partem oportebit, vel censeberis et tu factione hac (quandoquidem factio „vocatur) ab omnibus qui rem ipsam æstimabunt magis quam specie move„buntur." Sed interim perpetuis epistolis et libellis contestare neutri factioni te velle involvi, esse te alienissimum et semper futurum, adhortare ad hoc etiam amicos (quod iactas) quoscunque potes, ut idem faciant: non deficiat in te spiritus, ut perpetuo imponas, seducas et scribas, quandoquidem huc amentiæ promovisti semel, ut spes ultra nulla sit. ama libertatem tuam, nos Christi erimus et ab evangelio pendebimus.

[§ 179.] ER. *Ego video multos antehac Luthero deditissimos nunc partim mussare, nunc partim tædere Lutherani nominis, rursum damnare quod approbabant.* OT. Iloc prædictum iamdudum a Christo est, futuros qui post Satanam ituri essent et quibus odor mortis in mortem esset evangelium, quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Sic repurgat aream suam Christus et separat triticum ab hordeo, agnos ab hædis, pisces bonos a malis, electos a damnatis, et beatus qui non fuerit scandalizatus. Admodum facile est lingua evangelicum esse, dum nemo lædit, nemo expoliat, nemo in servitutem redigit; ubi vero ad erogandas facultates ventum fuerit, ad abdicandos simoniacos census et redditus, ad male usurpatas decimas et divitias, ad pompæ et fastus explosionem, tunc durus est hic sermo, tunc relicto eo discedunt, neque amplius cum illo ambulant. Quomodo enim possunt non mussare et tædere et damnare qui gloriam abinvicem accipiunt, et gloriam quæ a solo deo proficiscitur, non quærunt? quomodo possunt non mussare et attædiari qui nihil sperant, nihil sitiunt, nihil volunt, nihil somniant nisi temporaria, vana et caduca?

[§ 181.] ER. *Quid autem mirum, si ego recusem nomen Lutheri, cum hic neminem videam qui sustinet dici Lutheranus?* OT. Nihil contendimus de nomine, sed de caussa. Ideo vero non debebas evangelio patrocinari, quia nemo ex principibus et phariseis credit evangelio, sed tantum turba hæc maledicta, quæ non novit legem? Sed quid scriptum est? „Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut a vero devjes." Siquid frugi scripsit Lutherus, quare ob odium nominis et invidiam phariseorum non velles complecti? siquid aberravit et agnitus tibi error est, quare hoc non doces? Impius et sceleratus es qui hoc non facis et tam multas animas sinis post Satanam abire et perdi.

[§.181.] ER. *Sed illius res fortasse sic habent, ut illi bono sit Lutherani vocabulum, utpote quod illum nunc solum et tueatur et alat.* OT. Tunc meo iudicio stultissimus et insanus erat Huttenus, qui cum poterat in principum aulis versari, esse a consiliis regum, et vivere in paterna possessione tranquille, hoc vilissimo et sordido quæstu maluerit sustentari: nam quid est quod potuit ex Lutheranis sperare? Quodsi ad quæstum et ad munera et stipem

---

5 inq.] Expost. §. 175. 9 estimabunt *1. 2.* 15 erimus *1.* 17 tedere *1.* 23 ledit *1.* 29 attediari *1. 2.* 35 Pharisæis *3.*

Digitized by Google

voluisset scribere, poterat se applicare, ut tu, Romano pontifici, cardinalibus, Anglorum regi; neque dubito quin magnificis præmiis hominem donassent, si stilum exercuisset in Lutherum.

[§.183.] ER. *Desidero in Lutheri scriptis modestiam et mansuetudinem evangelicam, noto pervicaciam asseverandi.* OT. Satis est super hac re Lutherus sibi, et habet, non dubito, quid respondeat: ego vero non damno, sed admiror spiritum domini in homine, qui fecit faciem eius valentiorem et duriorem frontibus eorum, ut adamantem et ut silicem.

[§.181] *Et inter amicos dolens aliquando dixi me dubitare de spiritu illius.* OT. Quid ergo scripturas non expendis et rem de qua dicit, verumne sit quod scribit, an torqueat scripturas et humana philosophia vel eloquentia circumveniat secundum traditionem hominum et præter providentiam spiritus sancti, an subtilibus argutiis simplicitatem communium verborum et subtilia quæque confundat? Quod si non facit, quid addubitas? Non sunt hæc scripta malignum et erroris spiritum habentis. sed de hoc alias.

[§.188.] ER. *Deinde coniecero me in factionem, quæ plurimos habet, cum quibus mihi nihil velim esse commercii.* OT. Plurimos habet quos dolemus et quos expediebat in hoc albo non esse, ne scandalizarent plurimos in lege.

[§.189.] ER. *Itaque mihi consultius visum est hic conquiescere, donec principes et eruditi studiis omissis expetant ea consilia quæ sine tumultu prospiciant evangelicæ veritati et gloriæ Christi.* OT. Revera consultissimum: nam non est iucundum ob crucem Christi persecutionem pati et coniicere in discrimen se longe maximum bonorum, famæ et vitæ. Sed utinam hoc aliquando faciant principes quod expectas! hucusque frigide consultum et prospectum est; quanquam non satis intelligo quid hoc tibi velis, ut prospiciant evangelio: an ut libere divulgetur? hoc certe debebant prospicere posthabitis omnibus regni et privatarum rerum negociis; vel ut consultarent an expediat prædicare et ut pariter quoque statuant abominationes pontificis? hoc illorum non interest et impium est: qui enim sumus mendaces et nihili, qui sapientiam et eloquia dei iustificemus, iustificata in semetipsa?

[§.189.] ER. *Quæ sine tumultu prospiciant evangelicæ veritati.* OT. Scilicet sine tumultu, quasi decerni statutis et decretis possit, ut nemo adversetur evangelio, et unquam sine tumultu, seditionibus et sanguine tractatum sit candide hoc verbum. Hoc tu ex scripturis nos doce.

[§.197.] ER. *Immo mihi nonnunquam fuit in animo subornare quempiam qui provocaret huc aliquem insigniter Lutheranum; nec enim alia res me poterat liberare invidia.* OT. Habes nunc insigniter Lutheranos qui te provocaverunt, ut nihil sit hoc necesse: age tantum, ut invidiam excutias. audient te, neque magis aliquid mallent quam a te doceri.

[§.197.] ER. *Huttenus nihil minus est quam Lutheranus.* OT. Quisquis est, vir bonus et pius fuit, et habitus est semper.

[§.197.] ER. *Nec unquam tam male sensi de Lutheranis, ut suspicarer illorum quenquam tales sycophantias in quenquam scribere.* OT. Multo minus ne somniassent quoque tam impiam, nugacem, sycophanticam et acerbissimam Spongiam ab Evangelico et tam sine felle et bili theologo.

[§.204.] ER. *Quodsi rationem haberem privatorum incommodorum, nulli*

---

14 confundar *1. sed in erratis corr.* 15 habentia. *3.* 17 quos *1. sed in err. corr.* ques *1.* plurimns *1.* 35 Imo *3.* 43 ficophantias *1. 2.* 44 sicoph. *1. 2.*

Digitized by Google

magis incommodări debebam quam Luthero, qui me meosque libros tanta degravavit invidia, quique mihi omnes fere amicitias vel disrupit vel malo fermento viciavit, nec parum incommodi attulit bonis literis. OT. Et degravavit et degravabit: efficax est enim verbum dei quasi ignis et quasi facula ardens et malleus conterens petram; illuminans abscondita tenebrarum et consumens quasi stipulam omnem sapientiam humanam, quæ extollit se adversus scientiam dei. Et si vis accipere, ipse est Elias postremorum temporum qui restituit omnia, qui curavit gentem suam et liberavit eam; qui quasi sol refulgens sic fulget in templo dei, et quasi thus ardens in igne: dedit enim illi deus cor ad præcepta et legem vitæ et disciplinæ, docere Iacob testamentum suum et iudicia sua Israel. impletus est quasi flumen sapientia, et terram gubernat anima sua; velut etiam alter David cum leonibus lusit, cum Romanistis leonibus rugientibus et præparatis ad escam. et in ursis prædonica gente monachorum similiter fecit: nunquid non occidit gigantem, robustum illum venatorem coram domino et abstulit opprobrium de gente? in saxis de torrente scripturarum deiecit spurium exprobrantem et imponentem traditionibus suis Goliad Etheum. Qui contra illum steterunt Hyrci et Eccii et Cocleæ, Murnarii et Malleatores, congregatio Chore in iracundia, ii omnes impetu iracundiæ suæ consumpti sunt, et fecit illis monstra dominus, et comsumpsit eos flamma ignis; percussi sunt cæcitate sicut illi in foribus iusti, salvumque fecit egenum a gladio oris eorum, comprehendit in astutia sua sapientes, et omnia eorum consilia dissipavit.

[§ 212.] ER. *Ego quotidie experior, quammulti potentes, docti, graves et boni viri execrentur Lutheri nomen; quorum talis erat eruditio, talis vitæ synceritas, ut vix possim suspicari vel affectu errare illos vel iudicio.* OT. Et nos quotidie experimur quam non capit evangelium dei in iis hominibus qui sibi docti, graves et eruditi videntur; quia sic placitum est coram patre qui abscondit hæc a sapientibus et prudentibus, vocatque non multos sapientes secundum carnem, non multos potentes, non multos claro genere natos, sed quæ stulta et nihili sunt secundum mundum, ne glorietur ulla caro coram ipso: ipse enim est qui confundit sapientiam sapientum et stultum facit omnem hominem a sapientia sua, qui reprobat cogitationes populorum et reprobat consilia principum. Et apostolus Paulus quid aliud agit in omnibus fere epistolis quam quod dehortatur ab illa humana prudentia, ab illa humana gravitate, quæ nihil est quam impostura et hypocrisis: hac enim sua falsa et simulata eruditione, sua fucata eloquentia fictaque religione et pietate in has tenebras nos provexerunt, in quibus multis iam annis fuimus. Ad corvos igitur cum tuis gravibus, bonis et potentibus viris! Nemo bonus, nisi solus deus: omnis autem homo mendax et peccatum, et omnia illius opera, cogitationes et iusticiæ peccata sunt. Piget me tam insignis cæcitatis. sed qui sunt tamen illi graves, boni, docti et eruditi viri? forte pontifex, cardinales, episcopi, adiposi abbates et vaccæ pingues in monte Samariæ, ingredientes pompatice domum Israel? Sed apud hos existimatum est hactenus neque veræ gravitatis aliquid esse, neque pietatis, neque eruditionis; vanitatis vero et insolentiæ ac tyrannidis plurimum. præterea tales non habentur, neque sunt, neque tali

---

3.4 Et degravavit! Et degravavit! *3.* (!) 16 opprobrantem *1.2. sed in err. corr. 1.* 17 Hirci *3. Bock Emser.* Cochleæ *3.* Cochlæus. 18 Coræh *3.* Cf. Ecclesiast. XLV. 22. 25 sincer *3.* possum *omnes.* 37 iam annis iam *1.2.* 41 Carpinales *2.* 42 egredientes *omnes, sed in 1. inter err. corr.*

Digitized by Google

vitæ synceritate, qui affectu vel iudicio errare non possint: sunt enim homines, quos videmus interdum plus affectibus servire quam omnes vulgi homines, superbia, luxu, et avaritia perditos et absorptos, ut nullos prophanissimos. ex vere autem eruditis et bonis tu neminem mihi dabis qui non strennue consentiat cum Luthero.

[§ 213] ER. *Ac ne de sede Romana unquam inconstanter locutus sum.* OT. Quare non inconstanter? quoniam fortissima suspitio est in re turpi te non potuisse imperium detrectare, et optimam quandam mercedem et minime contemnenda operæ precia reportasse. alioqui quæ Furia poterat sic excantare te, ut manifeste contradiceres veritati?

[§ 213.] ER. *Nec indulgentias usquam in totum damno.* OT. Si non damnas, profer ergo vel unum iota nobis de nugis et tendiculis illis ex scripturis. accingere, iam matura res est; alioqui actum de his erit. Audis quod vocamus nugas, impostures et sagenam diaboli.

[§.214.] ER. *Ubi vero unquam execratus sum ius canonicum et pontificum scita?* OT. Sed quo tamen honestatis prætextu non execraris? qua conscientia? qua pietate? qua fide? Tam levi momento Christi in te fides residet, vel adeo obstinare decretum est tibi, ut si etiam de evangelio decedere aliquid oportebit, aliud tamen facere nolis? An mentem non habes et oculos? non vides quam fœdis nominibus appellet scriptura, quam passim exibilat, explodit et detestatur, quam sollicite monet, ut velut pestem devitemus et caveamus, dum vocat argentum versum in scoriam, calicem vini furoris domini, vinum mixtum aqua, vinum damnatorum in domo dei nostri, aquam turbidam Aegypti, cisternas dissipatas sine aqua, telas araneorum, ova aspidum, coloquintidas mortiferas, paleas, stipulam, fœnum, fermentum, abominationem, stercus et laqueos diaboli?

[§.214.] ER. *Quid sit pontificem in ordinem redigere, non satis scio.* OT. Existimo, si nunc viveret Huttenus, hoc responderet fortasse: videor enim nunc illius verba mihi audire et spiritum habere: 'Si exaltatus fuerit ut aquila et inter sidera posuerit nidum suum, ut per verbum domini inde deiiciamus eum prædicemusque abominationes ipsius nephandas et pessimas omnibus gentibus, et faciamus obsecrationes ad dominum Iesum Christum, qui est caput ecclesiæ quæ est corpus illius, ut conficiat eum spumam oris sui, deiiciatque ex astris, ubi exaltavit solium suum, de monte testamenti, detrahatque in profundum laci, et faciat Babylonem illam, id est illam fecem ultimam curtisanorum, sicut subvertit dominus Sodomam et Gomorram, ut salvus sit spiritus eorum in die iudicii. Nam iste est vir qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, qui occidit animas quæ non moriuntur, qui ut auceps aucupatus est preciosas animas, pro quibus Christus mortuus est, qui virga sua cecidit populos in furore, plaga insanabili, anathemate crudelissimo'. Hoc apud Huttenum et Esaiam prophetam fuisset in ordinem redigere pontificem. Et dico tibi 'securis ad radicem iam posita est. dominus exercituum decrevit, et quis poterit infirmare? et manus eius extenta, quis avertet eam? dominus deus locutus est, quis non prophetabit?'

[§.216.] ER. *Huttenus maledixit pontifici, nec ullam muscam Romanensem lœsit.* OT. Eorum urbem quidem non exscidit, non vastavit colonias et possessiones, sed nec unquam volebat vastare: clamavit autem audacter impios et Antichristos esse et pestem reipublicæ Christianæ esse; clamavit et vicit, et nunc defunctus clamat et triumphat.

---

[8] profan. *3.* [4] strenue *3.* [7] suspicio *3.* [9] pretia *3.* [30] nefandas *3.* [39] cæcidit *3.* [45] excidit *3.*

Digitized by Google

[§.216.] ER. *Nisi protinus iugulator existit, in quos iacit convicium.* OT. Et qui poterat melius expugnare et lædere quam detegere illorum sycophantias, maleficia, fraudes, technas et tyrannidem? Detraxit tantum larvas et personas, et sic confusi sunt, ut magis hodie dignemur Turcas quam Romanenses. Quæso te, qui imperatores et Gothi sic unquam obfuerunt Italiæ vastatæ, quemadmodum duo illi, Lutherus et Huttenus? et tamen ne muscam, ut inquis, læserunt Romanensem.

[§.217.] ER. *Sed videat, an expediat irritare quos irritatos non queat opprimere.* OT. Ut non expediat propriis rebus, est tamen Christianum impios arguere et adimere illis licentiam peccandi, vel vitia sua exprobrare, ut sciant se non Christiane agere. et licet nequeamus opprimere, atque illi conatus nostros opprimunt; dum opprimunt, tamen nos vincimus, et vincuntur qui opprimebant: quemadmodum occisus est et Christus et tamen victor evasit, vicerunt et sancti et tamen non oppresserunt quos irritaverunt. Propterea enim, inquit, ne formides a facie eorum; nec enim timere te faciam vultum eorum: ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam et in murum aeneum, super omnem terram, regibus Iuda et principibus eius et sacerdotibus eius et omni populo terræ; et bellabunt adversum te, et non prævalebunt, quia ego tecum sum, ut liberem te, dicit dominus. Et rursum, Tu autem ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas. verba eorum ne timeas, et vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est; et oculos habent ad videndum, et non vident, et aures ad audiendum, et non audiunt.

[§.217.] ER. *Romanenses optarent semper tales sibi hostes, qualis est Huttenus.* OT. Eant ergo nunc et procedant cum mercimoniis suis, cum bullis et cæris, cum pergameno et plumbo, cum indulgentiis et dispensationibus, præstringant oculos nobis cum anathemate et præstigiis suis, si tam nihil est quod fecit Huttenus. videant an potuerit unquam maior et crudelior pestis contingere.

[§.218.] ER. *Vellem autem scire ex Hutteno quos sentiat, quoties dicit 'nos' et 'nobis'.* OT. Nisi me fallit iudicium, eos nimirum qui volunt evangelium in lucem venire, nos pure et libere Christo servire, rescindi abominationes pontificis, coherceri intolerabilem impudentiam indulgentiarum, dispensationum, bullarum, ceremoniarum et vulgari pro his veræ studia pietatis, divinæ scripturæ cedere dogmata et opiniones hominum, explodi omnes sordes et expurgamenta canonum pontificiorum, aboleri prostibula papæ, gymnasia et academias et in illis residentes lenones lenasque et lupas, Thomam, Scotum, et scholasticos seductores, evangelii oppressores et scripturarum obscuratores. hos vult cum dicit 'nos' et 'nobis', et ex nostris partibus sunt qui huiusmodi sunt, id est ex grege Christi. Cum autem sint qui hæc etiam impugnant, tu vide, ex quorum partibus nunc stes: certe non licet neutralem et medium esse.

[§.221.] ER. *Horum nullus est qui Hutteni conatus probet, ne ipse quidem Lutherus.* OT. Non protinus malum est siquid non ab omnibus probatur; frequenter enim etiam optima displicent: satis fuit æquam caussam habere. An vero Lutherus improbaverit, nescio, neque admodum hoc refert; maiora illi incumbebant quam ut caussæ Huttenicæ ingereret se: literis super hac re testatum aliquid a Luthero nihil vidi.

---

1 iugulatos existimat *Spong. et 3. rectius, nisi addas* qui in alios 5 uastate *1.* vastare *3.* 7 leser. *ut antea* ledere *1.* 26 ceris *3.* 27 perstringant *3.* 33 coërceri *3.* 34 cerem. *3.* iis *3.* 36 Academicas *3.*

Digitized by Google

[§.222.] ER. *Sunt rursus quidam indocti, nullius iudicii, vitæ impuræ, obtrectatores, pervicaces, intractabiles, sic addicti Luthero, ut nec sciant nec servent quod docet Lutherus: tantum evangelium habent in ore, negligunt preces et sacra, vescuntur quibuslibet, et maledicunt Romano pontifici.* OT. De hiis antea pronunciavimus, quod ab evangelio non sunt et domino non placent; et tamen ut infirmi tolerandi sunt et monendi, ut discant non in nomine tantum confidere et in verbis mendacii. cæterum ubi publicum crimen nullum admittunt, suo domino sinimus cadere aut stare: ferebant et apostoli insolentes et imperfectos aliquot, Quamquam quæ est tamen hæc culpa, etiamsi vescantur quibuslibet, omittant preces papisticas, maledicant Behemoth et Leviathan, modo nihil admittant quod offendit Christianam charitatem?

[§.223.] ER. *Horum inconditos tumultus et inconsulta consilia principes et magistratus cogentur opprimere.* OT. Malos utique cohercebunt, quia non frustra gladium portant et dei ministri sunt, ultores ad iram eorum qui quod malum est fecerint. refert tamen rem evangelicam armis et tumultibus turbare et libere prædicare evangelium, traditionesque papæ ex deo non esse, et alia quædam huiusmodi: nam hoc modo et apostoli excitabant tumultus: „Nacti sumus (de Paulo inquit Tertullus) virum hunc pestiferum et concitantem seditionem omnibus Iudæis in universo orbe et autorem factionis Nazarenorum, qui etiam templum prophanare conatus est; quem et apprehensum volumus secundum legem nostram iudicare."

[§.223.] ER. *Itaque fiet horum vicio, ut nec illa corrigantur, de quibus mundus merito queritur.* OT. Si non corrigentur, non dormitabit tamen, neque dormiet qui custodit Israel, non ideo non est liberrime divulgandum verbum. visitabit ipse met super maliciam pastorum et requiret gregem suum de manibus eorum et cessare faciet, ne pascant semetipsos amplius.

[§.233.] ER. *Ex Lutherana parte quid est quod sperare queam?* OT. Nihil nisi contumeliam, infamiam, tenuitatem, exilium, carcerem, labores, plagas, seditionem, afflictionem, necessitatem, ignominiam, mortem; non quæ ipsi quidem inferimus, sed quæ te manebunt, si defeceris ex papistica factione ad despectum et pusillum illum gregem: hæc est enim hæreditas servorum domini, et iusticia eorum apud me, dicit dominus.

[§.296.] ER. *Et postea relegat me in Gallogermaniam, cum ipse in Germania nullum habeat locum satis tutum malitque hospes esse Helvetiorum clancularius quam Germanus apud Germanos in luce agere.* OT. Eadem de caussa, quare tu mavis hospes esse Helvetiorum quam apud Lovanienses sophistas in patria vivere. Sed invidiam, inquis, declino. Sine igitur et illum salutis suæ rationem habere; nam in periculum coniicere se quod possis evadere et nulla necessitas poscit, non virtus est sed audax temeritas.

[§.303.] ER. *Ipse cum esset Bruxellæ non ausus est illic manere, quod alacer, ut ipse narrabat, occurrisset Hochstratus, qui tum nec prior erat, nec inquisitor, nec ullis bullis instructus: ille sic metuebat exarmatum leonem, ut se subduceret.* OT. Hic aut falsus es in nomine Hogostrati, aut fingis quod cavillaris; nam longe aliter accidit: accidit vero sic: Cum belua quædam ordinis Minorum, missa a tyranno Romano et suffarcinata bullis venisset Bruxellam, ut Huttenum aut vinctum perduceret Romam, aut postulato iure coniiceret in carcerem, rogatus est ab amicis Huttenus, ut modicum subduceret

---

3 Luth. docet. *3.* 5 iis ... pronunt. *3.* 13 coerc. *3.* 20 profanare *3.* 21 lgem *1.* 22 vit. *3.* 25 malic. *3.* 31 hered. *3.* 32 iustit. *3.* 43 Hochstr. *3.* 44 bellua *3.*

Digitized by Google

se; nam de capite suo nunc agi, et paratas esse insidias. ille morem gerens amicis recepit rursum se in Germaniam superiorem, ubi in itinere cum Hogostrato sic res est acta, quam referente eo cognovi: stipatus erat aliquot equis, venit obviam Hogostratus sophista, agnitus et comprehensus est; tum ilico incandens in bestiam Huttenus 'Heus te nunc' inquit 'sceleratissimum et perditissimum mortalium, incidisti tandem in optatas manus! qua nunc nece conficiam te, crudelissime nebulo?' et ense exitium minitans 'Sta' inquit 'hominum pestilentissime, inimice bonorum, hostis veritatis, non polluam meum mucronem tuo nequissimo sanguine!' Tum miser desperatus et exanimis cucullio procidens ad genua 'Ignosce' inquit 'ignosce, optime et strennuissime vir Huttene!' Hæc historiæ summa est et caput; aliud cum Hogostrato actum nihil est.

[§.305.] ER. *Huttenus sibi fortis videtur, si ex angulo quopiam dictum aliquod iaciat in hunc aut illum, et telo, quod aiunt, immisso fugiat.* OT. An non subiecit nomenclaturam expostulationi? quomodo ergo ex angulo conviciatur et fugit? quodsi nunc viveret, videres certe quantum esset fugiturus te.

[§.306.] ER. *Non agitur de articulis fidei, sed an principatus Romani pontificis sit a Christo, an cardinalium ordo sit necessarium membrum ecclesiæ, an confessio sit ab authore Christo?* OT. Non agitur de articulis fidei? quos ergo tu habes articulos fidei? nobis articulus fidei est, principatum Romani pontificis, ut nunc est, ex diabolo, et ex scripturis non esse; cardinalium pompam et fastum non esse ex evangelio, sed pedissequam familiam Antichristi, articulus fidei est; episcopos non posse obligare ad peccatum suis constitutionibus, et tyrannos et lupos esse, si contra scripturam docuerint, articulus fidei est; confessionem non esse sacramentum, neque necessariam ad salutem quam nos papisticam et auricularem vocamus, imo pestiferam, articulus fidei est: in summa, pro articulis fidei habemus quæcunque sacra scriptura docet; pro anathemate et arbitrario quicquid illa non docet, etsi angelus fuerit a cœlo qui diversum dixerit.

[§.311.] ER. *Fingat Cæsarem ita loqui 'Erasme, persuasum est nobis' etc. adiuva igitur nostros conatus in opprimenda pestilentissima hæresi Lutherana'. quid hic respondissem?* OT. Quid respondisses? nisi si conscientia tua hoc dictabat errasse Lutherum, scripturis hoc ut docuisses exemissesque Cæsari et nobis hunc scrupum. hoc fuisset animi integri, candidi, simplicis et Christiani, etiamsi nihil rogasset Cæsar. si non errabat Lutherus, constanter dixisses quod res est, „Optime imperator, nihil lego adversum scripturis divinis in Luthero, neque possum hic obsequi tibi et veritatem impugnare." Sic responderunt apostoli, cum impeterentur a principibus et pontificibus; 'non possumus' inquiunt 'non dicere quæ vidimus et audivimus'. non hærebant partim a Christo, partim a pontificibus et a Belial; non colebant dominum et simul tamen fabricabant idola; sed confitebantur dominum Iesum Christum, gratias agentes quod digni erant habiti pro nomine eius aliquid pati, et quotidie in templo et in singulis domibus non cessabant docere et annunciare Iesum Christum.

[§.314.] ER. *Quo me proripuissem? ad arcem Hutteni? ad Wittenbergam?* OT. Quo te proripuisses? quo proripiebat se Paulus, cum vagabatur incertis sedibus, esuriebat, sitiebat, cædebatur, laborabat, conviciis afficiebatur,

---

[23] Hochstr. *3.* Cf. supra vol. I. p. 441. v. 33. sqq. [4] Hogestr. *1.* Hochstr. *3.* illico *3.* [11] Hochstr. *3.* [19] autore *2. 3.* [41] Ihesum *1.* [43] annuntiare *3.*

Digitized by Google

excrementum erat huius mundi et omnium reiectamentum, spectaculum mundo et angelis et hominibus? quorsum profugiebat, quando versabatur in periculis fluminum, latronum, maris, deserti et falsorum fratrum? Si nullibi est dicenda veritas quam ex præsidiis, nunquam expedit, quia nullibi est tutum dicere, etiam ex præsidiis. Corpus ponendum est, si ita res poposcerit ut non possis aufugere. quanquam, si Tertullianum audiamus, non fugiendum est etiam; et dictum Iesu de hoc non ad nos pertinet, sed ad apostolos. Sed coniecissem, inquis, me in aculeos crabronum et in manifestam perniciem. Quid hoc erat? audis Tertullianum dicere quem tu magnifacis ut omnia patrum decreta, Christiano prorsus fugiendum non esse, et non posse etiam aufugere, si martyrio destinatus a deo sit; audis Paulum optare ut fieret anathema pro fratribus a Christo, et Mosen deleri de libro vitæ; et tanti apud te est si coniicias te in aculeos quorundam stultorum hominum, quos magis times quam dominum deum tuum? Quem teipsum facis? aut perpetuo victurus es?

[§.314.] ER. *Sed ubi fortunula quæ mihi perisset?* OT. Num et tecum feres aliquando fortunulam illam tuam? Quomodo poteras melius commutare quam pro hac vitæ æternæ sortiri hæreditatem et centuplo pinguiorem recipere?

[§.314.] ER. *Hæc ætas, hæc valitudo non patitur me vagari et egere, non patitur latitare et fugere.* OT. Neque multis aliis hoc suave est, et tamen ferenda hæc crux est, ubi contigerit. quam multa tragice et tumentibus buccis dicis et scribis in libris tuis de tolerantia, de incommodis ferendis, de longanimitate et aliis huiusmodi: qui ergo alios doces, teipsum non doces? dicemus ergo et hoc tibi, Medice, cura te ipsum! aut certe donabis etiam nobis infirmitatem hanc, qui interdum, dum ingruerit tentatio propter evangelium, fuga consulimus saluti; donabis et Hutteno, quod persequentium iras et insidias declinaverit: nam ne illius quoque valetudo hoc ferebat, ut inter hostes versaretur.

[§.315.] ER. *Nondum plane constat, an veritas evangelica sit penes Lutherum.* OT. Qui non constat, nisi forte apud eos qui scripturis divinis fidem nullam habent? quodsi non placet, age, vir sis, ostende mendacem esse!

[§.315.] ER. *Quod si constat Hutteno, veri tenacissimo, et paratus est pro illius defensione mortem oppetere, cur fugitat ac latitat? eat Romam aut eat in Gallogermaniam, ubi continget sperata palma.* OT. Egregium certe acumen! quis sperasset tam insigne delyramentum a viro tam prudenti et erudito? non pudet te tam puerilium delyramentorum? non cogitabas saltem viros hodie esse etiam laicos legis peritissimos, quibus si perspecta fieret hæc stultitia tua, naso fuissent suspensuri te, vel medium digitum ostenderent. Eat Romam, inquis, aut in Gallogermaniam. Quare tu non abis ad Turcas, imo ad tuos Gallogermanos, ut evangelizes regnum dei, cum doctor sis et theologus, et linguas habes? continget et hic sperata palma tibi; continget corona vitæ, de qua scriptum est in apocalipsi. Imo quare tu Romam non abis, toties per pontificem illectus tractusque et viatico promisso; qui sedis tam devotus es cultor? Aut quare pontifices tui non ad Turcas concedunt, qui tamen hoc ipsum vovent iureiurando, dum in pontifices asciscuntur, ut aliquando evangelizent etiam Turcis et gentibus? Quare autem huc non eunt? quoniam

---

7 Ihesu *1.* 12 et Mosen] *2.* Mosseh *1.* Mose *3.* 19 valet *3.* 22 toleranda *1. sed in err. corr.* 30 Cui *3.* 35.36 delir. *3.* 42 Apocalypsi *3.* 44 adsciscuntur *3.*

Digitized by Google

sciunt se verbera reportaturos. quare nos Romam non imus? quoniam scimus illic esse qui religiosos et sanctissimos se fingunt, et non sunt, sed sunt synagoga Satanæ; quoniam scimus diabolum illic in carcerem missurum quosdam, et illud solum in ore habere impios homines, non esse disputandum et conferendum nobiscum, sed tantum ut perdamur et extinguamur de terra viventium, cuius theologiæ apud nos etiam lictores sunt peritissimi. quodsi spes esset inde meliores fieri, hoc persuasum habe tibi, esse ex nobis qui illuc irent.

[§.338.] ER. *Hæc si haberet Huttenus, quas glorias efflaret?* OT. Si spiritum habuisset Erasmi arrogantissimum, vel tam fuisset superciliosus quantum animi constantis et integri, vix fuisset illi quisquam gloriosior; quas glorias non efflasset, deum immortalem! nam abunde multa suppeditabant, de quibus poterat merito gloriari et superbire. si voluisset literas et eruditionem illam eximiam iactare, scis quantum de illis meritus est, et quantum tribuisti ei tu; si stemma, cum primis eius ordinis existimatus fuit; si favorem principum, celebratissimus fuisset, nam spondebat nuper Galliarum rex quadringentas coronas, ut principem agnosceret se, nec quicquam muneris haberet quam ut a consiliis staret, morareturque ubicunque vellet locorum; et tamen nihil cristas inde erigens fortunam oblatam generoso animo contempsit, cum fuisset alioqui optima occasio ad regem deficiendi, et in summá iam fuisset suorum persecutione, ut merito et citra calumniam potuisset a Germanis in aliam gentem deficere; possemus de hoc literas exhibere tibi: pendebat annuos ducentos florenos imperator; cum esset sub tribunicio Siccingii, cum primis Germaniæ reputatus est qui geminam stipem merebantur; et hoc stipendium ultro resignavit, non alia caussa quam quod male tum videbatur Cæsarem evangelio velle. Conatus est hominem ad se allicere cardinalis Saltzburgensis maximis præmiis, et hoc famulitium respuit; de cardinale Moguntino notius est quam ut aliquid dicam; neque defuissent et alii principes, si collibuisset in aula versari vel etiam extra aulam sub stipendiis; et tamen non miras glorias efflavit, nihil Erasmiano animo flexus vel elevatus est; maluit ex propriis vivere et tenuis esse quam sub magnificis titulis Christum et veritatem abnegare. Est autem honestissima paupertas qua quis repudiatis gloriis et aulicis ampullis mavult cum Christo tenuis esse, quam opibus pollere apud sæculum quæ iniquissime parantur; neque ille commendatus est quem homines commendant, sed quem deus, et cuius laus non est ex hominibus sed ex deo. quoniam, inquit, cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

[§.339.] ER. *Scripsit et ipse Cæsaribus, cardinalibus ac nunciis apostolicis, sed quis unquam illi rescripsit?* OT. Cardinalibus et apostolicis exactoribus scripsit, sed non nisi mordacissime; ut digni et meriti erant; nihil palpabat, nihil congratulabatur impietati et tyrannidi; non scripsit ut illi responderent, sed descripsit, ut confunderet: quid ergo respondissent misera portenta illa? Quodsi literæ quemquam beatum faciunt, ipse felicissimus fuit: habuit enim epistolarum ab amicis, quantum ego quidem æstimare potui, acervum duorum milium, et hoc succisivis horis agebat, dum apud Vangiones eramus, ut in volumen redigeret, cui titulum erat præfixurus 'Familiarium epistolarum'; erant in ea sarcina epistolæ graves et eruditæ ab regibus, optimatibus, principibus, nobilibus, episcopis, studiosis et eruditis omnibus, quorum nomina et

---

6 sunt] sint *3*. 18 quadring.] .400. *1. 2.* 21 litteras *2.* annuo. 200. flo. Imperator. Cum *1. 2.* annuo ducentos florenos Imperatorios. Cum *3.* 25 Salisb. *3.* 27.28 uerfare *1. 2.* 36 nunt. *3.* 43 .2000. *1. 2.*

Digitized by Google

ingenia celebrata hodie sunt; ex omnibus nationibus, ex Italia, ex Galliis, ex Bohemia; atque hii omnes, inter alia et novarum rerum fabulas, congratulabantur de bello sumpto in Romanistas et curtisanos, laudabant institutum, hortabantur, ut cœptis manum adderet. Quod si tu nescis, et facis tanti per epistolas probari, ego his oculis vidi et legi.

[§.388.] ER. *Mihi magis subolet præda, quam obiecerint monachi ac theologi.* OT. Nulla obiecta est, per Christum! neque unquam convenit illi cum Edmondanis, Hochstratibus, Latomis et sophisticis monstris illis: et, ut maxime remisisset invidiam, integrior erat quam qui muneribus sineret flecti et corrumpi se; nec tam futilis et auri sitiens fuit, ut conspecta pecunia protinus venalem animam habuerit.

[§.388.] ER. *Neque enim hoc inceptum recens est, sed vetus est vomica.* OT. Sic vetus est, ab eo tempore, quo cœpisti de evangelio et evangelicis viris male sentire.

[§.389.] ER. *Ante complures menses scripserunt amici nescio quid libelli paratum in me.* OT. Nugantur quicunque sunt illi, non amici sed pessimi suggillatores. In Milthusio paratus est primum, idque uno et altero mense ad summum, et ex calamo, ac citra multam affectionem vel corrasos centones familiarium epistolarum, quod tu nugaris. inde statim redditus tibi est; nisi forte tabellarii fraude aliquid factum est.

[§.389.] ER. *Expectabam concertatiunculam aliquam de dogmatibus Lutheri.* OT. Quorsum fecisset hanc inanem operam? Nos nihil dubitamus de scripturis; hoc tantum studendum est, ut complures nostro lucrifaciamus gregi et fidei Christianæ. Tu vero, siquid dubitas, explica quid hoc est?

[§.390.] ER. *Utrum autem honestius est accipere præmium ab imperatore ac pontifice, ut disputes adversus Lutherum, an a monachis accipere mercedem, ut conviciis talibus incessas amicum?* OT. Non audis nihil mercedis retulisse? Vel si prorsus ita contendis, age vicissim tu, utrum est civilius ob mercedem et offam a cardinalibus obiectam agnitam veritatem impugnare, an accepta mercede ab hostibus amico conviciari quod agnitam veritatem expugnarit?

[§.390.] ER. *Dicat igitur Huttenus bona fide, quam offam obiecerint monachi et theologi, ut in me latraret?* OT. Si alius esses quam Erasmus, diceremus hoc tibi, quandoquidem sic urges; sed tamen senectæ et eruditioni suus habebitur honos. Quin bona fide nobis dic, quam offam obiecerunt papistæ, ut contra conscientiam sanam doctrinam aversaris, et clam adiuvas sectam perniciosam, evangelium abnegans, et tibi ipsi accersis celerem interitum? quid spei reliqui fecerunt, ut nunc damnas quod olim probabas; nunc dissimulas quod scis imposturam et mendacium esse?

[§.397.] ER. *Si tamen ille famæ rationem ullam habet.* OT. Qualem famæ rationem habuerit, ipsum audi, non me. „Ego, inquit, a nullo magis „flagitio semper abhorrui quam a mendacio, neque detestabilius quicquam duco „quam non simpliciter et optima fide et loqui et facere omnia, et a puero „usque studui ut syncere versarer et candide: quæ me etiam res (evidentissime „sensi hoc) magis quam ulla alia commendavit: quippe invito hanc mihi tam „gravi iniuria extorques iactantiam: itaque cum in principes quoque viros scri-

---

2 ii *3.* 5 hiis *1. 2.* 6 abiecerint *1. 2.* obiecerunt *3.* 26 aversaris ... adiuvas ... accersis *omnes*, *pro* averseris *etc.*. 38 damnas ... dissimules *omnes.* 41 inquit] Expost. §§. 61...66. 44 sincere *3.*

Digitized by Google

„pserim, nihil me hactenus tutatum est, quam quod verum scripsisse consta-
„bat et bona de caussa. habentur in manibus lucubrationes meæ, animi in-
„dices; non fugio iudicium, siquod ubivis in quenquam mea positum fraude
„mendacium reperietur. quinetiam non parcant Germaniæ principes mihi, nec
„ab ulla supplicii atrocitate abstineant, si unquam fuero istiusmodi criminis
„convictus. Iam hoc a me ipso pronunciatum et contestatum esto; neque non
„sunt qui studiose alioqui vestigent, numquid usquam sit cuius occasione in
„iudicium protrahant. qui si quid inveniant, quam facile oppresserint, cum
„tam sint præterea infensi. Quodsi homines ibi fallo, tum me cui cognita et
„perspecta sunt omnia, cœlestis pater conterat ac dissipet, neque propitius un-
„quam sit, siquod in quenquam sciens volensque mendacium conscivi. Tu quo-
„que solebas integritatem et candorem tribuere mihi, et nisi decrevisses per
„occasionem indecentissime assentari Hochstrato nunc, obnixissime certo scio
„existimationem hic meam defenderes, quod a nemine credi velles tale in meum
animum flagitium cadere." Hæc Huttenus.

[§.401.] ER. *Egregiam vero gratiam communicati hospitii refert huic urbi, in qua nunc vivo iam biennio, et neminem video qui se patiatur Lutheranum dici, et in qua publico edicto cautum est, ne quisquam in concione doceat quod adversetur evangelio, ne Lutheri quidem authoritate fretus.* OT. Utique egregiam gratiam: nam optima gratia communicati hospitii est, ubi melior fit ex hospitis contubernio qui recipit hospitio. quid autem tua existimatione indignius quam tale probrum obiicere, quod apud optimos quosque maxima sit laude, et quod magis arguit conviciatorem quam eum qui læditur. Miserum te qui huc amentiæ pervenisti! Sed quale hoc est tonitru quo nos vehementer terres, publico edicto cautum esse, ne quisquam in concione doceat quod evangelio adversetur? Imo in hoc maxime probabant doctrinam Lutheri, quæ nihil aliud est quam ex evangelio, etiamsi rumpantur omnes Antichristi et papistæ. et hodie multos habes in ea urbe, qui se evangelicos prædicatores verbi et haberi volunt et sunt, Lutheranum dogma palam docentes. Dum vero statuunt evangelium, quid aliud agunt quam quod subvertunt omnium patrum sanctorum, conciliorum et pontificum humanas traditiones, quæ evangelio repugnant?

[§.402.] ER. *Iam vero nescio an nihil tribuendum sit quorundam suspitioni qui dictitant Huttenum ex equite factum sedentarium, huiusmodi libellos ad quæstum scribere, cumque geminum, dum et hi numerant qui conducunt operam et in quos scribit pecunia redimunt, ne quod scriptum est edatur.* OT. Primum testibus probatissimis docebimus Huttenum libri exceptorem nescisse; deinde sic e vivis excessisse, ut typographum certo nesciverit: hoc literis Hutteni manu scriptis contestabimur ad Ioannem Schottum; verba eius epistolæ hæc sunt: „Qui Expostulationem meam, inquit, excudit, bo-
„nam dedit operam, ut vides; dii gratiam habeant, quisquis est. Audio curare
„quosdam, ut traducatur Teutonice; quod si ita est, rogo, ut fide optima excudas." Quid igitur nunc prædæ est, quæ merces quam in os coniecit typographus, cum typographum ipse non noverat? Sed adiuretur etiam typographus iureiurando; sanctissime fatebitur ne assem quidem se donasse, cæterum per alium amicum libellum illi venisse in manus, Et donemus sane suspitionibus aliquid, donemus munus obtulisse vel numerasse quidpiam, tam erat turpe pro

---

10 Quodsi] Quod *omnes.* 15 quod] quo *3.* 19 autor. *3.* 23 leditur *1. 2.* 33 suspicioni *3. et ita v. 46.* 47 donemus] *demus, concedamus*

Digitized by Google

laboribus aliquam vicem recipere, cum tu negare non possis fere hoc solo quæstu te nunc ali, et maximum lucrum reportasse, multis annis iam? an latere nos putas quantis impensis, quanto fastu te nunc fovet Basileæ Frobenius, vix ducentorum aureorum sumptu? Id tu si negaveris, in Basilea nemo hoc non novit. Quod igitur tibi licet, soli Hutteno non licebat? Sed nihil est hoc mirum, cum nec in tota illa Spongia grave quippiam aut dignum fide habeas, quam quod suspicaris, divinas, auguraris, improperas, non quod vidisti, sed quod 'apparet' et 'videtur', 'quod retulerunt amici' et 'ex rumoribus conceptum est'. Atque dispeream, si digniori titulo potuisses insignire quam Spongia vel Pumice, aut si quid est etiam Spongia levius.

[§.403.] ER. *Miseret me Hutteni quantumlibet hostis, si huc illius fortunæ reciderunt.* OT. At nondum reciderant. Imo misereat te tui potius, quod videndo non vides, et cum debeas pro temporis ratione doctor esse, rursum opus habes, ut te doceamus quæ sint elementa initii eloquiorum dei.

[§.403.] ER. *Iam, ut audio, numeravit aliquid typographus.* OT. Hic aliquando in iugulum recoget mendacium hoc tibi.

[§.405.] ER. *Superest, ut adhorter omnes bonarum literarum studiosos, etc.* OT. Hoc itaque expediebat reipublicæ Christianæ, et ne bonæ literæ rederentur invidiosæ: sed dum sunt qui non cessant, harum freti opera, evangelium calumniari et retundere, nobis hoc studendum est vicissim ut potius exturbemus omnem eloquentiam quam sinamus iri extinctam pietatem.

[§.409.] ER. *Qui favent evangelio, sic faveant simpliciter ac prudenter, ne fidant clancularíis et maledicis libellis in pontificem, quibus evangelio conflemus invidiam.* OT. Sic favebimus prudenter et simpliciter, ut interim nolimus fœdari pharisaico traditionum pontificiorum fermento. clancularios libellos ex nostris nemo edet; incessere vero maledicis libellis pontificem interdum existimamus necessarium: dum enim nihil de tyrannide remittit sua, et ex evangelio quandam Lucianicam nobis fabulam facit, exaltans se super omne quod nominatur deus, sic monendus et adoriendus est, ut discat non altum sapere et blasphemare, sed sapere ad sobrietatem. Quodsi apud illum et suos conflamus evangelio invidiam, apud credentes tamen minime conflamus.

[§.409.] ER. *Qui docti sunt, inter sese conferant de tollendo orbis dissidio.* OT. Hoc erat episcoporum, sed præ venationibus, pompa, luxu et negociis secularibus non licet; neque eruditis quoque committere integrum est. Sed longe alia res est evangelium quam vel illis vel tibi adhuc compertum est, ut video. unde imprudentissimum est etiam hoc consilium tuum.

[§.409.] ER. *Secretis literis indicent pontifici etc.* OT. Libera res est evangelium, neque persona neque tempore neque loco arcetur; quare etiam palam docendum est in omnibus triviis et super tectis. sed quid quod ille neque secretas neque apertas commonitiones aliquid facit?

[§.410.] ER. *Dum enim sine fine rixamur, an sit aliquod opus bonum hominis?* OT. Non rixamur, sed pie docemus in opera fidendum non esse, neque nos mereri vitam posse, sed Christum meruisse, Christum pro nobis implevisse legem. sed nec prohibemus etiam opera, imo iubemus, modo libere fiant et ex fide. Iam putas dissimulandum nobis sit ad imposturas et mendacia creaturarum papæ, ad vanitates et insanias falsas, ultimæ fecis et defectricis gentis monachorum et sacerdotum, qui huc omnem salutem suam desti-

---

3 fouet *omnes*. 6 quidp. *3*. 9 difperiã *1. 2*. 15 etc.] ut ... invidiosas *repetit 3*. 25 Pontificiorum *omnes, substantive*. 37.34 negot. sæc. *3*. 37 ac Cæsari &c. *3*.

Digitized by Google

naverunt, et in eam perditionem perduxerunt et Christianos, et operum auctione totum cauponati sunt orbem, et pro substantiis nostris imposuerunt nobis? Indignum videtur tibi hæc crebro populo instillare, de hiis admonere, ut caveant a talibus et tam crudelibus perditoribus animarum? An non est hic Antichristus, et iusticiæ dei non est subiectus qui suam statuit et Christi passionem frustraneam facit? Sed an non etiam insigniter hallucinati sumus in nomine operum bonorum, dum ea vocavimus bona opera quæ nos fingimus et somniamus, dum facimus quæ nobis recta videntur, et opera nobis monstrata a Christo negligimus, id est pro misericordia et iudicio statuimus canonicas et papisticas horas, rasuras et vestes, delectum ciborum, simulatum et prophanum cœlibatum, quæ non solum non adimunt peccata, sed etiam evangelio ex diametro repugnant? Quis dabit capitibus nostris etiam aquam, et oculis nostris fontem lachrymarum, ut ploremus die ac nocte interfectos populi nostri? quis præbebit nobis auxilium adversus illos latrunculos Syriæ et Moab et filiorum Ammon, qui deprædati sunt animas sanctorum et occiderunt mendaciis suis; qui sedent in insidiis cum divitibus, in occultis cœnobiorum et templorum, ut interficiant innocentes; qui insidiantur quasi leo in spelunca sua, siquos queant laqueis suis iniicere? Quousque videbimus mala gentis nostræ et sanctorum? Exurge domine deus, et exaltetur manus tua: contere brachium peccatorum et malignantium!

[§.410.] ER. *Dum delitigamus, an sola fides absque operibus conferat salutem.* OT. Et quid tandem aliud habemus magis sacrosanctum quam fidem? Tolle fidem, quid aliud est Christianismus quam vanissima superstitio?

[§.411.] ER. *Quædam autem eius generis sunt, ut si maxime vera essent, non expediebat ingerere auribus populi.* OT. „Unde hæc, ex tanta nuper prudentia, subita imperitia tibi? unde ruditas?" quid tamen dici potest unquam magis impium, irreligiosum et frivolum? Non expediebat dicere? Cur non expediebat? Quibus ergo scripta sunt? an eruditis et sacerdotibus tantum? Sed qui sunt illi sacerdotes? huic postremissimæ turbæ licuit tantum scire, attonsis comam et unctis? Sed quis iussit hoc discrimen inferre in populum dei, ut sint quidam rasi et non rasi, quidam uncti et non uncti, quidam docti et indocti, cum tamen deus omnes fecerit theodidactos, omnes unxerit credentes? An pro attonsis tantum est mortuus Christus? an non pro omnibus mortuus est? an non omnes volebat scire evangelium, scire verbum suum, ut per consolationem scripturarum spem habeamus? Quid ergo non expedit omnes scire quod omnibus dictum est et scriptum et in quo omnium salus pendebat? an forte, ne imposturas vestras videremus, quibus torquetis, flectitis, corrumpitis, pervertitis, subvertitis, confunditis et involvitis scripturas, ut liceat quamdiu tyrannidem exercere, dominari fidei nostræ et tanquam fatuos infatuare et dementare nos? Verum hoc iam dudum deprehendimus: operam ludetis. age tamen, quid doceri poterat religiosius quam ex sola fide nos iustificari, Christum peccatis nostris esse propitium, pro nobis orare? quam ut discamus de nobis diffidere, Christo confidere, voluntatem nullam nobis liberam esse, sed nobis omnia dispensari, nos esse filios et genus dei, hæredes Christi et dei, templum spiritus sancti, ab ipso unctos et sanctificatos in genus electum, regium et sacerdotale? ipsi esse curam de nobis, nos esse populum eius, et oves pascuæ eius? eum esse authorem bonorum omnium et malorum, nihil in

---

3 iis *3.* 9 negligemus *1. 3.* 12.13 lacrym. *3.* 22 fide *1. 3.* 23 Christianissimus *1.* 25 Unde] Expost. §. 165. 32 therdidactos *1. 3.* theodidactous *2.*

Digitized by Google

terris geri absque sua voluntate, capillos etiam capitis nostri esse numeratos? se solum esse dominum, nos vero nihil nisi vaporem et lutum? quid, inquam, hiis poterat doceri magis frugi, maxime cum sic iusserit Christus et scriptura huis refertissima sit? Et tu cum papistis adhuc somnias generare seditionem et dissidium? utique dissidium! nam per hoc discernitur populus Christi a traditionibus et fabulis Antichristi; hoc signum est in frontibus nostris, verbum dei, quod agnos dispescit ab hœdis. Sed aliud tamen mente tenes, scio, tametsi sic loqueris.

[§.414.] ER. *Qui in classe Lutherana sibi vindicant spiritualem cognitionem, cogitent et se esse homines obnoxios malis.* OT. Ex hiis nemo est omnium, credo, qui hoc non faciat, qui non peccatorem se agnoscat et haberi velit. sed ideo non obticendum est verbum, non ideo non est evangelium prædicandum, quia peccatores nos sumus: peccatores verbum tractamus, et non minus dolemus quod ea perfectione non sumus quæ sanctos et apostolicos viros decet, quotidie hoc orantes ut et vita Iesu in carne nostra manifestetur.

[§.417.] ER. *In omnibus articulis priscæ proditæ fidei consensus est.* OT. Imo ne unus quidem integer permansit, quem illi non traditionibus suis viciaverint, laceraverint, prophanaverint et obscuraverint.

[§.417.] ER. *Cur ob paradoxa nescio quæ?* OT. Nihil sunt hæc paradoxa, Christum solum esse caput Ecclesiæ; Ecclesiam non rem aliquam esse corporalem; Missam sacrificium non esse; Fidem solam iustificare; Opera nostra peccata esse, et neminem iustificare; Omnes homines obnoxios esse peccato; Nullum esse nobis arbitrium; Omnia evenire a necessitate; Legem abolitam esse; Duo tantum sacramenta esse; Traditiones papæ hæreticas et scripturis adversas esse; Sectas esse perniciosas; Sectas monachorum ex diabolo esse, et huiusmodi sexcenta. An non in hiis totus cardo vertitur rerum Christianarum? quid ergo cavillaris ob 'paradoxa nescio quæ'? quare non libere dicis 'ob nugas nescio quas'? quandoquidem tam nihil sunt apud te de quibus affirmamus: nam perinde hoc esset. Quid coniiciemus ex inconstantissimis et lubricissimis meandris illis, quibus ut serpens nunc hac nunc illac sinuosis flexibus torques et gyras te?

[§.117.] ER. *Quædam eius generis sunt, ut in utramque partem possint disputari.* OT. De quibus modo diximus, non possunt in utramque partem disputari: nam solidum fundamentum dei stat, quod est scriptura, contra quam neque tu, neque portæ inferorum, neque Satanas, neque papa, neque angelus de cœlo aliquid aliud potestis.

[§.419.] ER. *Utraque pars sese alteri attemperet.* OT. Non potest fieri, ut attemperent se, sicut nulla est conventio lucis ad tenebras, templi dei cum simulachris, Christi et Belial; quæ conventio Christi et papæ, ecclesiæ Romanæ et ecclesiæ catholicæ?

CONCLVSIO.

Hucusque pro veteri et extincto amico rationem reddidimus futili, obstreperæ, petulanti et levissimæ Spongiæ tuæ; non ad omnia quidem, sed ad ea quæ nobis erant compertiora. cætera quoniam aut talia sunt quæ non magnopere offendunt lectorem prudentem et pium, aut huiusmodi sunt quæ præter fucum et hypocrisim verborum nihil habent, libenter dissimilamus. Diximus et pro evangelio et evangelicis viris quædam, quæ, etsi ad caussam minime spe-

---

2. 4. 10. 26 iis *3.* 15 Ihesu 1. 18 vitiaverint *3.* prophan. *3. ut ubique.* 24 hereticas *1. 2.* 38 simulacris *3.* 40 causam *3. ut ubique.*

Digitized by Google

ctabant, utcunque tamen per occasionem inciderunt; et necessarium fuit de hoc quoque rationem reddere, ne verbum dei sineremus blasphemari per te. imo si pro posthumio libello habere hunc vis, quo etiam mortuus remordeat Huttenus, nihil laboramus; tantum sine posthac manes ipsius conquiescere: cum viventibus congredere, si prorsus sic decretum est pugnare. Quantum ad me spectat, non detrectabo pugnam tecum, amicorum caussa, dicoque id quod et Huttenus dixit, liberrime: si in veritatis adsertores ac Christianæ libertatis vindices scribendo invecturus es ac nos ultra tibi adversarios deposcis, ego contra nihil animadverso sive factionis nomine, sive quod eloquentia impar tibi sum, sed rei habita ratione quam persequeris, communem contra te caussam tuebor; et quanto in nos acrior coortus fueris, tanto accipies intuenda caussa alacriores. Et scribes tu quidem multa disertissime; nos vero nihil accurate excolentes, quod scribendum erit scriptura, vita ac integritate probabimus. coacervabis ad te multitudinem curtisanorum, et brachio carneo tyranni tui firmabis te; nobiscum vero erit dominus deus noster, qui auxiliator noster est pugnatque pro nobis.

ERASMO ROTERODAMO
PRESBYTERO ET SCRIBÆ LEGIS DOCTISSIMO
OTHO BRVNFELSIVS
S. D.

Succinctius præfatus sum tecum de Huttenico negocio quam vel res poscebat ipsa, vel defensioni meæ expediebat apud eos qui temere fortasse putabunt hoc muneris subiisse me; atque hoc tametsi fieri oportebat in exordio, tamen a me consulto factum non est: primum ut quam paucissimis expedirem me; deinde quoniam nota erat tragœdia, et ut tantum iis facerem satis quos amici referebant per tuam Spongiam maiorem in modum offensos fuisse; postremo ne protinus impune putares licere mentiri tibi omne mendacium, et cornua tibi sumeres quasi viceris iam, quia ille fato sublatus est qui bellum incœpit. Quoniam tamen eo iudicio non omnes sunt, et vel tu existimare possis vel animi quadam levitate vel vana gloria huc adductum esse me, accipe breviter a capite qui factum est quod responderim, et quid in te desyderem.

Allata est mihi primum Nuenburgam Spongia tua, dum adhuc viveret Huttenus; atque dici non potest quam me confecerit dolentissime, dum videbam tam contemptim et deridicule amicum mihi lacerari et rodi per te. mox nunciatur et occubitus eloquentissimi et integerrimi viri; accrescit indies dolor, et cœpit me non tam male habere optimi amici mors quam tua stultissima Spongia, quod videbam futurum ut mentireris iam citra pudorem in hominem quicquid velles. Venit itaque in mentem, ut vices agerem: parabam stilum, et absterrebat tamen eloquentia tua; putabam enim frustra esse lacessere qui in tanta esset existimatione apud cardinales et episcopos, si culex scilicet morderet elephantum; abduco manum a tabula, donabam iniuriam amici qui iam vivebat in pace, quam et ipse condonarat spiritum reddens, tametsi sua tantum non erat, sed omnium bonorum virorum, sed Christi: neque enim Hutteni hoc negocium tantum agis, sed velut in chaum confundis huc quicquid usquam po-

---

19 Otto *3*. 31 qui] quid *3*. 32 Nnenburgā *1. 2*. Neuenburgam *3*. Cf. p. 177. dum] Hoc inadcurate dictum esse videtur: Spongia prodiit post Hutteni obitum, quem Brunfelsius cum Spongiam acciperet, nondum compererat. 42 spiritum] se ipsum *3*.

Digitized by Google

tuisti mendaciorum corradere, quicquid usquam erat ad invidiam evangelii et negocii Lutherani, ut cuius non poteras cum veritate obiecta refellere, hunc tuis obrueres rhetoricis ironiis, assumptionibus, præsumptionibus, suspitionibus, divinationibus, quibus præstigiis nullum non fucum soles obtegere, nullam non veritatem obscurare.

Interim secundo editur per te infelix et misera Spongia, ut non iam adspergines abstergeret, sed contraheret et imbiberet quicquid ultimæ fecis et sordium erat, quas compressa effundat. additur, quæ hanc venum exponat, mordax, sycophantica et virulenta epistola. editur et tertio apud Colonienses, nescio an tua opera an illorum quibus iucunda sunt huiusmodi spectacula, ut videant passim prostare infamia bonos et evangelicos viros. Et ne adhuc quidem responsionem meditor; casu vénio ad amicos, urgent, obsecrant, adhortantur, appellant, num queam esse tam adamantino corde et ferre iniuriam amici tam de me bene meriti, et velle se quidem multa, sed nemini magis competere, imo et licere eam provinciam quam mihi, quo hodie nemini melius perspectæ Huttenicæ res sunt, et hæ cum primis quæ inter te et ipsum geruntur. recuso officium ex eadem caussa, ut dixi. interea nunciatur et Buschium, virum ex æquo doctum et integrum, ut est impietatis et iniusticiæ impatientissimus, responsionem quidem meditari, sed partim negocia remorari, partim expectare quod ego expectabam, id est ut aliquis prodiret qui Huttenum eloquentia æquaret. Utrimque agitur epistolis, et per nostros quidem, ne quis prorsus respondeat: nam indignum esse respondere ad ea quæ nemini non compertum est præter merum quidem commentum nihil esse; alioqui Lutherum ipsum vel Melanchthonem respondisse olim iam; nullam esse meliorem confusionem quam si non irritatus ipsemet proderes quis esses: id quod et pro candore tuo facielbas diligenter tu quoque: scribebas et tu amicis Argentorati et alibi nescio quid anonymi libelli parari illic in te, et ali isthic monstrum quod non auderet in publicum procedere; quamquam hoc certe non erat, nisi forte somniabas futurum malum; nam qui isthic sunt, aut tales sunt qui audent in faciem fateri quod agunt, aut nihil struunt in quemquam clancularium insidiarum.

Sub hæc rursum venio Basileam. illic audio ab amico quodam dixisse te in hæc verba, et libenter credo, nam perspectum est mihi ingenium versipelle hoc, „Si quis, inquis, respondebit, Otho hoc faciet"; et nescio quod etiam scomma iaciens in eos quibus non tanta animi levitas est quam tibi. quod tamen sive est vel non est, nihil magnopere laboro. Et tamen cum tacite tum prophetares, ego ne adhuc quidem movebar ad respondendum. Tandem proprio quodam instinctu, dum tantam audio ab amicis querelam de te, lego Spongiam, ut expenderem tamen quid hoc esset. lego orationem suavem, blandam, eruditam et elegantem, sed plenam veneno mortifero; et quæ haud dubie simile quoque pectus referebat, nempe virulentum, asperum, arrogans, desultorium et sanguinarium: qualis enim vir, talis et oratio: lego etiam quam impie rhetoricaris et ridicule de fide, de scripturis deque mysteriis et sacris quæ hodie prima habemus, nescio quem maximum ac summum nobis pontificatum statuens, ex cuius scitis, decretis et præscriptis vivendum nobis est, quam non hunc debeamus contemnere, tam reverenter et gloriose, ut talem et illorum hominum præconem decebat. Mox animum, qui prius deciderat in pedes, re-

---

[2] negot. *3. ut ubiq.* [16] hæ] eæ *3.* quæ] quod *1. 3.* geritur *1. sed in err. corr.* [17.18] Buchium *3.* [27.29] istic *3.* [32] hec *1. 2.* [34] Otto *3.* [40] dubiæ *1. 2.*

Digitized by Google

sumpsi, et dici non potest quam toto pectore cœpi stomachari tibi, quod tam frigide de scripturis sentiebas et in adversariorum castra profugeras; neque amplius necesse fuit ab amicis calcar impungi mihi, sed zelus me exagitabat. Persuadeo mihi atque mihimet animum haurio non esse timendum bonam et æquam caussam habenti; non esse habendum personæ respectum, ubi non iam amici tantum læderentur, sed etiam deus; imo ob hoc non esse ferendam amici iniuriam, quoniam in Christi ignominiam redundabat; maiorem esse pietatem quam eloquentiam, et nitere quidem apud homines phalerata verba, sed vincere tamen veritatem apud pios et Christianos; subinde parum quoque esse Christianum si blasphemantem non redarguam. arrepta itaque charta subsigno quæ mihi displicebant. Hactenus de caussa quæ me commovit ut scriberem.

Nunc audi quo animi candore responderim. tametsi enim pro stultitia hac meruisses, ut aliter quis te tractaret, sicui oratio esset copiosa vel ut tibi spongiosa potius et ocium singula discutiendi, ita tamen animum meum servavi ut ab invidia et affectibus, sic temperavi a conviciis, ut nihil regererem nisi quod cuivis etiam crasso ex Spongia tua colligi potest, oratione, ut vides, simplicissima, ne eum libellum suspiceris qui ante menses aliquot paratus in te sit, vel ne in hanc fabulam trahas innocentes: sunt quidem hic qui possent in te elaboratas orationes scribere, sed ea agunt quæ magis frugi sunt quam ut eloquentia certent tecum.

Erras igitur dupliciter, si ob gloriolam venandam hoc muneris me subiisse posthac criminaberis: primum quia talis non sum qui possim mihi de eloquentia vel tantillum vendicare; deinde si maxime voluissem, quod poteram, tamen alio argumento. alioqui quæ me agitaret insania in quemquam gladium stringere qui de me non fuisset ante meritus male, et alterius infamia famam mihi parare immortalem? non sum tam excors et sine iudicio, ut nesciam quam nihil sunt hii fumi, quam sint omnium stultissimi qui ad hoc tantum sudant et ob hoc coniiciunt in discrimina se, ut conquirant nomina et famam sibi, quæ etiam parta tam disperit cito. et ego in primis stultissimus essem qui pro gloria accerserem pœnitudinem et infamiam mihi, si modo infamia est pro defensione veritatis male audire: certus enim sum, id aliquando facies quod in calce epistolæ tuæ spondes, videlicet, si prodiderit sese de quo suspicaris, quod sentiet quam non toto pectore oderis Huttenum; quamquam in quem hæc dicta sint haud satis sciam. Est itaque aliud quod movebat ad scribendum quam gloriæ cupido: hoc vero quid est, paulo dictum est ante: et adeo pro hoc mihi non timeo, ut nisi palam damnaveris quædam desierisque pertinaciter adserere, aut ad palinodiam adigam te, aut feres quod impietatis te palam convincam. Et falleris quidem quam longissime, si Læicum vel Stunicanum hoc negocium putas; vel fungi simus Stunicani aut stipites, nihil minus feremus de te quam ut paleis tantum verborum sinamus imponi nobis; et utcunque sis etiam acutissimus disputator, nisi hoc gladio ancipiti pugnaveris, qui est verbum dei, hunc plumbeum eloquentiæ tuæ pugionem nihil metuimus. Neque multa nobis ad hoc acrimonia opus est vel magnificis lenociniis, gratiam ut nobis apud lectores pareamus, tantum nudam ipsam veritatem simplicibus et absque fuco verbis in lucem agemus. Satis iam iudicii optimo cuique est, de ingenio tuo quid debeat sentire, dum vafre, inconstanter et lubrice agis omnia, ut nihil sit hoc nobis necesse digito monstrare; cum nemo sit hodie quantumcunque eloquens, qui possit sic te pensiculate pingere quam ipsum te tu pin-

---

[16] *sic omnes.* [23] tantilium *1. 2.* vindic. *3.* [27] ii *3.* (hi, *non* ii). [28] laicum *3.*!

Digitized by Google

gis, virum quidem doctissimum et eloquentissimum, sed levem et arrogantem, qui, ut apparet, vel frusto etiam panis queat a recto et a proposito deduci; et nullam caussam tam malam esse, quam tu non possis pessimam facere, nullam tam desperatam, quam non possis tu optimam facere. Et erant certe qui, dum hæc scriberem, admonebant, vix negocio evangelii expedire, si quædam tibi responderem atrocius: nam non esse commovendam eam Camarinam, quæ excitata tantum exhalat effunditque venenum, nisi velim multos ab evangelio excidere, quos solertia tui ingenii possis in aliam viam abducere. et hii quoque rationibus humanis nitebantur, timebantque ubi prorsus nullus erat timor: nam ut maxime posses, (quod tamen nequaquam potes, sicut non rapit quisquam quod semel Christo datum est a patre) quare velles conari rem tam frivolam et inanem? Non debebamus expostulare tecum, cum tu desumis hanc virgulam tibi, ut non solum in immeritos censeas, sed in optimum quemque. Sat diu suspeximus te, et merebantur hoc literæ tuæ, quarum primus in Germania autor es, et maiora merebantur quam multorum etiam qui primæ notæ existimantur; sed qui salutis autor eras, idem nunc velis propinare venenum et mortis autor esse, hoc existimas nobis esse ferendum de te? Non ferimus. quemadmodum enim qui propinaturi sunt venenum, dulcibus et iucundis potionibus permiscent, ita tu primum quidem præstigium quoddam faciebas nobis eloquentia tua, barbaros, feroces et indomitos demulcebas, viam ostendebas qua possemus non tam docti evadere quam pii; sed cum hanc multos videres terere, et quosdam esse qui in hoc negocio palmam præripiebant tibi, sive arrogantia sive muneribus sive invidia devictus, corruptus et occœcatus sis, quod volunt quidam, pro veteri melle vel cum melle venenum instillas, ut scorpius in novissimo aculeum infigis; quod nisi fecisses, nemo non in hanc diem tibi assurgeret, nemo non congratularetur, efferret, celebraret suspiceretque te. dum vero ipsemet notam eloquentiæ indis tuæ, dum tuam ipsius gloriam obscuras, quis observabit, quis colet? peccantem te in animam tuam quis iustificabit, et exhonorantem animam suam quis honorificabit?

Ego quidem vehementissime doleo huc devenisse res tuas, ut mihi minimo et indoctissimo congrediendum est tecum, et vellem non datam occasionem mihi, quam nulla animi æquitate potui recusare; vellem non huc amentiæ prolapsum esse te, ut qui debebas nunc os esse Christi et vas electionis quod deferret nomen dei coram filiis Israël, coram regibus et principibus et omni populo terræ, nunc patronus factus esses eorum qui secreto consilio tractaverunt pariter et convenerunt adversus dominum et adversus Christum eius: in confesso est enim ex tot hostibus evangelii neminem unquam plus obfuisse evangelio quam te, qui etsi in palam quidem non impugnabas, tamen cum miris et inconstantibus involucris et emblematis confundis omnia, dum studes simul ponticatum stabilire et evangelium, nimirum triticum et paleas, et cum tenebris lucem. Quid aliud agis quam quod in universum subvertis quicquid antea instaurabas, vindicabas, evulgabas? Qua peste quid potest tamen evangelio peius contingere, cum hodie nulli rei minus conveniat quam Christo et papæ, Romæ et ecclesiæ Christi? dum addis etiam et hoc, quod amarulentius agimus quædam, et ne ipsi quidem perfecti simus. et quidem lepide hoc dicis, cum mansuetudine tractandum esse evangelium; sed cum infirmis, cum imbecillibus in fide, cum iis quibus lacte opus est et cibum solidum ferre non possunt, non cum pertinacibus, cervicosis, deploratis, desperatis, effrontibus et induratissimis

---

[5] ii *3*. [12] expostulari *3*. [24.25] nouissimo *1*. [29] tuam *3*. [31] est (*pro* sit) *omnes*.

Digitized by Google

scribis et pharisæis qui habent clavem scientiæ et tamen nolunt audire legem, qui obturant aures suas ne audiant. veluti quod in pontifices et monachos stomachosius dicit quædam Lutherus, nihil crudele esse, quoniam hoc poscit illorum duricia, malicia et vecordia; veluti quod et ipse in te quoque nunc liberior sum: sic malo nodo malus quærendus est cuneus. Quod vero et nos peccatores accusas, non video quid faciat ad rem, cum nemo possit vivere absque peccato. magnum est quod peccata nostra nobis non placent; dabimus tamen operam, ne tales simus quales tu nos fingis. Hæc de responsione mea obiter, quamquam consultius erat si prorsus contempsissem: nam quid debebam adblandiri, qui hoc merebaris hac sola Spongia, ut sicut tuo ductu primum dicerunt scribere Germani, ita nunc gregatim et agminatim in pestiferum magistrum gladios exacuant. parvam enim rem esse putas sic tergiversari, et animo duplici esse, in utrisque humeris, quod aiunt, gestare? Non habet hoc Germanorum neque fides neque integritas, sed ne Christiana religio quidem.

Et de Hutteno quoque non satis mirari possum inclementiam tuam, et illud vere virulentum pectus, quo ferunt te sic omnes bonos et claros clanculario odio persequi Germanos: nam ut in te quoque acerbior fuerit Huttenus, hoc tamen interest, quod ille iuste, merito, pie et Christiane irascitur tibi; tu perverse, iniuriose et mendaciter calumniaris; et qui debebas culpam agnoscere vel saltem Apologia testari non adversari evangelio te, hoc protestaris, nihil velle unquam esse commercii tibi cum iis viris, qui sub nomine Lutheri evangelium complectuntur; forte ut impleres mensuram pontificis tui, cui servis. Atque huc spectat etiam et illud, quod ei negocio implicas etiam innocentes, veluti illum non tam sanguine et cæris quam etiam vitæ integritate, moribus et eloquentia clarissimum Henrichum ab Eppendorff, equitem Germanum, qui quoniam coniunctus homini fuit, eandem laudem ex te reportavit, similem Erasmicam gratiam, qua soles frequenter laudare aut pessimos, aut obscurare non nisi optimos. et ille quoque haberet de quo posset expostulare et crimine quodam aspergere te. Ego ob eam rem volui clam se et non suam caussam agere, ne vel eum vel quenquam faciam suspectum tibi, qui operam suam mihi locaverit.

Et ut semel finem faciam epistolæ, hæc eousque a me dicta sint, ut posthac aut alias aut pientiores Spongias scribas: nam hæc ne amicissimis quoque placuit, et quod a quibusdam empta certatim et desyderata est, non hoc animo est empta, quod tantum arrideba, sed ut viderent quomodo elueres illam nunquam ne plaustris quidem Spongiarum diluendam inustam ab Hutteno notam tibi, nisi resipiscas. nam nullum erit remedium aliud, nulla herba fullonum, quæ poterit mederi. ut resipiscas vero, oro te in visceribus Iesu Christi; refer pedem, memento senectæ tuæ, memento vocationis et gratiæ tibi collatæ coram tam multis testibus: nam admodum turpe est acceptis gratiis abuti in perniciem donantis. abuteris vero dum non totis viribus pugnas pro evangelio, dum iuvas et confirmas adversarios, dum suspendis animas multorum quæ simulatione adductæ tua interim neque credunt neque salvæ fiunt. Poteris multo maiorem gloriam reportare hinc (si prorsus sic esset decretum gloriari) quam ab hac falsa simulata amicitia hominum desperatorum, qui volunt abuti eloquentia tua, ut in autoritate tua glorientur. Præterea multo etiam dignior es, quam qui iis debeas patrocinari quorum desperata sunt omnia. Age solum, nulla

---


4 duritia, malitia *3.* 5 nodo] modo *1. 3.* querendus *1. 2.* 16 uirulencum *1.* 21 ceris *3.* 25 Henricum ab Eppendorp *3.* 32 Fpistolæ *1. 2.* 35 Ihesu *1.*

Digitized by Google

ignominia est in re turpi obsequium detrectare, nullum dedecus profugere vel dissimulare ad tempus, si denuo pugnaveris; et adeo non cogitabimus hostilia in te, ut non pudebit etiam recantare quicquid unquam commissum est in te vel hostiliter vel probrose, Quodsi autem in proposito perstiteris, malum malo adglomerans, ne nos quoque cessabimus reclamare et reniti in faciem tibi, nihil veriti neque tuam eloquentiam neque magnificam illam apud pontifices existimationem tuam. Et te quidem audiemus destomachantem, rhetoricantem, iacientem ampullas verborum, ultro citroque amicos iactantem et principum gratiam, ludentem et periocantem cum scripturis sanctis, nitentem confracto baculo Aegypti, nihil non calumniarum regerentem, suffulcientem muros Babylonis, et collapsam rem Romæ instaurantem, triumphantem in curribus et in equis. nos vero in nomine domini dei nostri invocabimus dabimusque operam, ut quam maxime vera et dicamus et scribamus (nam vera et simplex est veritatis oratio); quin ut pseudoprophetam prophetantem in Baal tametsi verbis non adeo elegantibus, tamen scripturis sanctis exturbemus de castris. neque multum curabimus quantum nos gravabunt invidia quidam, quantum subsannabit curtisanica fæx, quantum quoque tu fabulam nos facies et opprobrium et canticum et parabolam orbi et omnium qui non habent signaculum verbi scriptum in frontibus eorum: sed hoc agemus quod pro officio nostro nobis incumbit, ut gloriam dei nostri puram et illæsam servemus. VALE.

***

Ego ſum DOMINVS *redemptor tuus, irrita faciens ſigna diuinorum, & hariolos in furorem uertens, conuertens ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorū ſtultam faciens, ſuſcitans uerbum ſerui ſui, & conſilium nunciorum ſuorum complens, Eſaiæ. xliij.*



Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia. Iere. x
Verbum autē Domini manet in æternum.

***

---

11 cutrib. *1.* 15 ſcript. *1. 2.* scriptis *3.* 17 tu quoque *3.* 16 fex *1. 2.* 21 *Sequentia omiserunt 2. 3.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCXXXV.** 12. SEPT. 1523.

AMICVS [CLAVDIVS CANTIVNCVLA] AD AGRIPPAM [AB NETTESHEYM].

Nescio quo infelici genio, mi Agrippa, evenit ut, qui diligentissimus in scribendo quondam esse consueveras, nunc ne multis quidem mensibus ad epistolas nostras, quas ad te dedi non sane raras, quicquam respondendum dignum duxeris, nisi si rei uxoriæ solicitudine silentium tibi fuerit imperatum. Quid aliud enim suspicer, studiorum tuorum instanciam ociumque ac iustam libertatem considerans? Quare te per necessitudinem veteris amicitiæ studiorumque communium rogo atque obtestor, ut et manere in officio et rescribere velis, vel nunc si non ad singulas literas, at certe ad eas quas primas post tuum epistolium, in quo tibi eruditorum nostrorum lucubrationes et incrementa significari cupiebas, scripseram, quasque redditas tibi fuisse mihi plane persuadeo. Ac vide quam sim tuarum cupiens literarum. Ego etsi in eisdem literis de domino Erasmo complurima, de Occolampadio itidem, ac aliis significaverim, mitto quædam adhuc, quibus rerum successus harum intelligere valeas, Spongiam videlicet Erasmi adversum Huttenum, qui Huttenus post editam Spongiam, dies iam agitur decimus tertius, apud pagum Tigurinum fatis concessit; declamationes quasdam Oecolampadii, quæ feliciter successerunt, et historiam præterea tyrannidis in Brabantia comprobatæ. Tu boni consules . . . . . Vale et tibi persuade me eum esse qui tuus sit ut suus. Basileæ, duodecimo Septembris, Anno 1523.

CCCXXXV. Agrippæ ab Nettesheym Epp. III. 45. Opp. II. p. 807. sq. cf. edit. ad nº. CLXXV. (epist. d. 16. Iun. 1520.) cit.

CCCXXXVI.

AD SEPT. 1523.

Hulderichus Huttenus eques Francus, natione Germanus, vir doctus utraque lingua, cum religio syncerior in Germania primum emergeret, multa audacter et libere in pontificios et Romanenses dixit et scripsit: multa etiam in principes et magistratus civitatum. Obiit in peregrinatione, anno 1523. morbo

CCCXXXVI. Conr. Gesneri Bibliotheca universalis. Tiguri 1545. fol. fol. 342.

[2] Cf. supra num. CCCIII. [7] suspiciet *edit.* [9] communem *edit.*

[13] *Spalatinum in Chronico s. Annalibus de Hutteno præter sequentes notulas (Mencken, Script. rer. Germ. II. p. 630.) omnino nihil, neque etiam de morte equitis memoriæ tradidisse mirum videtur:*

Hoc anno (MDXXIII.) Hulrichus ab Hutten Eques cum Erasmo Roterodamo Presbytero Theologo fecit expostulationem in hoc typis excusam, quod causam Evangelii et libertatis animi sui parvitate deseruisse videretur.

Hoc anno Vlrichus ab Hutten Eques Germanus Expostulationem cum Erasmo Roterodamo edidit. Cui Erasmus respondit libello cum hac inscriptione Spongia Erasmi adversus aspergines Hutteni.

[11] 1524. *mendose edit.*

Digitized by Google

consumptus Gallico, et in lacus Tigurini insula, ubi nuper epitaphium, nobili quodam Franco procurante lapidi sepulchrali incisum ab amicis nostris ei positum est, his verbis

Hic eques auratus iacet, oratorque disertus,
Huttenus vates, carmine et ense potens.

Exemplum Gesnerianæ bibl. Tiguri anno 1574. editum hoc epitaphium non habet; sed simile epigramma est Aegidii Periandri (*Germania p.* 833.):

Ense potens, versuque potens, es lege potenti
Strenuus, oranti vox tibi fortis abit.

„Aliquanto post (verba sunt Burckhardi Vit. Hutt. II. p. 265. not. ff.) Nobilis Francus curavit, ut a Tigurinis professoribus hocce epitaphium celebratissimo populari suo positum sit:

„Hic Eques auratus iacet, oratorque disertus:
„Huttenus vates carmine et ense potens."

Idem Burckhardus in Analectis ad Hutt. vit. Hal. 1749. 8°. editis p. 54. adiecit „Io. Iac. Scheuchzer in Itinere Alpino octavo an. 1710. (Lugd. Bat. 1723. 4°. Itin. VIII. p. 527. sq.) memorat 'In Ufnaugiæ insula mortuus dicitur d. 1. Sept. an. CIↃ IↃ XXIII Eques Francus, illustris et prosapia et doctrina, Huldricus Huttenus, ibique sepultus. Epitaphium eius *[paullo ante exhibitum]* memorat Wagner Mercur. Helvet. p. 34. Nunc autem nec de sepulchro nec de epitaphio quicquam amplius visitur." *[Hoc quidem hodie quoque verum, quamquam iniustum est.]*

Commode h. l. adponentur hæc ex Reusneri Iconibus, Argentorati 1587. 8°., ubi Hutteni effigies hanc subscriptionem habet:

Martis eram, simul et Musarum fortis alumnus:
Laurcolæ decus hinc nunc vtriusqȝ fero.
M. D. XXXIII.

In aversa eiusdem folii pagina legitur:

HVLDRICHVS HVTTENVS EQV.
Francus, natus anno M. CCCCXIIC.
Optimis eruditus artibus omnibus: Mineruâ
duce ac Magiſtrâ:
Literarum pariter, & armorum præſtans gloria:
A DIVO MAXAEMYLIANO I.
Cæſ. Aug.
Ob excellentis ingenij vim, ac probatæ virtutis in
bello Veneto laudem ſingularem:
Et Poeta lauro, & Eques auro coronatus:
Acerrimus propugnator communis libertatis:
Religionis vindex, fideique rectæ conſtantiſſ:
Partium ſemper ſtudioſus ac defenſor bonarum:
MVSARVM & GRATIARVM Hierophantes incomparabilis:
Obijt anno Chriſti M. D. XXIII. M. Sextil. Sepultus in Lacus Tigurini Inſulâ Vſnaviâ, à ſe
Huttenicâ, hodiè denominatâ.

Digitized by Google

ETEOSTICHON *
Iosephi à Pinu.
Ignifer in tepido fulfit Sol fidere Libræ,
Huttene, ut cœli tecta beata capis.

IOANNES LINDNER MONACHVS PIRNENSIS

(apud Mencken. Scriptor. rer. Germanicar. Lips. 1728. fol. tom. II. p. 1526.)

Ulricus von Hutten aus Francken, ein heftiger verfolger der geistlichen (1519) *prister vnd ordensleute, starb jemmerlich.*

ERFORDIÆ. **CCCXXXVII.** [SEPT.? A. 1523.]

HELIVS EOBANVS HESSVS
IOANNI DRACONI S.

Quid fit, mi Draco, sex iam sunt hebdomades, Ionas non redit, tam diu lavat? O thermæ, o litora, o mare magnum, quod tantum sua amœnitate moræ nobis facit! . . . . . Multum nostro Ionæ debemus, debet et ille nobis multum, quia multum amamus. sancta est et esse debet nostra trias, nulla vi fortunæ noster ternio dissolvetur. Sed o mi Draco, sed heu mi Draco, ah Draco mi! Quid est? Rem pessimam, rem incomparabilis iacturæ! 'Quid novi nuncias, Hesse? quid tuum perturbas Draconem? non periit Erasmus?' Deo gratia; sed periit ille. 'Quis?' Ille noster. 'Quis noster? Ionas?' Non; absit hoc: non vellem vivere: et tamen noster. Iam non Iudam diutius, iam te non suspendam amplius: periit, periit noster Huttenus. Vide nunc an ita ficte gemam, ut quædam ex ista farina vulpes. Huttenus noster obiit potionatus. mitto ducis nostri literas, ut videas me non posse istum iustissimum dolorem premere. Sic, mi Draco, sumus obiecti et expositi cottidianis periculis, dum ab una parte multum nostro accedit ordini, ab altera sumus prorsus infœlices. Quis fuit ille tam, pene dicere ausim, iniquus deus qui hoc tam floridum ingenium nobis inviderit? libet iterum ac sæpius exclamare 'heu deos crudeles, heu crudelia fata!' Sed opus est, video, ut ad elegos confugiam: non enim capere potest epistola brevis quantum nunc doleam. Sed ah, mi charissime Huttene, sic nos reliquisti, an potius abiisti? quo vero? ecquando redibis? Heu! eras totus amabilis; nemo hominum improbissimorum hostis maior, nemo bonorum amantior. tempero mihi nunc ægerrime, ne totus effluam. Dabo tibi, o charissime et non solum morum sed etiam doctrinæ maiestate venerande Draco, certum et magnum testimonium Huttenum me vehementer amavisse. Vale. Erfordiæ.

CCCXXXVII. Eob. Hessi Epp. p. 34. sq. (Ind. bibliogr. nº. 56,1.)

* IIIIDVLILIDLI (1162) *et* VVCLICCI (362) = 1524. *Itaque* fydere, *non* fidere *scribendum erat.* 5 Hutrenus *1.* Veneno extinctum esse Huttenum rumor fuerat. 20 Ducis] Petrei Aperbacchi. 22 abiecti *1.* 28.29 amacilis *1.* 30 egerrime *1.*

Digitized by Google

CCCXXXVIII.

[HELII EOBANI HESSI EPICEDIA DVO.]

1.

VLRICHI HVTTENI EQVITIS AC POETÆ EPICEDION.

Mors et Huttenus colloquuntur.

Mors. Tu quoque, magnifice qui nos, Huttene, solebas
Spernere, magnifico vulnere strate iaces.
Hutt. Non iaceo, nec adhuc non te, mors improba, sperno,
In quem necdum aliquid iuris habere potes.
M. Nempe iaces nostri confossus arundine teli,
Hoc in te certe ius habuisse fuit.
H. Non iaceo, nec tela tuæ mala sentio dextræ,
Et nec adhuc pars est ulla sepulta mei.
M. Nempe iaces clauditque tuum brevis urna cadaver,
An qui sic iaceat, non cecidisse putas?
H. Ut iaceant alii quos te stravisse superbis,
Ipse tibi invictus te feriente steti.
M. Hoc si stare fuit, si non hoc ergo iacere est,
Dic age quo pacto te cecidisse neges?
H. Non alia quam qua divi ratione feruntur,
In casses nunquam posse venire tuos.
M. Quod si divus eras, cur sic rationis egebas,
Ut caderes nostra, dive peremple, manu?
H. Nec cecidi nec divus eram, quid me, improba, captas?
Pars etenim superest maxima viva mei.
M. Stulte, quid ambiguam post fata novissima vitam
Captas? hæc fatuæ somnia mentis erant.
H. Vivo equidem, neque si corpus, male sana, tulisti,
Vis animo venit vulneris ulla meo.
M. Quid tibi fallaci blandiris imagine vitæ?
Omnis ab extincto corpore vita iacet.
H. Quid mihi damna vagæ mentiris inania mortis?
Maior ab extincto corpore vita manet.

CCCXXXVIII. 1 = ILLVSTRI|VM AC CLARORVM | aliquot Virorum Memoriæ | ſcripta Epicedia | Per Helium Eobanum Heſſum. | EPITHAPHIA EPI=|GRAMMATA COM=| *poſita* | *Ab Ioachimo Camerario Bombergenſi.* | *etc.* 8°. *In fine: Norimbergæ apud Friderichum Peypus.* | *Anno ſalutis* M. D. XXXI. 2 = Operum Helii Eobani Helsi farragines duæ. Halæ Suevor 1539. 8°. foll. 160...162. (Exemplum a. 1549. editum ad manus non est.) 3 = Eiusd. libri ed. Ff. 1564. 8°. p. 208...302. 4 = Aegidii Periandri Germania. 1567. 8°. p. 833. sqq. Inde et in Melch. Adami Vitis Germanor. ICtor. Haidelbergæ 1620. 8°. p. 22...25. 5 = Burckhard. III. p. 279...284. 6 = Hutt. Münch. I. p. CIII...CVI.

---

3 mors *omis. 6.* 5 tæli *1. 2.* 7 tæla *1. 3.* 13 si hoc non *2. 3. 6.* 16 tuas *1.*

Digitized by Google

M. Ut sibi iam fingant aliquam tua somnia vitam,
Fabula quid vitæ proderit ista tibi?
H. Quam mea fama mihi tribuit verissima vitam,
Adserit, et superis me facit esse parem.
M. Diis ne parem faciat te fama levissima, cuius
Facta est atque eadem corporis umbra tui?
H. Non ita, namque brevi clausum est breve corpus in urna,
Fama manens pulsat Solis utramque domum.
M. Ad te fama nihil tua pertinet amplius, ex quo,
Seu bona seu mala sit, nil tibi scire licet.
H. Non ita, nam Manes venit et bona fama sub imos,
Et mala apud superos nulla relicta mihi est.
M. Ergo quid utilium confeceris, optime, rerum,
Scire operæ precium te referente mihi est.
H. Quanquam teste egeat nullo mens conscia recti,
Non tamen est ullus dicere vera pudor.
M. Dic igitur, quia non pudet hic quoque vana fateri,
Quæ vivus faciunt ut videare tibi?
H. Parvus adhuc primaque notans lanugine malas
Musarum certo numine plenus eram:
Talia concinui iuvenili carmina plectro,
Qualia permulti non potuere senes:
Inter et æquales vigui, quantumque recordor,
Indole me nemo liberiore fuit.
M. Iam minus admiror, genus hoc sibi semper ineptum
Promittit nullo tempore posse mori.
Sed cur nulla meas remorantur carmina vires?
Cur etiam vates spicula nostra petunt?
H. Nil nobis tua tela nocent: quid, avara, superbis?
Desine, dum cœpta cætera lege sequor.
Pene puer varias gentes et plurima vidi
Oppida, fortunæ victor ubique trucis:
Nam mihi plus aliis sævit dea cæca, nec unquam
Desiit indignis exagitare modis.
M. Cur non et generis velles meminisse, quod illo
Clarior et mors est et tua vita fuit?
H. Non pudet ingenuis adeo natalibus ortum,
Ut fuerim patrio sanguine Francus eques.
Sed mihi plus curæ fuit, ut generosior essem
Divitis æternis dotibus ingenii.
M. Quid tamen hoc prodest postquam nos ista tenemus
Omnia ceu forti capta trophæa manu?
H. Corpus, avara, tenes clausum, teneasque sepulchro,
Me mea cum superis vita superstes habet.
M. Nondum digna satis vitæ miracla peractæ,
Queis vel adhuc possis vivere, facta refers.

---

33 Diis] *i. e.* Dis 36 Solis ut. d.] *i. e.* orientem et occidentem. 42 pretium *5. 6.* 46 faciant *6.* 57 tæla *1. 2.* 58 capta *6.* cetera *5. 6* 59 Pæne *5. 6.* 61 Fortuna. 70 tropæa *5. 6.* 71 sepulcro *5. 6.*

Digitized by Google

H. Prima rudimentis clausa est iuvenilibus ætas,
Digna viro gessit munera vita sequens:
Nam patriæ laudes et libertatis ademptæ
Iura manu, calamo fortiter adserui.
M. Quas laudes? quæ iura refers? quibus adseris armis?
An meritis eguit Teutonis ora tuis?
H. Inclyta pontifices Germania passa tyrannos
Non tantum est meritis visa eguisse meis,
Quam mea facta licet non possent sola levare,
Quæ tamen huic potui commoda ferre, tuli.
M. Qua ratione, precor? nam tu nec corpore firmo
Nec fortunæ opibus permetuendus eras.
H. Viribus ingenii præsentia damna levabam
Corporis, atque isto nomine fortis eram.
Et mea raptores fregerunt scripta cynædos
Plus quam mille aliis ullius arma modis.
Nec tamen imbellis fueram, nec corpore fractus,
Vulnera multa dedi, vulnera multa tuli.
Scit Romana lues, bullarum turba ministri,
Nec tu, strate mihi, Galle superbe, negas.
Quod tamen infirmi mihi corporis obiicis artus,
Postremi vicium temporis illud erat.
M. Straveris et Gallum et Romanum fregeris hostem,
Fractus es et stratus non minus ipse mihi.
H. Principibus quoque charus eram, sed plena malorum
Tempora non sunt hoc passa fuisse diu.
M. Nil moror, ut fueris charissimus omnibus, hoc te
Plus iidem fato procubuisse dolent.
H. Stultitia hæc equidem mortalibus omnibus una est,
Ut quod tu rapias, hoc periisse putent.
Illi igitur nostro funebria iusta sepulchro
Solvant, et lachrymis mortua membra rigent:
Me mea stultitia securum fecit ab ista
Quæ nunc est alio vita futura loco.

2.

HELII EOBANI HESSI
*IN FVNERE DOCTISSIMI VIRI MVTIANI RVFI EPICEDION.**

. . . . . .

Carminibus quicunque valent et voce poetæ
Deplorant mortis tristia fata tuæ:

CCCXXXVIII. 2. 1 = Epicedia supra p. 355. indicata. *Repetitur epicedion in* 2 = Opp. Helii Eobani Hessi Farrag. Halis Suev. 1539. 8°. foll. 155ᵇ. sqq. 3 = Francof. 1564. 8°. p. 290. sqq. 4 = Periandri Germania Francof. 1567. 8°. p. 121. sqq.

84 Quæ] Quam *1.* 85 racione *2.* 87 præsencia *2.* 89 Cinædos *5. 6.* 95 Quid ... artus? *6.* 96 vitium *5. 6.* 101 cariss. *1.* 103 Stultitia *5. 6.* 106 lacrimis *5.* lacrymis *6.* 107 stultitia *5. 6.* * Mutianus mortuus est d. 30. Mart. a. 1526.

Digitized by Google

Te prior æthereas abiens Huttenus ad arces
Lugebat mortis fata futura tuæ:
Nunc quoque credibile est ipsum in regionibus illis
Te canere et vitam deseruisse queri.
Plorat adhuc brevibus plectris tua funera Cordus,
Cordus, honor patriæ deliciumque suæ.
Te gemit ad liquidi viridantia littora Mœni
Micyllus, Clarium tangere doctus ebur.
Te meus ad Pegnesiacam Camerarius urbem
Conqueritur faciles non habuisse deos.
Musa nec Ebneri reticet iuvenilis Erasmi
Fata satis vitæ non tribuisse tuæ.
Carmina morte tua tam tristia concinit Hacus,
Dulcia quam moriens guttura fractus olor.
Carmine et ore virens luget tua fata Sabinus
Qua trahit illimes Albis avarus aquas.
Ipse quibus lachrymis, quo te fleat ore Philippus,
Non facile expediat Pieris ulla tibi.
Velius extinctum lepido te carmine luget,
Summa Silesiados Velius aura plagæ.
Lauriger Helvetiis te Glarea luget in oris;
Brassica te tristi deflet uterque lyra.
Quid referam, quanto suavis te cantet Ionas
Carmine, cum libuit voce lyraque potens;
Quos tibi dilectus quondam Spalatinus honores
Exhibeat mœsto carmine, nemo rogat:
Ille suas de te noctesque diesque querelas
Ingeminat, nunquam non memor ille tui.
Verum ego Noridibus quæ nunc tibi solvo Camœnis
Carmina, sera quidem sed tamen apta feres.

. . . . . .

Subiungendum est epitaphium ex superiore epicedio compositum, ut legitur in Nic. Reusneri Iconib. Argentor. 1587. 8°. B 7b.

IN TVMVLVM EIVSDEM [HVTTENI]
HELII EOBANI HESSI.

Ipse equidem claris fueram natalibus ortus
Huttenus, patrio sanguine Francus eques:
Sed mihi plus curæ fuit, ut generosior essem
Divitiis æternis dotibus ingenii.
Parvus adhuc primaque notans lanugine malas
Musarum certo numine plenus eram;

[129] Euricius Cordus, Simeshusanus Hessus. [132] Iacobus Micyllus (*Moltzer*) Argentinensis. [133] Ioachimus Camerarius (*Kammermeister*) Bambergensis. [135] Hieronymi Ebneri Norimbergensis filius Erasmus Melanchthonis discipulus fuit. [135] Chph. Hacus, Eobanicæ sodalitatis quondam socius, poeta melicus. [139] Georgius Sabinus (*Schüler*) Brandenburgensis, postea Melanchthonis gener. [141] Phil.] Melanchthon. [141] Ursinus Velius Suidnicensis fuit. [145] Henricus Loritus Glareanus. [146] Io. Alex. Brassicanus (*Kohlbürger*) iun., Suevus. [147] Iodocus s. Iustus Ionas (*Koch*). [149] Spalatinus, Georgius *Burckhardi*. [153] Norimbergæ tum degebat Hessus.

Digitized by Google

Pæne puer varias gentes et plurima vidi
Oppida, fortunæ victor ubique trucis.
Prima rudimentis clausa est iuvenilibus ætas,
Digna viro gessit munera vita sequens:
Nam patriæ laudes et libertatis ademptæ
Iura manu et calamo fortiter adserui.
Scit Romana lues, bullarum turba ministri,
Nec tu, strate mihi, Galle superbe, negas.
Principibus quoque gratus eram, sed plena malorum
Tempora non sunt hoc passa fuisse diu.
Nunc post fata brevi clausum est breve corpus in urna:
Fama manens pulsat solis utramque domum.

CCCXXXVIIII.

CHILIANI LEIBII ANNALES.
Anno domini MDXXIII.

. . . . . *Ulrichus ab Hutten, quem Huttenum appellabant, homo statura brevi, Latinæ Græcæque linguarum, poetices et oratoriæ gnarus, sed qui eruditionem suam non bene locavit, Septembri mense apud Schwizeros morte ferebatur absumptus: nam Francisco a Sickingen, cui a consiliis, et quidem pessimis, fuerat, suo fato contrito Palatinum metuens ad Schwizeros Thuricenses Lutheranæ hæreseos sectatores sui similes patria extorris secesserat. Huic doctus quidam id quod hic subiectum est, epitaphii posuit loco:*

„Heus viatores, optimi optimam operam mihi date, quæque hic scripta „sunt, perlegite: Ulrichus Huttenus, Germanus eques, hic iacet morbo (ut „dignus erat) prostratus Gallico, qui in omni vita hoc sibi negotii desumpsit „maxime, ne cui viro bono bene bonis verbis diceret. Ad omne maleficium „proclivis, lingua procax, ore impudicus, felle madens tetro, veneno scatens „præsentaneo mortiferum aconitum fundebat eloquio: dente ferus, morsu di„rus, obvios quosque proscindens et dilacerans. Nam sævus et indomitus „nullis unquam pepercit mortalibus. Ad hæc natus, ut male diceret, adultus „prorsus, ut faceret male: Pacis osor, bellorum sator, fraternam ciens dis„cordiam, sacrorum effractor violentus, divini contemptor nominis, quem tu „fuisse hominem hunc existimas, tricorporeo satum Cerbero tartareis prola„tum furiis: ad paludes Stygias emissus denique hominum odio: magnum ter„ris futurum exitium, ni inopinata mors avertisset pestem tantam mortali„bus. Nam dum ingentia meditatur scelera, divinitus gravi ulcere percussus

CCCXXXIX. Leibii Ann. in *Aretini Beytr.* (vol. I. p. 55. citt.) 1807. fascic. X. p. 1049. sq.

[2] cf. supra num. CCLXXXXV. [10] Utinam Latine furentis theologastri ignavam audaciam ridere vivo Hutteno datum fuisset; de quo idem Leibius, cuius verba repetimus quique 'docti' istius λοιδορημάτιον potius quam epitaphium repetiit, „ipsum magnopere vivere et optime vivere malim" falso de Hutteni morte accepto rumore scripserat olim. cf. supra vol. I. p. 307.

Digitized by Google

„est; sicque per dolores sævissimos crutiatusque acerbissimos communi omnium „lætitia tristissimum exhalavit spiritum. Tantum est. Tu iam vale, atque „tuos in pedes te protinus propipe, ne morsu te mordicus insectetur mortuus."

Plurimorum sententia timet, si Franciscus ille a Sickingen et Huttenus iste superfuissent biennio, memoranda cuiuspiam cladis exstitissent auctores . . . .

Similes et versus et inscriptiones multos tum faciebant animi sui causa qui in Hutteno præter Lutheranum aliquid inesse ignorabant, cum in ipsis ne vera quidem humanitas inesset. pauca quædam a Burckhardo aliisque prætermissa exempla subiungam.

1.

AD FAMAM DE HVTENO
morbo pediculari extincto
Petrus Risinius.

Cum nuper Stygias veheretur Hutenus ad umbras,
Eius et audiret scripta nefanda Charon,
Intereaque pedum sese vis proderet ingens,
Et quereretur Huten, mortis id esse genus:
Stulte, Charon dixit, caput orbis in orbe putabas
Perdere, nunc fœdo es perditus ipse pede.

CCCXXXVIIII. 1. Encomia Lu=|teri. | ωσ εκ τριποδοσ | Andreæ Cricii Epiſcopi Premiſlieñ in Lute|rū Oratio. | *etc.* | M. D. XXIIII. | (4°. *8 foll. s. l.*)

2.

CARMEN ANDREÆ DELICIANI F. R.
quod in quatuor Luderanos per elementa perdendos lusit.

Discite nunc, miseri, viam nunc discite fortem,
Secta quibus mordax hœc Luderana placet.

. . . . . .

Huttenum extorrem vix terra inimica recepit, *Hutten.*
Sub vepribus misere dum queat ipse mori. *Terra.*
Ignea sacrilegum rapuerunt tela Sicanum, *Franciscus à Sicking.*
Fulmine contemptos sensit adesse deos. *Ignis.*
Albiacis Nesenus aquis submersus, opinor, *Nesen⁹ Aqua.*
Non lœsisse parum numina diva dolet.
Quartus adhuc liber locus est, patulum undique cœlum, *Luther Aer.*
Hunc capiet vester duxque caputque Luther.

. . . . . .

Procusum Lypsiæ. Anno 1530.

CCCXXXVIIII. 2. LVDVS LVDENTEM LVDERVM LV=|dens, quo Ioannes Hasenbergius Bohemus in Bacchanalib. | Lypſiæ, omnes ludificantem Ludionem, omnibus | ludendum exhibuit. Anno M.D.XXX. | (4°. *foll. 22.*)

[24] Andreas] Probst ex oppido Delitzsch, 'magister qui est multum subtilis, et pro parte est artista, medicus et iurista', et 'est etiam alias bonus poeta', rector Lipsiensis universitatis a. 1513. et 1519., satis ex epistolis obscurorum virorum (I. 1. 17.) notus.

Digitized by Google

CCCXXXX.

IOACHIMVS CAMERARIVS.

. . . Et venimus Lipsiam quo die obiit mortem Petrus Mosellanus, qui corpore fuerat perimbecillo et parvo, cum ingenio et eruditione doctrinæ excelleret. Ad eum morientem accessimus Philippus et ego, et hoc luctu tristi acerboque sumus affecti, ille amico eximio, ego carissimo præceptore deinceps carituri. Erat Nesseno veniendum certis de causis Francofortum ad Menum. Illuc igitur primum sumus profecti et accepti tractatique publice privatimque officiose et benigne. Cum autem hoc itinere placuisset transire regionem eam cui nomen fagi Buchoniam fecerunt, mansimus unam noctem Fuldæ, ubi tum Crotus Rubianus et Adamus Crato degebant; qui adventu nostro affecti magno gaudio omnia humanitatis et hospitalitatis officia prolixe nobis præstiterunt. Ibi etiam certi aliquid primum cognovimus de morte Ulrichi Hutteni, quem ut vivum magni facere et admirari propter doctrinæ eruditionem et præstantiam ingenii, sic ab illius natura vehemente et excelso animo et voluntate ad novas res propensa, quam consuetudo etiam quorundam immoderatiorum incitarat, nonnihil timere Philippum Melanchthonem licuit animadvertere. Intercesserat Hutteno cum Croto Rubiano singularis usus a prima adolescentia, quo autore vel certe adiutore reliquit ille contubernium Fuldanum, in quod pene puer magis disciplinæ quam religionis caussa datus esset, et Coloniam Agrippinam ad optimarum artium et literarum studia percolenda profectus est. Postea venit in Italiam, unde eum revertentem in patria mea primum vidi anno Christi, ut meminisse videor, M.D.XVII. Celebrabat autem fama non eruditionem modo illius, sed fortitudinem quoque gloriosi facinoris prædicatione: quod Gallicæ gentis quatuor Viterbii, quo forte tunc Roma ille excurrisset, cum eodem divertisset a rege Gallorum legatus quidam ad pontificem Leonem contendens, orta rixa ac certamine profligasset dimicando, vulneratus quidem et ipse desertusque a socio itineris illius, quemadmodum eum audivi Fuldæ narrantem anno Christi M.D.XIX., secutus conferentem se Erphordia in patriam Adamum Cratonem summum nostrum. Ubi iterum tunc Huttenum vidi et cum eo ali-

---

CCCXXXX. De Philippi Melanchthonis ortu, totius vitæ curriculo et morte.... Narratio.... Ioachimi Camerarii Papeberg. Lips. (Ern. Vœgelin. 1566.) 8°. p. 91...94. s. ex edit. Hag. Comit. 1655. 12°. p. 89...92. s. ex ed. Strobelii. Hal. 1777. 8°. p. 88...91.

---

[3] venimus] Camerarius cum Melanchthone eiusque duobus comitibus Burcardo Vimariensi et Io. Silberbornero Borbetomagensi in Palatinatum iter facientes. Petrus Schade vico Bruttig ad Mosellam sito oriundus (Protegensis) † d. 18. April. a. 1524. [7] Nesseno] *Ita etiam Melanchthon Guilielmi Neseni nomen scribere solitus est.* [10] Buchononiam *edd.* [23] in p. m.] Bambergæ. [25.26] quatuor] immo quinque. [31] *Supra de Hutteno idem Camerarius (p. 17. ed. 1566., p. 17. ed. Hag. Com., p. 18. ed. Strobel.):* His *[Dominicanis Coloniensibus]* igitur infesti illi studiosi politioris doctrinæ causam Capnionis suam ducere et illius adversarios omni genere scriptorum infamare tam deridentes et eludentes facultatem, quam insectantes et increpantes improbitatem. Inter quos princeps Ulrichus gente Huttenus, patria

Digitized by Google

quot dies familiariter sum versatus, decedente ex aula Moguntina, in qua circiter biennium manserat. Adiunxit deinde se Francisco Siccingensi, cum quidem et antea implicatus fuisset motui bellico, quem fecerat in agro Wirtenbergensi Huttenica ens interfecto populari ibi quodam suo, et rei militaris studium præ se ferret et repræsentante se imagine armata maxime delectaretur. Tandem hic postremo gravis querela scripto contra D. Erasmum Roterodamum edito, quod ille parum sane molli spongia abstergere studuit, non procul ab urbe Tigurina morbis confectus quibus frequentibus et acribus laboraverat, mortem obiit annos natus XXXVI. Fuit nobilitate et laude generis antiqui inprimis clarus, doctrinæ eruditæ princeps, impatientissimus iniuriarum, libertatis immodice cupidus, non prorsus alienus a sævitia, quæ etiam vultus acerbitate et minus clemente interdum oratione indicabatur. Sed neque opum abundantia neque corporis, in quo admodum pusillo atque debili inerat animus ingens ac ferox, viribus pollens: ut de eo mihi sæpe in mentem venerit versuum quibus perhibetur, si respondissent vires atque potentia Demosthenis proposito et solertiæ, nunquam fuisse futurum ut in Græcia summa rerum potiretur Macedo: nam si consilia et conatus Hutteni non defecissent quasi nervi copiarum atque potentiæ, iam tum mutatio omnium rerum extitisset et quasi orbis status publici fuisset conversus. Et dolore autem tum Philippi Melanchthonis ac nostro et deploratione quoque Croti quasi iusta facta sunt Hutteno, deque eo in itinere versus a nobis compositi et refutati quidam mortuum lacerantes. in quibus cum Luscinius quis-

---

Francus, ordine eques, ingenio acerrimo et animo confidentissimo, literis perquam eruditus, et litigantes monachos cum Capnione varie exagitavit, et illam factionem tum quidem vehementissimis scriptis, sed aliquanto post armis quoque expeditis adortus est. Huius est carmen triumphale victoriæ Reuchlini cum pictura etiam in illius conspirationis gregem contumeliosa, ubi unco trahitur quidam, qui cum Iudæus aliquando fuisset, suam operam in Capnione lædendo atque evertendo, conductam illam quidem magna, ut credebatur, pecunia dedisset.
4 populari] Ioanne Hutteno Ludovici f. 15 versuum] Anthol. Græc. V. 1., 3.?

21.22

1.

Camerarii epigramma hoc esse adparet:

HVLDERICHO HVTTENO EQV. GERM.

Nobilibus, si qua est ea laus, natalibus ortus,
Huttenæ insigni stemmate gentis eques,
Parvus et æger eram, sed mens ingentibus ausis
Pensavit vires corporis exiguas.
Quæ sua de phagis Francos media inter et Hessos
Nomina habet, nobis patria terra fuit:
Quantum ea ab Helvetii disiuncta est littore Rheni,
Rupit ubi vitæ stamina Parca meæ,
Nunc iacco ætatis decurso tempore primæ,
Hic ubi congesta saxa levantur humo.
Artibus et studiis Musarum excultus honestis
Miretur Latium quæ quoque scripta dedi.

---

8 mea? *2.*

Digitized by Google

piam nominaretur, vulturem hunc potius esse epigrammate quodam Melanchthonis dicebatur. Venimus autem Fulda die tertio Francofurtum . . . .

CCCXXXXI.

In cod. MS. Guelferb. qui Burckhardi de Hutteno collecta varia scripta continet, quattuor quadratæ formæ folia (130...133) recentiore manu scripta habentur, ab ipso Burckhardo variis locis adhibita (cf. II. p. 268. 270. 319. III. p. 285. sqq.), quorum prius Camerarianum epigramma proxime supra et ab ipso Burckhardo (III. p. 285. sq., a Muenchio I. p. CIX. sq.) exhibitum continet, sic inscriptum „EIVSDEM HVTTENI EPITA|PHIVM CANDIDE ET | libere nec minus docte con|scriptum." Tum sequitur fol. 131.

D. MVTIANVS RVFVS
præter alia multa soluta ac ligata
oratione conscripta de eodem ita.

Quod decus Hutteni est equitis, quæ palma poetæ?
Lance pari gladio nobilis atque stilo.
Aethereum scandit Musis comitatus Olympum,
Detinet obscuros atra caverna Sophos,

Sed natura potens famæque sinistra cupido
Diversam a Musis perpulit ire viam.
Quorundam heu pudet, atque utinam quam noverat artem,
Non mea mutasset deteriore manus.
Quicquid id est, Gallos quatuor stravisse feroces,
Nomina dum tueor Cæsariana, iuvat;
Cætera di faciant sileantur facta, meorum
Armorum et belli nocte prematur opus:
Vivat opus calami, rerum pars clara mearum,
Per mea quam nequeunt nomina nocte tegi;
Si tamen illa etiam fatis tacita esse vetantur,
Germanæ dicar gentis amator ego.
Osores quicquid, quicquid dicatis amici,
Crimine cum parvo gloria magna mea est.

[Ioach. Camerarii epitaphia in libello supra ad Eob. Hessi epiced. cit. n°. 1. fol. E 2. (*Repetiit* 2) Burckhard. III. p. 285. sq. qui auctorem ignoravit, 3) Münch, Hutt. Opp. I. p. CIX. sq.]

2.

Melanchthonis in Otmarum Nachtigall epigramma:

Quum laceres miseros crudeli carmine Manes,
Nomen erit VVLTVR, non PHILOMELA tibi.

[Cf. Burckhardi Vit. Hutt. II. p. 270. Strobelii ed. Camerarianæ vitæ Melanchth. p. 91. et vide paullo infra. p. 365. v. 11. sqq.]

[13] potens, fortunaque sorsque sinistra *2.3.* [16] Cæsareana *2.3.*

Digitized by Google

In barathro pœnas pro culpa et crimine pendit
Hochstratus, Ortvinus, Luscius, Alsiacus.
Ille gerit meritos cœlo dignatus honores,
Hutteni simileis lacteus orbis habet.
[*Burckh.* III. *p.* 284. *sq. Münch.* I. *p.* CIX.]

DE EODEM SIC INTER CÆ|tera Vadianus
qum de expeditione Veneta ad | Maximilianum Augustum
scripsisset Viennæ Annos vix dum undeviginti natus.

Cui Venus ad versum, ridet cui Phœbus Appollo,
Mœonium inspirat Pindaricumque melos.
[*Burckhard.* II. *Analect. ad part.* I. *not. h.*]

AD NOBILITATEM SCOLAMQVE | Fuldanam,
Conterraneos Propinquos et affines eius de eodem N. N.

Nobilibus cunctis Francisque, Hessisque, Biechis
Huttenus specimen, gloria, calcar erat.
Quod si non fuerat tantum Fortuna noverca,
Vicerat hic Gallos, vicerat hic Italos.
Hunc, generose puer, sapies, imitabere, claris
Virtus cum studiis præstat imaginibus.
[*Burckh.* III. *p.* 286. sq. *Münch.* I. p. CX.]

[*fol.* 132.] *EIVSDEM EPITAPHION*
PER THOMAM VENATORIVM.

Hic iacet Hutteni parva cinis abditus urna,
Cui fuerat patriæ sedula cura bonis,
Qui moriens nigris nova gaudia Manibus adfert,
Cœpit et Elysius clarior esse locus.
Ferte igitur tumulo lauros hederasque virentes
Et nardum, doctis præmia digna viris.
[*Burckh.* III. p. 287. *Münch.* I. p. CX.]

IDEM DE EODEM
ubi universa sunt Zoili illius crimina verius quam carmina.
Ipse loquitur:

Rhetor, Eques fueram. Germanis gloria Francis,
Integer, ingenuus, carmine et ense potens.

---

[2] Luscinius et Murnarus? [9.10] Sunt hi duo versus 37. et 38. carminis quod in Exhortationis ad Maximilianum Cæs. Vindobonensi exemplo legitur. vide vol. I. p. 25. [7] quin] *sic MS.* [9] undevig.] *cf.* vol. I. p. 24. v. 9. [21] EIVSD. *etc.*] *In MS. est* Aliud. *nam ibi sequens præmittitur.* [22] T. v. *Burckh.* Thomam Venatorium, Norimbergensem mathematicum, Pirckheimero amicissimum, († a. 1551. sexagenario maior), etiam Burckh. III. p. 287. indicari coniectavit. mihi Ern. Rohmer folium 'Ann. M. D. XXIII. VII. Calend. IXbres.' scriptum dono dedit, quod hanc inscriptionem habet: 'Vd. Hutteni epitaphion. per Thomã Venatoriũ'. [23] Hutteni in parua *MS.* [24] bonis] suæ *edd.* [25] Cepit *MS.* [30] IDEM ... loquitur.] *In MS. est inscriptio supra repetita.* [31] Zoili illius] *Otmari Luscinii?* [33] Francis] terris *edd.*

Digitized by Google

Tetra mihi tribuit quamvis ferus ulcera Gallus,
Fama tamen precium nobilitatis habet.
Hinc si nostra leges, paucis intellige, lector,
Quam non hæc frustra nomina pulchra geram.
[*Burckh.* II. p. 319. *Münch.* I. p. CVII.]

ALIVD.
Huttenus loquitur.

Nil queror hoc letum: satis est: bene viximus, hospes:
Nec vixisse pudet: carmina non obeunt.
[*Hoc distichon ex MS. meo supra indic. dedi.*]

IN HVTTENOMASTIGA P. M.

Cum miseros laceras crudeli carmine manes,
Nomen erit Vultur, non Philomela tibi.

AD IDEM N. N.

Impia, cur laceras Hutteni, bestia, manes,
Immani vincens crudelitate Scythas?
Illius Hutteni, cui nec præstare matellam
Dignus es, aut porcos pascere Buchonios:
Ut solet in spurco meretrix tibi fornice docta,
Qui bene non didicit, sic maledicta vomit.
[*Burckh.* III. p. 287. sq. *Münch.* I. p. CX. sq.]

[Quæ sequuntur in inferiore fol. 132. *parte et in folio* 133., *ad rem nostram minime pertinent. Sed hic locus esto epigrammati quod infra effigiem Hutteni quam Indic. bibliogr. p. 67*. not.* descripsimus, exsculptum est:]*

QVi res Marte gerit dignas et qui bene gestas
Arte canit, Lauri munera uterque capit.
HVTTENI, utrumque meres, Equitum lux, gloria Valum,
Nam duplicas gẽnij nobilitate genus.

CCCXXXXII.

[VARIA IN HVTTENVM EPIGRAMMATA ET EPITAPHIA.]

1.

GEORGII SABINI
IN OBTRECTATOREM VLRICI HVTTENI
EPIGRAMMA.

Frigida tunc vocas Hutteni carmina vatis,
Cuius in ingenio vivida flamma fuit?

---

[4] pulchra] tanta *edd.* [8] Læthum *MS.* [11] Huttenomastyga *MS.* P. M. Melanchthonem aperte designat, repetimus versiculos p. 363. exhibitos minus propter diversitatem scripturæ quam propter suam in cod. Guelf. inscriptionem. [14] IDEM *sic MS. i. e. Luscinii carmen.* In Huttenomastiga. *B. et M.*

[32] Georg. Schuler, postea Sabinus, Brandenburgensis, nat. a. 1508. mort. a. 1560., a. 1536. Melanchthonis gener factus fuerat.

Digitized by Google

Quin tua Musa gelu torpet: te si quis ad illum
Contulerit, glacie frigidiora canis.

[Poemata Georgii Sabini etc. In off. Vœgeliana. (a. 1563.) 8°. p. v 5b. — Repetierunt Periander in Germania (1567. 8°. p. 836.), Reusnerus in Iconibus (Argentor. 1587. 8°.) p. B 7a., Burckh. Vit. Hutt. p. 291., Münch. I. p. CXII.]

2.

IOANNIS STIGELII EPITAPHIVM VLRICI HVTTENI POETÆ ET EQVITIS.

Heic iacet in viridi tumulatus cespite vates,
Hutteno Ulricus stemmate natus eques,
Qui calamo gladioque audax et fortis utroque
Prœlia cum multo fortiter hoste tulit;
Tempore, quo Christi verax doctrina reluxit,
Quæ diuturna operum nube sepulta fuit.
Non poterat turpes Saliorum ferre cothurnos,
Quorum est ingluvies et gula fœda deus.
Quæ tamen his damnum melius quam milite ferret,
Illius est calamo Romula scripta Trias.
Invidiam atque odium multorum incurrit et iram,
Omnia dum Franco pectore recta cupit.
Cede, furens Livor: tamen hæc est una potestas
Vatibus, æternum quæ cecinere manent.

[Reperitur in Stigelii Poemat. vol. II. p. 588. edit. Ien. an. 1577. et in Nic. Reusneri Iconib. B 7b., Burckh. III., p. 290., ubi idem epit. repetitum est, ut et ap. Münch. I. p. CXII.]

3.

IOANNES LAVTERBCAH A NOSCOWITZ.

Doctrina, Mars Pietasque reddunt nobilem.

Huldrichus Huttena Francorum gente creatus,
Germanus priscæ nobilitatis eques,
Palladias iuvenis colui promptissimus artes,
Cæsare pro magno Martis in arma rui:
Defendit calamo verum Pietatis honorem,
Haud fucum vires passus habere suas.
Hinc peperi solers nunquam delebile nomen,
Quo vivens sera posteritate fruor.

---

[8] Stigelius Gothæ a. 1515. nat., Eobani Hessi dilectissimus discipulus, primum Vitebergæ, deinde Ienæ docuit; mortuus est a. 1562. Nuper eum celebravit Car. Gœttlingius in progr. quo sæcularia tertia universitatis litt. Ienensis celebranda indixit. Ienæ 1858. 4°. [19] milito *Mü.* [20] Trias Romana. [29] Lauterbachius Misnensis circa a. 1550. natus, Georgii Fabricii, Melanchthonis Peucerique discipulus, Vitebergæ I. V. D. factus postea in Hotomanni Donellique amicitiam venit. Poemata eius prodierunt Viteb. a. 1591. 4°. [31] Hutten *2. 3.* [37] sollers *2.*

Digitized by Google

Nobilitas multum mihi conciliavit honoris,
Mars multum et Pallas, plus Pietatis amor.
Quem Pietatis amor, Pallas, Mars ornat, ademptus
Postgenitos inter[4] nomine vivus agit.

[Sumpsi ex Reusneri Iconib. p. B. 7[a]. Repetierunt Burckh. II. p. 4. et ex hoc (non ex Reusnero) Münch. I. p. CVIII.]

4.

GERARDVS FAVSTVS CONFLVENTINVS
[i. e. Georgius Fabricius Chemnicensis].

Huttenus Musas semper Martemque secutus
Gloria Musarum, gloria Martis erat.

[Repetii ex Reusnero, Periandro, Burckhardo quem vide l. c.]

5.

IOANNES BOCERVS
in epithalamio Ioanni Schossero scripto.

Tinctus eques sacris etiam fortissimus undis,
Quæ vatum largis haustibus oro rigant:
Magnanimos magno fudit de pectore versus
Huttenus[9], Francæ nobilitatis honos:
Viribus et magnis res et resonantia munit
Verba, nec absurdos concinit ille modos:
Et tumet et iusta grave carmen suscitat ira
Ac ardor venæ materiæque subest.

[Sumpsi ex (Gruteri) farragine cui inscribitur Delitiæ poetar. Germanor. Ff. 1612. 16°. part. I. p. 673. Habet etiam Burckh. III. p. 47.]

6.

PAVLVS MELISSVS SCHEDIVS.

Irascantur amici,
Indignentur et hostes;
Succenseant patroni,
Aegre ferant clientes:

---

[4] Post genitos *2. 3.* [9] cf. Burckh. III. p. 1. sqq. Natus est hic Fabricius a. 1516., mort. a. 1571. Liber, unde hi versus desumpti sunt, prodiit, Burckh. teste, Argentor. 1546. 4°. et Gorlicii 1573. 8°. [14] Ioa. Bocerus, Husbergensis Westfalus nat. 1525. † 1565., Melanchthonem Sabinumque præceptores habuit, Rostochii docuit et inter alia de rebus Danicis scripsit, unde non nulli Danum eum fuisse scripserunt, ut Burckh. etiam III. p. 46. [15] In quo epithalamio poetas sui temporis a Conrado Celti ad Schosserum celebrat auctor, post Celtim Huttenum, Buschium, Eobanum Hessum, Euricium Cordum, Glareanum, Micyllum, Melanchthonem, Camerarium, Sabinum, Stigelium, Georgium Fabricium, Siberum et deinceps alios. [28] Paulus Melissus Schedius Melrichstadensis, Balth. Schedii et Ottiliæ Melissæ filius, nat. a. 1539, † a. 1602. inter alios Camerarium Stigeliumque præceptores habuit; candoris et constantiæ præcipuam laudem reliquit.

Digitized by Google

Mali frendeant,
Et boni fremant:
Et Codro quamvis ilia rupta crepent:
invitis tamen omnibus,
reclamantibus universis,
ruptis invidia denique singulis,
cum bonis tum malis
tam clientibus
quam patronis
pariter et hostibus,
præcipue Codro:
hoc, Huttene, tibi,
Francus Francigenæ,
Poeta poetæ,
Iuvenis tiro
Seni veterano,
(velis, nolis)
Ad amœni patria Mœni
Flumina, qua viridis pyrgi stant mœnia cippo
Erecto propter vineta sub ilice,
Marmoreis saxis statuens sublime tropæum,
Monimenta perennia pono.
M.

[Repetii versus ex Burckh. III. p. VII. sq. qui eos dedit ex Melissi Schediasmatis Lips. a. 1625. coniunctim edit. p. 49. sq., quod exemplum mihi ad manus non est. Transcripsit etiam Münch. I. p. CVII. sq.] Idem „Melissus autem (verba sunt Burckh. III. p. 47.) in versibus illis, quibus Italis, Gallis, Hispanis Poetis Schediasmata sua nuncupavit, Huttenum inter illos numeravit, qui cum ipsis in certamen possent descendere: de Triumviris saltem eos cogitare iussit, scribens:

Francia Germanis celebres, tria sidera, vates,
Celtin et Huttenum Lotichiumque tulit.

7.

IO. GODOFR. ZEIDLERVS.

Ulricus fatis quum concessisset Huttenus,
Mars simul Aonidesque ingemuere deæ.
Hic omnes siquidem coluit, dum vita sinebat,
Fortis et ingenio, fortis et ille manu.
Roboris huic ramum, Dryades, suspendite, Laurum,
Pierides, æqua signa notata fide.

[Ex Zeidleri Theatro Eruditor. Witeb. 1690. 8°. p. 47. dedit Burckh. III. p. 291., ex hoc Münch. I. p. CXII., qui ne vel miseri poetæ versiculi incorrupti essent, pro *fatis* exhibet *satis*.]

---

8 tam *Burckh.* 15 viro *Mü.* 23 M. (i. e. Melissus) *omis. Mü.*

Digitized by Google

8.

IACOBI MICYLLI
EPICEDION PETRI MOSELLANI.

Ergo iacet parvo tam gloria magna sepulchro
Et tegitur vili nobile pectus humo?
— — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — —
Obvius huic venies cum docto, Barbare, Pico,
Et nitidum sertis, Angele, vincte caput,
Tuque, o triplicibus multum venerande Camœnis,
Qui vetus a fumi nomine nomen habes,
Et tu, rure procul tumulate Huttene paterno,
Et decus et generis gloria magna tui,
Et quicunque alii doctas coluere sorores,
Quos nunc fœlices continet iste locus:
His igitur permista comes tua nobilis umbra
Incolet æternos arva beata dies.
— — — — — — — — — — —

[Iacobi Micylli Argentoratensis libri quinque. [Ff. ad M.] ex off. Petri Brubacchii, 1564. 8°. p. 10. sqq. Repetiit Aeg. Periander Germaniæ (1567. 8°.) p. 717. sqq.]

9.

PETRI LOTICHII SECVNDI
INFERIÆ AD TVMVLVM VLRICI HVTTENI.

Adloquor Hutteni Manes cineresque poetæ,
Quos brevis in mediis insula claudit aquis:
Este salutati, Manes, hæc summa laborum est,
Alma quies vobis sit nec arena gravis!
Accipe cum violis lacrimas, tibi fundimus illas,
Morte tua felix maxime nuper eques,
Felix morte tua, patriæ non fata ruentis,
Cuius eras vindex, not tot acerba vides.
Patria post obitus tibi contigit altera cœlum,
Maior et in cunctos fit tua fama dies.
Fortunate cinis, venerande nepotibus ipsis,
Aeternum salve perpetuumque vale!

[Lotichii carminum II. 16. Repetierunt Reusnerus in Iconibus, Burckhardus, Münchius.]

---

[2] Iacobus Moltzer Argentoratensis nat. a. 1503. mort. a. 1558. Micylli nomen ex Luciani dialogo 'Somnium' inscripto accepit. Ipse in epist. ad Melanchthonem (Sylvarum I. 3.):

Fortuito quondam Micylli nomina casu
Repperi et in mores transiit ille meos.

[9] cum Pico Mirandulano Hermolaus Barbarus. [9] Angelus Politianus. [10.11] Hebraice, Græce et Latine docte Capnion, *Reuchlin*, Räuchlein.

Digitized by Google

Eundem Lotichius elegiar. III. 4. *versibus* 65. *sq. celebrat his:*

Ite procul, Musæ, laurique hederæque, valete,
Huttenus patriæ quas tulit ante meæ,

iisdemque fere versibus 43. *sq. carmin. III.* 28.*:*

Vos etiam, dulces Musæ laurique, valete,
Huttenus patriæ quas tulit ante meæ.

Magis placebunt elegiar. IV. 5. *(in obitum Mangoldi ab Hutten) versus* 143. *sqq. de Steckelberga deque Ulrico Hutteno compositi:*

Inclita tu priscæ spectas cunabula gentis,
Illic prima scatet fontis origo tui:
Ardua qua vacuas turres extollit in auras
Arx a præcipiti nomen adepta iugo:
Illic Mangoldus, quem deploramus ademptum,
Vagiit, illustri sanguine natus eques.
— — — — — — — — — — — —
Hinc genitor, belli fulmen, quem Marte furentem
Horruit adtonita sæpius Ister aqua;
Hinc patruus, notum cuius super æthera nomen
Pervolat inmensi Solis utramque domum,
Huttenus, quem fama vehet plaudentibus alis,
Ordo per Europam donec equester erit.
— — — — — — — — — — —
Ipse etiam quem tu semper conplexus amabas,
Ultima quæ potui munera ferre, tuli:
Non thyma, non violas, tepidi non veris honores,
Candida luteolis lilia mista rosis:
Sed quæ me viridi Musæ docuere iuventa,
Carmina de patrui fontibus hausta tui:
Primus is e sacro doctus Helicone sorores
In patriæ duxit florida rura meæ.
Vivite, felices animæ, longumque valete,
Donec in æterna vita sit una domo.

Lotichii versibus versus amici eius Ioannis Fabricii Montani Alsati, cuius carmina prodierunt Tiguri a. 1556., ex Periandri Germania, p. 837. sq. transcriptos addimus:

10.

EPITAPHIVM HVLDRICI HVTTENI POETAE ET EQVITIS FRANCI
QVI IN INSVLA LACVS TIGVRINI VENAVIA DICTA
HODIE A DOCTIORIBVS HVTTENI INSVLA NVNCVPATA
SEPVLTVS EST.

Hæc quicunque cita decurris stagna carina,
Ponis et hoc nostro littore forte pedem.
Imperio sic aura tuo, sic pareat unda:
Perlege quæ saxo carmina sculpta vides.
Hoc equitum decus, hoc vatum Germanis ocellus,
Huttenus iaceo conditus in tumulo.

[11] præceps iugum = *Steckelberg:* nam *steckel, stickel* = *steil.*

Digitized by Google

Ingenio dextraque potens, dum vita manebat,
Musarum simul et Martis alumnus eram.
Cæsar Apollinea cinxit mea tempora lauro,
Idem pro meritis nomen equestre dedit.
Sæpe bonos mutare solum Fortuna coegit,
Magna quibus patria pœna carere fuit:
Ast mea non alio tantum se iactat alumno
Francia, nec meritis est male grata meis.
Aeger ad has veni legatus Cæsaris oras,
Cum me mors alias iussit inire vias.
Ante sepulturæ serviret ut angulus iste
Quam morerer sociis iussa suprema dedi;
Assiduæ ubi me lugerent planctibus undæ,
Et gemerent plenis signa refusa vadis,
Sertaque vernarent tumulo nativa sub ipso,
Et querulæ canerent flebile semper aves.
Vade, sed admonitu nostri spes contrahe laxas,
Quo minime credis, stant tua fata loco.

[*Hoc epitaphium legitur etiam ap. Reusnerum et Burckhardum et Münchium.*] — *Reusnerus addit aliud tanquam Io. Fabricii esset, quod tamen inter* 'elogia versuum Eobanicorum asscripta signis eruditorum quorundam depictis in ædibus .... Michaeli Maiebergii, Northusani consulis' *exhibet Ioach. Camerarius in* Tert. Libell. Epistolar. H. Eob. Hessi. Lips. 1761. 8°. fol. C 8., *hoc:*

11.

HVTTENI.

Quod gentilitiis posset præponere signis
Huttenus, Musis Gratia iuncta fuit.

[Ceteri quorum insignia depicta versibus exornavit Eobanus fere omnes novi homines erant, gentilicia insignia nulla, sed quæ pro lubitu sibi quisque sumpserat, habebant.]

12.

Quod sequitur, ex ephemeridibus (*Literar. Blætter. Bd. IV. Nürnb.* 1804. 4°. p. 92.) sine auctoris nomine depromptum distichon Eobani Hessi est, ex Responsione ad Hutteni Epistolam Italiæ v. 133. sq. (vol. I. p. 117.) excerptum:

HVL. HVTTENVS.

Fer, confide deo, spera bene, lubrica nunquam
Fortuna in summo cardine stare potest.

13. 14.

Nequid quod ad manus nobis est epigrammatum neglegamus, addimus etiam

---

[4] v. 10.] *Hoc parum adcurate dictum esse, ex ipso diplomate quod vol.* I. *p.* 143. *exhibuimus, satis adparet.* [9] v. 15.]. *Non legatus Cæsaris, sed ab hoc desertus in Helvetiam venerat Huttenus.* Cf. Burckh. II. p. 242. III. p. 289. [11.12] vv. 17. 18.] *Novum quidem sed non verum.*

Digitized by Google

ex Panzeri libello (Ulr. v. H. p. 242.) hæc duo, quæ Münchius etiam (I. p. XLIX. sq.) transcripsit, imaginibus Hutteni subscripta:

Edel von Stam̃, Ehr vnd verſtand,
Ein Held zugleich mit Fauſt vnd Hand,
Die Freyheit und auch wahre Ehr
Beſchütz ich im Leben mit Mund vnd wehr.
[Aus Reußners Contrafacturbuch.]

Hic Eques auratus, Dialecticus atque Poeta
Hostis et Huttenus Papæ animosus erat.
Invehitur dictis, scriptis: contenta quiete
Mens nunquam. Papæ turpia facta crepans.
[Bild in 8°. mit der Unterſchrift *Desrochers ex.*]

CCCXXXXIII.

[Johann Jacob Hottinger zu den Jahren 1522. 1523.]

[Oecolampadius] begab ſich zu Herr Franz von Sickingen, woſelbſt er Schloßprediger zwey Jahr nach ſeiner Ankunfft geweſen, und einige Schrifften Chryſoſtomi ins Latiniſche überſetzt. Zu Ebernburg (ſo hieß diß Schloß) hat er, um den Zuhörern die ſeligmachende Erkantnuß und wahre Gottesforcht beyzubringen, erſtlich das Evangelium verteutſcht vorgeleſen. Hernach anſtatt der täglichen Meß eine Lection auß H. Schrifft, und Sonntags eine Predig gehalten: die Meß aber auf Sonn- und Feſttag verlegt. Etliche beſchelkten ihn hierüber, wider welche er ſich aber mit einer weitläuffigen Schrifft verthädigt, darinn er dargethan, daß die Veränderung abergläubiger und ſchädlicher Gebräuchen nicht zu tadlen, und daß der Gottesdienſt billich in bekannter Spraach gehalten werde, mit angehenktem Bericht vom Meßopfer. Dieſer Ritter, von welchem man gehoffet, daß er als ein Brutus Teutſchland vom Päpſtlichen Joch erledigen werde) hatte viel andere Gelehrte bey ſich: als er aber zu Landſtall hinder Käiſers Lautern belägeret war, hat er ihnen erlaubt zugehen, wohin jeder könte: Martin Bucer begabe ſich gen Weiſſenburg, hernach gen Straßburg; Oecolampadius iſt im Wintermonat zuſamt Ulrich von Hutten gen Baſel kommen, woſelbſt ihm Andreas Cratander, ein Buchtrucker, wie Joh. Frobenius Eraſmo, Unterſchlauff, Arbeit und Nahrung gegeben. Oecolampadius wußte nicht, wohin er ſich fehrner wenden ſollte, und verlangte einen Ort, da er dem Evangelio beförderlich ſeyn könte. Gleichwol um ſeine Zeit nicht zuverderben, hat er Chryſoſtomi Überſetzung fortgeſetzt, und abſonderlich etlichen geprediget. Bald ward ihm von der Oberkeit zu Baſel H. Schrifft Profeſſion aufgetragen .....

..... Zu Baſel konte ſich Huttenus mit Eraſmo nicht betragen, ſo daß ſie durch

CCCXXXXIIII. Helvetiſcher Kirchengeſchichten Dritter Theil. Zürich 1708. 4°. S. 98. f. 118. f.

[10] Invebitur (ſic) dictis Scriptis *Pyrzer.*

[11] Cum recentiores Ioh. Iac. Hottingeri († a. 1735.) historia ecclesiæ Helvetiæ in Hutteni vita enarranda quasi æquali testimonio uti fere soleant, quamvis minime probem, tamen locos supra exhibitos recipere utile visum est. Cf. infra num. CCCCI.

Digitized by Google

Streitschrifften hinder einander kommen. Auch die übrige Clerisey widersetzte sich Hutteno so nachtrucklich, daß der Magistrat ihm den in vorgehendem Jahr zugesagten Schirm wiederum aufgekündet. Er (Huttenus) verfügte sich gen Müllhausen, woselbst Augustin Kremer die Evangelische Lehr ernstlich getrieben. Viel genennte Geistliche widersetzten sich hefftig; Andere gaben dem Wort Gottes Platz. Nun Hutten der Oberkeit und vielen Predigern zu Müllhausen lieb gewesen, haben sie sich mit ihm der Religion und der Reformation halb offters ersprachet. Um daß es aber dem Raht frömd und schwer gefallen, den an meisten Orten üblichen, mit einem Gepräng halben unansehenlichen Gottesdienst zuveränderen, haben sie sich bey Jacob Augsperger, Otto Binder und Bernhard Römer, einem Augustiner-Mönch, als wegen Gelehrtheit und Gottesforcht in ihrer Statt berühmten Geistlichen, rahts erholet, wie ein rechter wahrer Christlicher Gottesdienst anzurichten were. Diese verfasseten ihre Gottselige Gedanken in Schrifft, welche von Lobl. Oberkeit genehm gehalten worden, so daß auf Gregorii (12. Martii) erkennt werden, daß die Schulknaben hinfüro zum Gesang Teutscher Psalmen angeführt werden, um das H. Lobgesang bey dem offentlichen Gottesdienst verrichten zu können; Die Kinder sollen in Teutscher Spraach getaufft, Das H. Abendmahl unter beyden Gestalten der Gemeind außgetheilt, und anstatt der Frühmessen Frühgebett und Predigen gehalten werden. Ein beschreyter aufrührischer Kopf bräuete hierüber mit seinem Gesindlein dem von Hutten das Hauß zustürmen und andere Unfugen anzurichten: Deme ist aber durch den Magistrat bey Zeiten vorgekommen worden. Hutten begab sich gen Zürich, und bald hernach, mit des Einsidlischen Pflegers Bewilligung, in die im Zürichsee ligende kleine Insel Aufnau, sich daselbst durch Herr Hans Schnegg von Zürich, Pfarrer und berümten Arzet curieren zu lassen. Er bediente sich hiezu auch des Pfefers-Bad, und hatte an dasigem Abt einen grossen Gönner. Er starb den 1. Tag Herbstmonat, im 36. Jahr seines Alters, in zimlicher Armuht, als den seine Feinde aller seiner Mittlen beraubet. Nach dem Tod wurd hinder ihm nichts gefunden, als eine Schreibfeder samt einigen Brieffen an seine Freunde und von denselbigen . . . . . Mit Pellicano wolten die Päpstler zu Basel auf gleiche Weise, wie mit dem Hutten, abfahren . . . . .

CCCXXXIIII.

IVDICIVM ERASMI ALBERI DE SPONGIA ERASMI ROTERODAMI ADEOQVE QVATENVS ILLI CONVENIAT CVM M. LVTHERI DOCTRINA.

SVO THEODORICHO CONCIONATORI PHRANCOPHORDIANO
ERASMVS ALBERVS
FRATER, NON LVTHERANVS SED EIVS QVEM DOCET LVTHERVS
DISCIPVLVS EX ANIMO S. D.

Remitto ad te Spongiam, optime Theodoriche, indignam sane tam leni titulo: esset enim verius adpellanda 'Stimulus' seu 'Aculeus', siquidem proponit nobis Lutherum, virum illum omnium optimum, Christianæ veritatis adsertorem in-

CCCXXXIIII. 1. 2. 3. = Indic. bibliogr. n. XLV^c. 2. a. b. c.

[3] Cf. supra n^o. CCCVI. p. 157. [24] Cf. adnot. ad p. 383. v. 27. [25] Theodorico *3.*

Digitized by Google

victissimum, omnibusque piis indubitatissimum, veluti vanum quempiam ac tumultuosum hominem. Video nondum intelligere Erasmum quam non possit evangelium præter tumultum prædicari vere: ah, ah, refugit crucem Erasmus, quam tamen non dedignatus est ferre dei filius, magister noster, et tamen non est servus maior domino suo. Erasmus neminem lædere vult, placere autem omnibus; vult igitur maior esse domino suo, qui sese ubique omnibus invidiosum reddidit: evangelium illud natura seditiosum parcit nemini, pudefacit omnes; cæterum pudefactos et sese cognoscentes suscipit. Aliud conatur Erasmus. Eam opinionem iam dudum pro sua humana sapientia concepit Erasmus, sed parum profecit, neque vero sic porro proficiet, nisi non vivit Iesus, qui et ipse hac via non ingressus est, sed semper semet gravavit invidia, etiam cum id temporis non esset adeo πονηρὸς Iudaicus populus, sicut nunc est hic orbis papistico regno obnoxius. Ex hoc Erasmi libello facile intellexeris ipsius de Luthero sententiam, tametsi sub simplici prætextu peragitet omnia, hoc est vult videri non adversari, faciens interim nihil minus. Sentiant alii de Luthero quid velint; ego vel ex vita mea sensi quantum saluberrimi fœnoris per illum accesserit mihi, misello prius, quod quidem ingenue fateor nunquam potuissem ex Erasmicis scriptis lucrifacere; experientia ipsa ita me sentire docet. Proinde Erasmica a Lutheranis, item papisticis apud me stultulum sic differunt, Erasmica docent pharisaismum quidem, sed non sicut papistæ: possunt enim pharisæi bifariam fieri e divinæ legis, imo etiam evangelii carnali tractatione; deinde e traditionibus humanis; utrumque impium est, sed posterius omnibus modis impiissimum: prius docet Erasmus, posterius sophistæ seu papistæ. porro Lutherus præter etiam vere bonorum operum respectum docet servari hominem ex sola in Christum fiducia, e qua quidem fiducia optima deinde opera, sua sponte, non coacta servitute, sed libero spiritu proveniunt, in odorem suavitatis altissimo domino, neque enim ociosa fides est, ut fingunt sophistæ. Erasmum itaque similem, imo superiorem facio Hieronymo cæterisque huius farinæ, qui philosophorum persuasionibus in speciem quidem verisimillimis, sed vere perfidis et impiis infecti sunt verius quam adiuti: hi prætexunt evangelicam veritatem tantum, non docent, umbram evangelicæ doctrinæ tradunt, non ipsam veritatem, non ipsam in Christum fidem; id quod et in Erasmo deprehendo vel ex hoc ipsius libello. Ecce hæc sunt philosophiæ præmia. Cavere nos monet apostolus a philosophia, et tamen illa comata fucataque meretrix seduxit multa præclara ingenia; et o infelicem Erasmum, qui præ istis humanæ sapientiæ tenebris nondum potest perspicere Romanum pontificem esse Antichristum, vel si sentit, non ex animo sentit, vel si sentit ex animo, non audet etiam fateri palam et dissimulat adhuc, quasi vero dissimulandum sit in re tam seria necessariaque: putat miserrimus homuncio propterea quod pharisaismo immodicam navantes operam ingrediuntur veluti boni viri papistæ, non esse Antichristo obnoxios, qui tamen miseris mortalibus nondum vel cogitant subvenire in tollendis gravissimis, intolerabilissimis, perniciosissimisque oneribus traditionum suarum, etiam pessime volentes ei qui hæc tam fideliter monet, Luthero. Neque vero adhuc ab Erasmo patefactum est orbi serio quanta impietatum lerna sit in missis illorum quotidianis, quam innumera in matrimonii execranda abrogatione istorum zodomitarum fiant flagitia; hanc sordidam, cæterum papistis gratam Camarinam non dignatur movere Erasmus; sed dissimulat;

---

12 πόνηρος *1. 2.* (*miser*) 39 homuntio *1.* 42 pernitiosissimisque. *2.* 45 eorum *3.* 46 Sodomitarum *3.*

Digitized by Google

non audet prodire timidus Lutherumque in negotio tam saluberrimo adiutare, abhorrens etiam interim nomen Lutheranum, quasi impia doceat Lutherus: certe si impia docet, væ nobis qui cum illo colligimus, sin pia, quid trepidat Erasmus? proinde si refugit Erasmus Lutheri sanissimam doctrinam, indignus est ea iuxta verbum Christi. Atque o utinum consyderet Erasmus horrendam Christi sententiam, quam profert de his qui non accingunt semet contra verbi sui desolatores! 'Quem' inquit 'puduerit mei coram hac generatione prava et nunc multis modis perniciosissima, pudebit illius et filium hominis coram patre cælesti': durum verbum, sed salubre, quibus datum est cognoscere. Interim Erasmus adblanditur sibi vultque egregie profecisse se, dum paraphrases condit cæcas mutasque, adeoque videtur satisfecisse, dum leniter et ad literam attingit evangelicas literas. cæterum non in sermone consistit regnum dei, sed in potentia. Proinde hæc esto summa iudicii mei de utroque: Lutherus ille, cuius nomen adeo refugit Erasmus, plus habet sanæ evangelicæque doctrinæ in uno, quod aiunt, digitulo quam Erasmus in toto pectore suo, adde si libet, et capite. atque hoc infelicior Erasmus, quo minus rem ita habere intelligit: Erasmo tribuimus laudem eloquentiæ, præterea nihil; Luthero post Paulum meliorem in tractando Christianismo non vidimus. Verum utriusque donum divino erga nos favore acceptum referimus: Erasmus vindex est eloquentiæ, invictissimus propulsator sordidæ barbariei, per quam fere factum est, ut theologicæ literæ simul cum eloquentia obsoleverint; hanc restituit Erasmus, illam Lutherus; tametsi Erasmus primam dederit ansam restituendæ theologiæ, sed nunc in gratiam summorum principum cogitur *παλινωδεῖν*. Itaque Lutherus vindex est evangelii Christi, quod ab impiis tyrannis spurcissimisque porcis papisticarum nugarum impietatumque tractatoribus sophistis sordidatum, evacuatum est et miserrimis modis desolatum non sine inæstimabili totius mundi malo: hoc ipsum malum veluti cordatus Helias vindicat Lutherus, atroci quidem calamo, sed pro rei atrocitate. porro Erasmo secus videtur tentanda res, nimirum humana sapientia leniter et modeste attingendos sanctulos istos: quod quidem Erasmicum consilium quale sit quis vere pius non videt? nam quemadmodum stultissimum esset illius consilium qui oborto forte ingenti incendio homines ad sedandam flammarum iniuriam circumvolantes civitatemque iam pene consumptam vehementissimis laboribus servare inhiantes clamoribusque plus quam Stentoreis (ut fit) se mutuo adhortantes avocaret ac illorum serios labores, adhortationes, clamores increparet, cumque supercilio iuberet, ut rem summis tantum (ut dicitur) digitulis attingerent, non esse tam serio tantisque tumultibus rem attingendam, modeste taciteque sedandum incendium: næ ille male vellet huic civitati faveretque illorum discrimini. Non aliud agit Erasmus cum consulit istam papisticam incendii rabiem modeste pacandam; imo iuxta Esaiam 'Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam' etc. Erasmus, si videtur, taceat sitque socius furum; Lutherus sane, qui pomarium illum Herculem quantumvis *φαλαρισμὸν* non tanti facit, ægre tacebit, sed martyrii expectans coronam crabrones istos quantumlibet sævos liberrime perget irritare, stolidum istud et ebrium porcorum genus non morabitur vir ille electus a domino, sed usque ad mortem persequetur, donec labascat regnum illorum, nimirum ad exemplum Heliæ (qui tot sacrificos

---

[3] Ve *1. 2.* [3.4] Erasmus *2.* [5] consid. *2. 3.* [7] inquit] cf. evang. sec. Matth. X. 33. [8] pernitios. *2.* [10] condt *2.* [13] est *1.* [18] diuina *1.* [23] *παλινωδ.*] recantare. [24] impijssimis *2. 3.* [27] Elias *3. et sic infra.* [32] pæne [36] discrimini? *1.* (? pro!) [39] Esai. LVIII. i. [41] *μῆλον Ἡρακλῆς.* Zenob. V. 22. *φαλλικὸν?*

Digitized by Google

Baal gladio interfecit), missarios istos multis nominibus peiores trucidabit gladio, hoc est oris divini spiritu, repugnantibus etiam omnibus inferorum portis. Atque hæc quidem agitat, agitabitque volente deo Lutherus ille, de quo dubitat Erasmus num spiritu dei agatur; itidem erat iudicaturus Erasmus, si vidisset olim Heliam Thesbitem contra universum Israel stantem, illius erroneos dei cultus reiicientem, nemini parcentem, deinde vero etiam Baalitarum iniuriam ferro vindicantem. Nondum ferro occidit quenquam Lutherus, sicut Helias, sed virga ferrea regit orbem, mordet, perturbat, iugulat, sed morsos, perturbatos, iugulatos recipit, placat, sanat, Christoque lucrifacit. Hanc laboriosam contra impietatem pugnandi provinciam contemnit Erasmus in suum maximum malum, dulcique, hoc est blando poculo huic totius orbis malo mederi conatur, contra medicorum consuetudinem, siquidem quo gravior morbus, hoc amariora pocula quantumvis fastidientibus ægrotis murmurantibusque plerumque adhibentur. Quod amara sunt pocula, quid ad medicum? morbus exigit huiusmodi, nisi malit infirmus mori; nihilo peior est medicus, quod amara sunt pocula, neque vero convenit ægrotum irasci medico tam acerbam rem porrigenti, imo suo morbo irascatur ultroque precetur medicum ut pergat. Luthero fidissimo medico irascitur maxima hominum pars, etiam sapientissimi et doctissimi multi ægre ferunt, propterea quod nimium acerba pocula populo administret. Huc pertinere videtur illud Terentianum 'Facile omnes cum valemus, recta consilia ægrotis damus.' Illi videntur sibi probe valere spernuntque consilium dei adversus semetipsos, iustificantes se coram hominibus, proinde laboranti plebeculæ invident medelam; ex suis saxeis conscientiis metiuntur cognoscentium sese conscientias; qui quidem lubentes iustificarent deum, si rediret ad eos evangelium, nunc cum redit, hi levant capita sua agitantque gratias; illi monent, obgannunt, insaniunt, murmurant pharisæi; quapropter suaserim Erasmo, ut desinat male sentire de Luthero tam bene merenti, si vult, ut iactat, esse Christi discipulus, cuius est et Lutherus, ne regnum in se divisum desoletur. Non refert, quod complures abutuntur Lutheri libera doctrina; imo potius cogitet multos esse quidem vocatos, paucos vero electos: si pauci sunt electi, maior hominum pars impia sit oportet; quanquam non dubitem ex Lutheri doctrina meliores quamvis paucos homines fieri, quam e papistarum etiam selectissimis doctrinis vel unum homunculum: nam nequeunt de spinis colligi uvæ, et arbor mala nequit ferre fructum bonum, quantumvis etiam refragantibus superstitiosulis. Primum papistica dogmata hypocritarum propagarunt innumeram multitudinem, evangelium ne unum quidem; neque vero mirum, siquidem ne ex Mosaica quidem lege vere boni viri facti sunt, nisi quatenus adiuti evangelio; papisticæ traditiones præter inanem hypocrisim fecerunt etiam palam malos, avaros, petulantes, sacrilegos, nebulones, temulentos, contentiosos, perfidos, missarum venditores, aurei purgatorii somniatores, animalia ventris, otio deditissimos, Gnatones, Thrasones, fastidiosos, hoc est φιλαύτους, hoc est deo odibiles, invidos, iracundos, reipublicæ pestes, edaces, πορνολάτρας, immundos, adulteros et pessimos quosque: quis enim compendio numeret universam papisticarum sordium lernam? atque hi qui talia faciunt, fovent etiam, sunt primates in regno papistico, quibus non secus cum Lutheri doctrina convenit atque igni cum aqua seu paleis cum tritico; hi sunt, de quibus Esaias V. 'qui dicunt malum bonum, et bonum malum, ponentes te-

---

4 spiritum *3.* 20 Ter. Andr. II. 1, 9. 29 multos esse *etc.*] Evang. sec. Matth. XX. 16. XXII. 14. 41 φίλαυτος *1. 2.* φιλαύτους *3.* sui amatores. 42 πορν.] meretricios.

Digitized by Google

nebras lucem et lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum, qui sapientes sunt in oculis suis et coram se ipsis prudentes, potentes ad bibendum vinum, viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui iustificant impium pro muneribus et iustitiam iusti auferunt ab eo, abiecerunt legem domini exercituum et eloquium sancti Israel blasphemarunt, qui trahunt iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustri peccatum' etc. Cum his, inquam, si omnino placet, sentiat Erasmus ipse; si vult adoret bestiam illam, quæ ἐν τῇ πορφύρᾳ πίθηκον καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνον sese venditat; de universo regno papistico loquor. Ego contra sentio cum Luthero, qui piam docet capessere vitam, imo vivaci ardentique voce sua pellit hominem veluti cum authoritate, ut emendet vitam: vox enim (ut et alias solet) est multo vivacior libris et omnino exemplum Asæ sequutus pudefacit effœminatos istos et de terra auferre conatur purgatque universas sordes idolorum, quæ impius iste Hieroboam avaritiæ gratia de corde suo confinxit; hinc nunc multi impuri sacrifices posthabita sordida lue nubunt in domino, quamvis et hoc Erasmum male habeat; mallet enim id fieri episcoporum authoritate: quasi vero Paulus, organum illud electum, non sit illis satis idoneus episcopus qui tale docet: o cæcitatem! scriptura quoque docet 'Crescite et multiplicamini', Erasmus huius scripturæ interpres docet id debere fieri authoritate episcoporum, quasi deus optimus maximus non sit per se satis bonus author qui hoc iubet, imo dat vires, ut impleatur præceptum suum; hoc est puto ascendisse cubile patris et fœdasse stratum eius. Quid si episcopi nolint? (sicut et pro pristina sua tyrannide nolunt; malunt enim illi boni viri centum male olentia scorta admittere uni sacrifico, quam unicam uxorculam: ecce fructus istorum sanctulorum: cum istis habet Erasmus; ὁ impietatem plus quam Iudaicam!) dominus deus, qui sapientior est episcopis et horum Erasmo, iubet ut crescamus et multiplicemur, nolentibus volentibus episcopis, suadente et dissuadente Erasmo; neque ullam personam excipit præter paucula eunuchorum genera; neque tempus ullum: Erasmus putat expectandum tempus quo forte redditurі sunt matrimonium episcopi. Quid si interim nequeant continere sacrifices? Eant episcopi et Erasmus, et ut sunt sapientes viri et mirabiles homines, prohibeant naturam tot sacrificum qui cœlibes vivere nequeunt, et mendacem faciant deum in opere suo, sicut et hactenus aliis seculis soliti sunt frequenter. Videtur quoque Petro æquum esse ut plus obediatur deo quam hominibus: ecce sapientiam Erasmicam! hic est ille Erasmus qui novum confingit fidei defensorem. habeat sane Erasmus suum fidei defensorem regem Angliæ, clarum illum mundo, impotentem spiritu; nos habeamus Christum, quem fraterculus ille obscurus mundo, spiritu potentissimus Lutherus prædicat. Hoc unum scimus certo, neque per Erasmum, neque per regem Angliæ, quantumvis robustos viros, ostensam esse vitæ viam, vel saltem modum posituм porcis Romanisticis: qui enim fieri posset, ut esset persuasus orbis Romanum pontificem cæterumque chaos et abominabile regnum esse Antichristum, de quo prophetæ, Christus ipse una cum apostolis tam dira prædicant, nisi hoc Lutherus evidentissimis rationibus indicasset? Erasmus vero præpedivit mortales,

---

[3] *πίθικοι ... ὄνοι 1. 2. 3.* in purpura simiam et in pelle leonina asinum. *Alberus* ex Aesopo conposito *proverbio* (Diogenian. VII. 94.) *non bene posito voluit* quæ cum simia esset, pro principe, cum asinus esset, pro leone sese venditat. [9] capescere *1. 2.* [10] autor. *2. 3. et sic infra.* [11] uiuatior *1. 2.* [12] Asæ] III. Regum XV. 12. [15] Erasmus *3.* [18] docet] Genes. I. 22. [32.33] sæculis *3.* [33] ut plus] Actuum V. 29. [37] spū *2.*

Digitized by Google

ne suspicarentur esse, cum viderunt omnia fere illius scripta ad istos dirigi sanctissimos et reverendissimos, cum sint nihil minus. Age tandem, si Romanus pontifex illiusque sodalitium non sunt Antichristus, reddant matrimonium liberum, reddant eucharistiæ communionem, cessent missarum venditiones emptionesque, ponant suas stultas et impias constitutiunculas, abrogent cæteras negotiationes. Hoc si fieret, unde se tot animalia ventris sustentarent? hoc iam dudum suboluit Romanistis, qui nunc sanctissimo prætextu blandiuntur Erasmo, et non videt miser Erasmus sub hoc melle latere venena. Tu vale precareque mecum deum optimum maximum in nomine filii eiusdem, ut Erasmo det mentem meliorem liberetque ab impiis papistarum instinctibus.

BASILEÆ. **CCCXXXXV.** 25. SEPT. 1523.

ERASMVS ROTERODAMVS M. CONRADO GOCLENIO S.

Quum per Hilarium expectem literas tuas, mi Gocleni, non est quod nunc magnopere scribam . . . . . Aiunt etiam Parisiis exustum esse quendam. sævit et Ferdinandus mire in Lutheranos; in eius aulam Faber meus, Constantiensis vicarius, ascitus est ingenti salario. Gratum fuit quod scripsisti de rebus novis. Non dubito, quin Spongia iam ad vos perlata sit. Huttenus excessit e rebus humanis XXIX. die Augusti. cuius morte periit magna ex parte meæ Spongiæ gratia. Tumultus rerum undique cooriens cogit nos hic adhuc sedere hanc hyemem . . . . . De Francisco rursus admoneo, nequid rerum mearum illi committas. Basileæ, VII. Calen. Octob. Anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

CCCXXXXV. 1 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,1.) p. 1003. sq. XXX.8. 2 = ibid. n. 53,5. p. 773. n⁰. 658.

ARGENTINÆ. **CCCXXXXVI.** 30. SEPT. 1523.

NICOLAVS GERBELIVS
INTEGERRIMO VIRO
D. IOHANNI SCHWEBELIO
VERBI DIVINI MINISTRO BIPONTI
FRATRI SVO IN CHRISTO CARISSIMO

S. In Christo Iesu. Respondi iamdudum literis tuis . . . . . Apud nos nihil est rerum novarum, nisi quod disputationem, si forsan non scripsi antea, nostri instituunt adversus eos qui quotidianis convitiis evangelium dei blasphemant. Deus faxit ut fortunata sint omnia placeantque divinæ volun-

CCCXXXXVI. Centuria epp. ad Ioa. Schwebel. supra p. 91. n. CCLXX. indicata p. 55...58. n⁰. XX.

[18] Cf. p. 383. adnot. ult. [19] gratia] Cf. p. 263. v. 17. [21] Basilea, 25. Septembris, Anno 1523. 2.
[28] Schwebe-|belio. *edit.* 1597. [33] convit.] Comitiis *edit.*

Digitized by Google

tati. Spongiam Erasmi legisse te arbitror; quodsi nondum vidisti, fac me certiorem, curabo enim ut habeas quamprimum. Hessenus Scoto nostro Expostulationem Hutteni supra modum displicere Luthero et Philippo esseque nonnullos qui me dicant eius rei authorem esse; sed testis mihi Scotus erit, me ne verbum quidem unquam super hoc negotio cum Scoto contulisse; quanquam quid esset tandem flagitii, si dissimulantem tamdiu impietatem quoque modo evocassem? id quod Spongia Erasmi declarat: sed in ea re iudicium tuum expecto. Non credis item quam amarulenter Philippus cum Scoto expostulet ob excusum eius in Erasmum iudicium: ita vel verentur eloquentiam hominis, vel diffidunt probæ causæ. Si non satis damnavit Spongia doctrinam Christi prædicatam hactenus a Luthero, quærant quæso alios qui acrius incessent. Sed de his te audire volo ..... Argentinæ postridie Michaelis M D XXIII.

WITTENBERGÆ. **CCCXXXXVII.** 1. OCT. 1523.

MARTINVS LVTHERVS .N. AMICO. S. D.

Gratia et pax in domino. Tu potius, optime N., pro me ora, quanto tu nunc maiore otio donatus es et pietate me superas: opto sane et oro dominum Ihesum, ut tibi quod petis linguæ donum impertiat in laudem gratiæ suæ. Cæterum quod scribis, ne irriter in Erasmum, ante impetratum est quod rogasti: equidem Huttenum nollem expostulasse, multo minus Erasmum abstersisse. si hoc est spongia abstergere, rogo quid est maledicere et conviciari? Prorsus frustra sperat Erasmus sua rhetorica sic omnibus ingeniis abuti, quasi nemo sit, imo quasi pauci sint qui sentiant quid alat Erasmus; si sic pro se scribit Erasmus, optabilius est ut contra se scribat: incredibilem enim et nominis et authoritatis iacturam fecit hoc libro, ut me plane hominis misereat, qui ad caussam nunquam accedit, et sic in vitia amicorum iam secundo sævit, cum in Læum hostem fuerit tam lenis, et ipse alias omnes a maledicendo etiam inimicos dehortatur ac valde detestatur. Ego semper caussam expectavi ut ageret; in mores facile est rhetoricari. porro edita est et mea epistola de Erasmo privatim scripta, deinde alia ad Fabricium, quod me vehementer male habet. quanquam nullius verbi me pudeat, si palam sit defendendum, piget tamen publica fieri per importunos istos (nescio quem vocem) delatores quæ privatim amiculis scribuntur. porro mihi Erasmi scriptio sicut nihil nocet si adversetur, ita nihil magis confidam si patrocinetur: ego habeo qui caussam defendat, etiamsi totus mundus in me solum insaniat, id quod Erasmus in me vocat pervicaciam asse-

---

CCCXXXXVII. 1. 2. = 1. 2. ad n⁰. CCCXXXXIIII. citt. 3 = Lutheri Epp. ed. Aurifabri. 4⁰. II. fol. 160. sq. 4 = Luthers Briefe ed. de Wette. II. p. 411. sq. n⁰. 533. 5 = Hutt. Münch. IV. p. 564. sq. (Germanice in *Luthers Schriften von Walch.* XXI. 860. sqq. n⁰. 384.)

---

[2] Eob. Hessus? Scoto n.] Ioanni Schotto, typographo. [6] quoquo *malim.* [14] Nicolao Hausmanno. *3.* [15] optime Nicolæ *4.* quantum *3. 4.* [17] Iesum *4. 5.* [18] quod] *legerim* quam [19] extersisse *3. 4.* [22] si sic .... Erasmus *omis. 3. per ὁμοιοτέλευτον.* [24] autoritatis *4. 5.* [25] causam *3...5. et sic infra.* [26] Leum *4. 5.* [28] ædita *3.* epistola] ad Casp. Börner d. 28. Maii a. 1522. de Erasmo scripta, ap. de Wette II. p. 200. sq. n⁰. 401. [29] Fabritium *3.* ad Fabric. Capitonem ep. d. 17. Ian. a. 1522. scr. ap. de Wette II. p. 129. sqq. n⁰. 350. [34] pervicatiam *1. 2. 3.*

Digitized by Google

rendi. Sed qui videam hominem esse tam longe ab intellectu Christianarum rerum, (quod hactenus non putaram, etsi aliquando suspicarer) facile patior ut me vocet quocunque volet nomine, donec caussam attingat: propositum est enim mihi neque vitam neque mores velle tueri, sed solam caussam, lacerent me moresque meos quicunque velint, sicut hactenus feci; imo illis palam vitam ipsam in corpore debeo et magnam partem fiduciæ spiritus mei, qui mihi atrocissime maledicunt et traducunt: tantum abest, ut vellem Erasmi gloria aut nomine vehi: mœror est mihi et timor in laudibus mei, gaudium vero in maledictis et blasphemiis. Si hæc sunt Erasmo mirabilia, nihil miror: discat Christum et valefaciat humanæ prudentiæ; dominus illuminet eum et alium faciat virum ex Erasmo, et omnes nos simul servet et augeat: hoc opto ex animo quantum donatur optare. Vale, mi N., et Erasmum, si patitur, saluta meo nomine: nihil in me est erga eum asperi, sed vere misericordia, quam si contemnit et magis forte sperat quæ ipse cogitat, libens perdidero et hoc votum. Wittenbergæ prima Octob. Anno. M.D.XXIII. Martinus Lutherus.

CCCXXXXVIII.

[COLONIÆ AGRIPP.] 1. [D. 4. OCT. A. 1523.]*

[DOMINVS HENRICVS MORLEIVS
HENRICO OCTAVO
ANGLIÆ REGI.]

– – – wee were at Coleyn thankyd be god – – – – yt ys said, that the Cardynall Volte[*rra that*] was euer frendly to the frenche kinge shulde be dede

CCCXXXXVIII. Ex MS. Cotton. Vitellius B. XX. foll. 263. 264. humanissime mecum has laceras igne partim deletarum litterarum reliquias communicavit v. cl. Reinholdus Pauli Rostochiensis historiarum professor. cuius viri supplementa ipsis epistulis indidi, mea in adnotatione adieci.

6.7 attrocissime *1. 2.* 8 mœror] Maior *3. 4.* 9 blasphemiis *3.* 12 mi Nicolaë *4.* nihil .... asperi *omis. 3.* 13 sed vera *3.* 15 Martinus Lutherus *h. l. omis. 1. 2. 5.* 17 Manu Roberti Cottonis equitis adscriptum est: *Cologne, Oct.* 4. 1522. Sed hunc anni numerum falsum esse docet tum id quod de Hutteni et in sq. epistula de Hadriani VI. morte refertur, tum Wolseii ad Henricum VIII. die 17. Aug. a. 1523. datæ epistulæ (*State papers published under the authority of his majesty's commission.* vol. I. 1830. 4°. num. LXVII. p. 119. sqq.) hic locus: „*Over this, Sir, „I have divised letters, instructions, and other writynges for the depeche of the Lord „Morley, with other his colleges, to the Archduc, with the Gartier and ornamentes „of the same; which said instructions, bicause I have not had experience in the ma„tiers of the said Ordre, but have divised theym after myne awne conceyte, it may „please Your Grace to take the payne to overrede, and to advertise me, whither the „same contentith Your Highnes, or not; with your further pleasour, what is don „touching preparacion of the coler of Gartiers habite, and other ornamentis aforesaid; „which thing, and also the parfityng of this depeche, belongith unto my Lord Cham„burleyn, beyng Chaunceler of that Ordre, who must seale the writynges and letters „with the seale of the Gartier. Ascerteynyng Your Grace, that forasmoche as at the „depeche hereof there was an errour founde in the commission, I shal, therfor, sende „the same to Your Grace to morow, to be signed acordyngly*". Ad v. *Archduc* adnotaverunt editores „*The original instructions to Lord Morley, Sir Wm. Hussey,*

Digitized by Google

[*and*] Hutin' that was a great frend to Luthere ys departyd [*and*] be yt we haue suer knowlege that or he dyed he wrot[*e to*] Erasmus and Erasmus thereunto aunswerd. whiche mais[*ster Lee*] and I bothe haue sene. But Hutin's worke could no[*t be*] gottyn yf it myght haue ben' hade. I wold haue se[*nt it*] vnto your highnes, moreouer wher I wrott vnto yo[*ur highnes*] that by your gracious letters sent ad principes germani[*e the*] truste of retorne was of the germayns from Luthe – – – – now I am compellyd agayn to forsake. that as f – – – – grace that as we can her all the countre ys lyke – – – – from the right way for dayly nerar and nerar – – – – flaunders warde this flame of herysy increasy[*th* – –] godes helpe and thassystence of your grace and – – – – lyke prynces ys lyke to subverte all aunc – – – – Luther's bokes goythe abrode in euery place and his – – – – also mokkes and scornes the pope his Cardynalles – – – – also abomynable pycturs among other one I send to [*you*]r highnes whiche I thynke your highnes will laugh [*a*]t for docter Morener your frear and our gyde ys one of the sorte, your grace

---

„*Dr. Edward Lee, and Garter King at Arms, sent to the Archduke Ferdinand with „the Order of the Garter, August* 1523. *signed by the King, are in the University „Library at Cambridge, and are printed by Strype, Vol. I. p.* 42., *together with „Wolsey's private directions to the Ambassadors, dated Auguth* 20th, 1523". et ad v. *acordyngly* hæc: „*This original commission is also in the University Library at Cambridge*". [21] god. *Here?* [22] Volterra] Falsus erat hic rumor: Franciscus Soderinus, Florentinus, episcopus Volaterranus æstate demum a. 1524. e vita excessit. Qui non ita diu ante hanc epistulam scriptam ex cardinalibus decesserat, Dominicus Grimanus, Venetus, Reuchlini olim fautor, fuit: nam is d. 23. Aug. a. 1523. vita functus est. Cf. Ciaccon. Vitt. Pontiff. III. p. 180. sq. 203. sq. 424. 442. 529. be yt] *by it*

[2] or] *ere, before* [5] *where I wrote* [6] i. e. *the trust was that the Germans would return* [7] Luthere (sive *Luthere's herysy*), *but?* [8] as *far to your?* her] *hear* lyke *to come off?* sive *to departe?* [9] nearer *to Brabant and* Flanders warde (i. e. *towards*) [10] increases *but with* god's helpes? [11] and *other* lyke? *Pauli. fort.* and *the catholyke?* auncient *enymy's.? Pauli.* [12] goythe] *go* s. *are going* his] *herysy? s.* his *faction? s.* his *parte (party)?* his *false secte? Pauli.* [13] Cardynalles *and priestes, as doo* also abom. pictures. among? *Pauli. Proposueram* Cardynalles *and court. they spread* a. a. pictures [14] one] Fortasse Morleius regi misit inscriptionem libelli *Karsthans*, ubi Murnarus caput felis maris habet. [15] Murner] De Murnaro in Thomæ Mori ad cardinalem Eboracensem Wolseium d. 26. Aug. a. 1523. scripta epistula (*State papers* l. c. n. LXX. p. 126.) hæc legimus: „Hit may ferther lyke Your good Grace to be advertised, that one Thomas Mur„ner, a Frere of Saynt Francisce, which wrote a booke against Luther, in de„fence of the Kinges boke, was oute of Almaigne sent in to England, by the „meane of a simple person, an Almaign, namyng hym selfe servaunt un to the „Kinges Grace, and affermyng un to Murner that the King had gevyn hym in „charge to desyre Murner to cum over to hym, in to England, and by occasion „therof he is cummen over, and hath now bene here a good while. Wherfore „the Kinges Grace, pitiyng that he was so deceived, and having tendre respecte „to the goode zele that he bereth toward the feith, and his good hart and mynd „toward His Highnes, requyreth Your Grace that it may lyke you to cause him „have in reward one hundred pownde, and that he may retourn home, wher his „presence is very necessary; for he is one of the chiefe stays agaynst the fac-

Digitized by Google

may well see in the picture which picture I had great besynes to get here in Coleyn howbe yt in Franforde and Ilyghe Almayn' as well theys as other worse then this may be hade great plenty. This hetherto parte I haue herde and parte sene please it to your riall mageste to accepte it — —

Oct. 4. Harry Morley.

[COLONIÆ AGRIPP.] 2. [D. 4. OCT. A. 1523.

[DOMINVS HENRICVS MORLEIVS CARDINALI WOLSEIO.]

– – – – yt ys said that the pope shulde be [*dede and*] also a great Cardynall that favoryd the parte [*of the frenshe*] kinge. and Hutin' whiche was namyde to be a g[*reat frend to Luthere*] more ouer that the Venyciens be in lege — —

Oct. 4. Harry Morley.

TIGVRI. CCCXXXXVIIII. 11. OCT. 1523.

ZVINGLIVS ŒCOLAMPADIO.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo ..... Suffraganeus episcopi vestri pulcre narratur resipuisse. τῷ θεῷ χάρις. proderit hoc Christi negotio: nam homo est ut minime malus, ita semper prodesse studuit ovibus Christi. eum nostro nomine, si vacat, salutabis, Cæsarisque commentaria, quæ prioris in Mülhusen sunt, reddes, ut cum fieri queat ad eum transmittat: Hutteno commodaverat iste ipse; nos ea nostris cum libris reposcimus. Pro tuo munere etc. .... Ex Tiguro 11. Oct. 1523.

Huldrichus Zuinglius tuus.

CCCXXXXVIII. Zuinglii Opp. (Ind. bibliogr. n. 81.) p. 312. nº. XLIX.

TIGVRI. CCCL. 11. OCT. 1523.

ZVINGLIVS BONIFACIO WOLFHART.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Quæ a nobis petis, optime vir, implevissemus si licuisset; sed scito Huttenum nonnihil aeris alieni

CCCXXXXVIIII. Zuinglii Opp. citt. p. 313. nº. L.

„tion of Luther in that parties, agaynst whom he hath wrytten many bokis in „the Almayng tong; and now, sith his cumming hither, he hath translated in to „Latyn the boke that he byfore made in Almaign, in defence of the Kinges „boke. He is Doctour of Divinite and of bothe Lawes, and a man, for wryting „and preching, of great estimation in his cuntre". frear] *friar* gyde] guide [1] besynes] *business* [2] Franforde *MS.* theys] *these* [3] then] *than* herde] *heard* [4] sene] *seen* riall mag.] *royal majesty* [9] Hadrianus PP. VI. † d. 24. Sept. a. 1523. *Cf. supra de morte Grimani adnot.* [10] *named* [12] lege] *league* [16] Suffrag.] Telamonius Limperger. *Schulthess.* [20] prioris] Nicolai Prugneri? [21] repoposcimus [26] Wolfhart, Pastori ad S. Martini Basileæ.

Digitized by Google

et apud nostros contraxisse, nec omnia sua solvendo esse: ita nihil reliquit quod ullius sit pretii, libros nullos habuit, supellectilem nullam præter calamum. Ex rebus eius nihil vidi post mortem quam epistolas aliquot, quas hinc inde ab amicis accepit ac ad eos misit inque unum consarcinavit. fuit autem pridie apud nos quidam qui literas ad eum ferebat iam mortuum, quas nos ad Henricum Eppendorpium remisimus: ex eo intelleximus nonnihil spei reliquum esse creditoribus Hutteni; quapropter si Eppendorpium convenire potes, admone virum, ut hac in re consilium auxiliumque impertiat: nihil præter hoc nos consilii ferre possumus: debet nobis quoque aureos tres et commendatori in Kussnach viginti. Sed ne hoc quoque obliviscar, referebat idem tabellio superesse ex Hutteni rerum naufragio 200 aureos, quos Eppendorpius fortasse adepturus esset; ego pro commendatore tum ad Eppendorpium scripsi, sed hactenus nihil responsum est. oro igitur ut siquid tibi evenerit quo speres, eidem suum quoque reddi significes; de meis nihil moror, siquid redditum erit, capiam, sin minus, donabo. Vale et negotium Christi quantum potes adiuva: victus est ac ferme profligatus e Germania Romanus pontifex; superest ut arma eius quoque auferantur (ea quæ sint, ipse melius nosti), quæ nos iam pugna omnium atrocissima manet; sed spectator adest Christus. Ex Tiguro 11. Oct. 1523.

Huldrichus Zuinglius tuus.

Inscriptio: Fratri suo in Christo dilecto Basileam.

BASILEÆ. CCCLI. 22. OCT. 1523.

BASILIVS AMERBACH AD BONIFACIVM AVENIONE DEGENTEM.

X. CAL. NOV.

Ulricho ab Hutten autumnus fatalis fuit. cum prope Tigurum reliquiæ morbi Gallici eum in lectum coniicerent, ille volens suæ saluti consulere, medicos accersere iubet; medici pharmacis sive nihil agentes exanimem Calend. Septembr. reliquerunt. Qui utinam Expostulationem suam, qua expostulat cum Erasmo Roterodamo, suppressisset: fuisset hoc et in rem suam et studiorum. Erasmus hanc atrocem Expostulationem ferre non valens apologia se tuetur. Tu si posses per ocium fac legas quæ scripsit Erasmus; attingit negocium paucis Lutheranorum, prostant in ædibus Ioannis Wattenschne tit. prefixis SPONGIA ERASMI ROTEROD. ADVERSVS ASPERGINES HVTTENI, alter tit. VLRICHI AB HVTTEN CVM ERASMO ROTEROD. PRESBYTERO, THEOLOGO EXPOSTVLATIO.

CCCL. Ex MSS. Epist. mutuis Amerbach. G. II. 13[b]. mihi transcripsit v. cl. Stintzing.

---

[9] commendatori] Conrado Schmidio. Cf. supra Hutteni ep. ad Zwinglium.

[23] BONIF.] fratrem [27] Cal. Sept.] Cf. p. 353. v. 17. p. 373. v. 24. Non convenit hoc de die fatali Amerbachi testimonium cum aliis. cf. supra p. 263. v. 21. p. 352. v. 17. p. 353. v. 43. p. 378. v. 18.

Digitized by Google

CCCLII.

In Lutheri Huttenique laudem hunc librum, qui auctoris typographive nominibus non indicatis et ut vocant sine loco annoque in 4°. prodiit sic inscriptus,

Wer horen wil wer die gantzen | welt arm gemacht hat, der mag leſen diſes biech|lein, die vnß ſolten reich machen an der ſeel | die haben vns arm gemacht an gůt, vñ | got waiſt wie es den ſeelē gangen | iſt, vñ das iſt das ander biech|lein, das vō dem Adel auß|geet, vñ haiſt die weyß | gilgen die gott ge|pflanzt hat. |

compositum esse ipse auctor his verbis testatur (p. penult.):

℄ Gemacht zů lob dem frummen Luther, der vns weyſt den tag, vnd dem Ritterlichen forfechter des Luthers, den man nent her Vlrich von Hutten ain frummer vnd ain gerechter Edelman, der kempffen vnnd fechten will von der warhait wegen Chriſti.

Neque vero de Luthero neque de Hutteno in ipsius dialogi enarratione sermo factus est.

[Cf. etiam Burckhard. III. p. 318.]

---

*CCCLIII.

[AD A. 1523.]

EXCERPTA HVTTENVM SPECTANTIA EX ABRAHAMI SCVLTETI GRÜNBERGENSIS SILESII THEOL. D. HEIDELB. ANNALIBVS EVANGELII SAEC. XVI. PER EVROPAM RENOVATI ab Herm. v. d. Hardt Hist. literar. reform. part. V. a. 1717. *ex ed. Heidelb. a.* 1618. *repetitis.*

Ann. 1520. . . . . *Ulricus Huttenus nobilis Francus Germanica lingua edit libellum historicum de perpetua Pontificum Romanorum inobedientia adversus Imperatores: in quo sub finem recitat dictum Maximiliani I. de Leone Pontifice, cum fidem non servasset:* Nun iſt dieſer Bapſt auch zu einem Böſewicht an mir worden: Nu mag ich ſagen daß mir kein Bapſt, ſo lang ich gelebt, je Treu oder Glauben gehalten hat: hoffe ob Gott will, dieſer ſol der lezte ſeyn. *Leo Pontifex, ut Albertum Brandeburgicum, Archiepiscopum Moguntinum, eundemque Cardinalem, cui noverat Huttenum familiarem esse, in fide retineret, sexta Iunii amicas ad illum dat literas, in quibus de sua erga Albertum benevolentia præfatus,* quin etiam, *subiicit,* Rosam auream, vetere instituto prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Dominica Quadragesimæ quarta benedici solitam, a nobisque solenni more benedictam, alicui seculari Principi mitti solitam, per Marinum Caracciolam ad Circumspectionem tuam donum misimus, ut ad Principem quidem Electorem, veruntamen novo exemplo. Sed omnia indicia benevolentiæ erga te nostræ satis nobis iusta etiam ad innovandum aliquid videntur esse. Quare Circumspectio tua gratum illud munus accipies: quod etsi mysticum est, magnasque habet in se rerum sacrarum interpretationes, tamen ad cæteras adiunctum est pignus amoris summi in te nostri. *Duodecima deinde Iulii missis aliis ad Alber-*

---

[17] nati a. 1556., mortui a. 1625. [30] *cf. supra* vol. I. *p.* 357. [31] „Ex autographo Leonis". *adnot. est.* [39] „Ex autographo Leonis". *adnotatum est. Cf. supra* vol. I. p. 362. sq.

Digitized by Google

tum literis cordolium suum ipsi aperit: Huttenum in Sedem sanctam effudisse contumelias: et esse illum Archiepiscopo familiarem: et impressos esse libros eius in civitate Alberti Moguntia. Hortatur igitur Albertum, authoritatem suam interponat, et ea in maledicos indicia suæ severitatis edat, quæ et ipsos et alios possint a tanta petulantia cohercere. Albertus igitur emptione et lectione scriptorum Hutteni omnibus sub excommunicationis sententia interdicit . . . . .

Mense Aprili Wolffgangus Fabritius Capito, favore Ulrici Huttenii ab Archiepiscopo Moguntino in aulam vocatus est Principis Concionator et Consiliarius, quam ille conditionem ideo suscepit, ut Moguntiæ Christianismum planaret. Sic enim ille ad Huttenum anni superioris mense Novembri: Iuris Pontificii . . . . . exuere humanitatem.

Ann. 1521. . . . . *Martinus Bucerus Selestadiensis mense Martio, ætatis trigesimo, hortatu Francisci a Sickingen et Ulrici Hutteni relinquit ordinem Dominicanorum, in quo vixerat annos quindecim, et ad Franciscum Sickingum se confert. Franciscus Friderico Palatino, Præsidi Senatus Imperii eum commendat: cuius ecclesiasten aulicum integrum annum egit, donec vacante parœcia Landstallensi a Francisco volens revocatus fuit, aulæ supra modum pertæsus.*

Ann. 1522. . . . . *E nobilitate Germanica acerrimi fidei orthodoxæ propugnatores erant Ulricus Huttenus, Franciscus a Sickingen, Hartmundus a Cronberg. Huttenus multa pro Luthero contra Papam scripsit . . . . . .*

. . . . . *Moguntiæ quotidiana evangelii incrementa audiebantur, quæ per D. Casparem Hedionem, concionatorem in primaria æde, per Capitonem et alios spiritus operabatur ac fovebat . . . . . .*

Ann. 1523. *Ad latius propagandam doctrinam evangelii duobus hoc anno mediis deus usus est, dispersione fratrum Sickingensium, et mitigatione Edicti Wormatiensis. Vixerant eodem pene tempore in aula Francisci a Sickingen Ioannes Oecolampadius, Martinus Bucerus, Caspar Aquila patritius Augustanus, Ioannes Schwebelius Pfortzhemensis. Francisco vero infelici bello implicato, in quo septima Maii periit, tanquam Academia quadam Bucerus Weissenburgum et inde Argentinam, Oecolampadius Basilicam, Aquila Isennacum, Schwebelius Bipontum concesserunt, et veluti novi apostoli singuli singulas eorum locorum ecclesias reformarunt . . . . . Argentinam hoc anno veniunt Martinus Bucerus Weissenburgo, Caspar Hedio et Wolffgangus Fabritius Capito Moguntia, tria non solum ecclesiæ Argentinensis, sed orbis Christiani lumina . . . . . Ioannes Oecolampadius de se et Ulrico Hutteno ad Hedionem 21. Ianuarii hoc scribit: Sunt hic (Basileæ) ex sacerdotibus . . . . . nescio.*

. . . . . *Franciscus a Sickingen Eques Germanus, Lutheranæ hæreseos Capitaneus a nonnullis dictus, infelici bello implicitus, quod gesserat anno superiori contra Archiepiscopum Trevirensem, obsidetur a Palatino, Trevirensi et Hasso in arce Landstall, decussoque ex bombardarum ictu tramite læditur et septima Maii, ætatis anno 42. moritur, salutatus paulo ante quam animam ageret, a tribus principibus hostibus suis. Mira hinc Pontificiorum tripudia,*

---

[5] „Lutherus ad Spalatinum Tom. 1. epist." *adn. est.* [7] Cf. supra Nov. a. 1519. vol. I. p. 315. [11] Verba hic omissa habes vol. I. p. 316. v. 5...9. [12] „Epistola Buceri MS. ad Capitonem" *adn. est.* [27] „Vita Schwebelii" *adn. est.* [37] Verba hic omissa supra p. 157. v. 26. sqq. exhibita sunt. [38] „Casp. Sturmius, caduceator, historia Germanica debellati Francisci." *adn. est.* [41] *lege* decussaque ex b. i. trabe

Digitized by Google

miræ ovationes subortæ. videbatur enim Franciscus Brutus quidam esse, qui Germaniam ab episcoporum tyrannide esset vindicaturus: sed desertus fuit ab iis qui se polliciti erant adversus quosvis illi operam laturos esse, nec audiit Lutherum, genus hoc bellorum plane improbantem. Ulricus quoque Huttenus, acerrimus Lutheri patronus, nobilis Francus, mense Augusto in insula lacus Tigurini, Helvetiis Uffnort dicta, quæ Eremi Abbatem dominum agnoscit, apud Ioannem Schneckum, felicem παραλύσεως curatorem, moritur ætatis 36.

CCCLIIII.

[TRAGŒDIA PARISIIS A. CIↃ IↃ XXIIII. ACTA.]

TRAGŒDIÆ ARGVMENTVM.

Imago exhibita ab adversariis de Primitiis revelatæ doctrinæ Domini nostri Iesu Christi eiusdemque defensoribus, et de hostibus Ecclesiæ horumque clandestinis insidiis et crudelissimis consiliis, de tollenda Dei veritate per D. Martinum Lutherum, D. Philippum Melanchthonem et per alios pios Doctores nostros in hac ultimi mundi senecta patefacta et a fœda Papatus squalore repurgata.

TRAGOEDIA PARISIIS ACTA IN REGIA AVLA.

Aderat personatus Papa, sedens sublimi solio corona triplici redimitus, circum se habens turbam Cardinalitiam cum comitatu Episcoporum Fratrumque

Ain Tragedia oder Spill, gehalten in dem Künigklichē Sal zu Pariß. M. D. xxiiii.

Diſes Spil oder Tragedy iſt in dem Künigklichen Sale zů Paryß nach vermelter ge- | p.?. ſtalt gehalten worden.

In gedachtem Sal ſaß auff ainer hohē bony oder ſtůl der Bapſt in aygner perſon, mit ſeiner dreifachen kron, gemäß ainem Bapſt geziert, Vnd het neben jm ain groſſe anzal ſeyner Cardinál ſampt etwa vil Biſchöffen, vnd München von den bettel órden, die

---

CCCLIII. Edidi hanc quasi picturam ingeniosi alicuius pictoris 1) Latine scriptam qualem ex Schlegelii MS. inter Ioannis Langi Erfurtensis manu scriptas epistolas servato edidit 1 = Burckhardus Vit. Hutt. II. p. 291...300. quod exemplum repetiit 2 = Dan. Gerdes Hist. Reformationis tom. II. Monumentor. p. 49...51. (Superflua commata aliaque inutilia distinctionis signa quæ Burckhardus infarsit, Gerdesius retinuit,

---

[1] videb.] „Chytræus" *adn. e.* [4] Ulr.] „Bullinger Chronico MS. Camerarius in vita Melanchthonis." *adn. e.* [6] Eremi, *Einsiedeln.* [7] paralysis, *Lähmung.*

[20] Inscr. 2. est: Eyn Comedia welche yn dem | Künigklichem Sale tzů Parryße, nach | vormelter geſtaldt, vnnd o:=|denunge geſpylt wor=|denn. | Anno. M. D. X. X. iiij. | (Papa in solio adsidentibus cardinalibus episcopisque adstantibusque monachis ante ignem sedens depictus est.) *Pag.* 2. *incipit* In obgemeltē Sale, &c. [25] bony] Bůnne 2. (Bühne) [26] dreyfachtigen 2. [26.27] anhalt 2.

Digitized by Google

mendicantium: sedentes pro tribunali rem Christi iudicaturi. In aulæ meditullio vivus ignis erat multo carbone succensus. quum is ex omni parte fervidus,

zů gericht ſaſſen, Chriſtus ſachen zů beradtſchlagen vñ zů vrtayleu. Mitten im ſelben Sale [4] war ain groſſes fewer von vil kolen geſchüret, wölchs auch ain merckliche hitz vō ſich gab,

---

exputavi.) II) Germanice ex 1) eo exemplo, quod alterum esse putavit Burckhardus Vit. Hutt. III. p. 297., quattuor foliis in 4°. constante, quod mihi si non prius, certe purius visum est. Ubi 2) alterum exemplum, *Eyn Comedia* etc. discrepet, adnotavi, neque vero dialecti verborumque scribendorum varios modos omnes indicare volui. Hoc exemplum, cuius diversæ editiones factæ sunt, repeti curavit Car. Grüneisen in „*Ztschr. für hist. Theologie, v. Ilgen.*" Lips. 1838. 8°. p. 163...169. De auctore mihi non constat, neque pro certo definierim, utrum Latine (quod magis crediderim) an Germanice primum scripta fuerit lepida hæc descriptio: nam Parisiis in regia aula actam esse eiusmodi fabulam nemo crediderit. Miram autem quandam similitudinem habent quæ Io. Henr. Maius in Vita Reuchlini (Durlaci a. 1687. 8°. p. 546. sqq.) rettulit:

„*Nec melioribus tantum literis lumen accendit [Reuchlinus], sed et religionem, im-*
„*mane quantum superiorum temporum superstitionibus obscuratam, in lucem protraxit*
„*et a sordibus primum repurgare aggressus est, etsi perficere tantam rem nondum po-*
„*tuerit. Qua de re et supra nonnulla dixi, quibus addere placet lepidam illam*
„*Comœdiam mutam A. M. D. XXX. Imperatori CAROLO V. ipsiusque fratri FERDI-*
„*NANDO post prandium exhibitam. Cum enim se quidam obtulissent fabulam acturi,*
„*eaque cibum condituri, admissi facile sunt. Ubi primum in scenam processit aliquis*
„*larvatus, habitu, quo ornari Doctores solent, vestitus, ferens a tergo nomen IOANNIS*
„*CAPNIONIS schedæ inscriptum. Portabat hic fasciculum lignorum, partim rectorum, par-*
„*tim curvorum, eoque in medium atrium ullo [l. nullo] ordine proiecto, abiit. Hunc*
„*excepit alius itidem larvatus, ERASMI ROTERODAMI nomine insignitus, conveniens-*
„*tique Clerico, quem vocant, vestitu indutus, qui componere ligna, curva rectis ex-*
„*æquare diu multumque conatus est: tandemque ubi irritum videt laborem, caput*
„*iratorum more quatiens, animo inde recessit commoto. Tertius Monachi præbebat*
„*speciem, notatus MARTINI LVTHERI nomine, qui ardentes prunas portabat ac dis-*
„*torta illa ligna succendebat, inque cineres redigere laborabat: quæ cum flammam con-*
„*cepisse conspexit, subito sese subduxit. Inde prodiit quidam habitu Imperatorio, qui*
„*cum ignem depasci distorta illa ligna videret, stricto gladio eius vim avertere tenta-*
„*bat: quo magis autem gladio fodicabat aut feriebat, eo magis flamma invalescebat, ut*
„*ipse tandem iratus ac furibundo similis recesserit. Tandem et Papa sese intulit*
„*LEONIS X. titulo a tergo insignis, qui complosis ex terrore manibus circumspicit malo*
„*remedia, quibus ignem sopiat: quod dum facit curiosius, duas videt eminus stare am-*
„*phoras, oleo alteram, alteram aqua repletas: his conspectis irruit incautus atque amenti*
„*similis in amphoram oleo plenam, eamque igni affundit, unde flamma vires sumens la-*
„*tius sese diffundit, adeo ut eius violentia coactus fugam capessere debuerit. Hæc*
„*tota fuit fabula atque comœdia, et nemo ultra comparuit. Iubet Cæsar inquiri in*
„*auctores actoresque, sed illi mature satis fuga sibi consuluerant, parum vel de gratia*
„*vel de præmio solliciti, postquam Cæsari id quod res erat, dilucide ob oculos posuis-*
„*sent, ac quid hominum machinationes contra veritatem possent, edocuissent. Non opus*
„*est Oedipo, qui occulta mysteria explicet.* —

---

[1] sedentes] = sedebantque [4] ein *omis. 2.*

Digitized by Google

tandem multo cinere sopitus, ut calorem vix sentire possis igne obtecto, apparuit senex veneranda canitie, perterritus quodammodo tam magnifico cœtu, cui Reuchlini personam indiderunt actores. Hic magna verborum ambage nostræ Ecclesiæ luxum detestatus multasque sacræ rei desuetudines professus tandemque persuadere conatus tanto cœtui, nisi rebus suis (quas Christo consecratas aiant) melius consulerent, omnes irent perditum. Sic venerandus ille senex ignem cinere obductum accessit, bacillo quod manu gestabat cinerem ab igni submovit, ut facie tenus appareret. Hoc facto lux foras promicuit.

Ille quum abstitisset, aderat magni nominis Theologus, Senatui Cardinalitio non incognitus, cui Erasmo Roterodamo fecerunt nomen. hic, quia notus Pontificibus, vivam rem etiam non secuit, sed vulnus malagmatibus et emplastris alias virulentum paullatim curare nitebatur, utrique parti consulens repentinam mutationem rerum tam seriarum dissuadebat, temporisque successu tantum vulnus curandum aiebat. Illi considenti propiore loco post Cardinales magnus honos habitus, ne hunc virum haberent inimicum, quem suæ rei propugnatorem sperabant.

wurd doch auff die letſt allenthalben mitt aſchen bedeckt, Alſo das man durch ſolche bedeckung die hitz deß fewers kaum entpfinden mocht.

In diſem Sal erſchin ain erbar alter grawer man, der ſich auch ſolcher tapffern erlichen verſamlūg etwas entſetzt, Vnd durch die, ſo diſem Spil verwant warē, doctor Reuchlin | Reuchlin genant ward, Der erzaygt mit vil vmbſtenden ſeinen vnluſt vnd widerwillen, den er hett ob dem groſſen pracht vnſerer ẽbern, Ertzelt jn dabey der gayſtlichē groſſe mißbreuch vnd vnderſtūnd ſich diſer verſamlung getrewlich zů radten der maynung, Wa ſy jr ſachen (ſo ſy Chriſtus ſachen achten wollten) nit anderer geſtallt vnd Chriſtenlicher bedechten, wurden ſy onzweyfenlich all verderben. Der ſelb eerlich allt man trat auch zům fewer, das, wie oben geſagt, mit aſchen bedeckt was, vnd mit ainem ſtecklein, ſo er in ſeiner hand trūg keret oder ſtieß er den aſchen etlicher maſſen von dann, alſo das das fewer ain wenig glūend geſehen ward. Als ſöllichs beſchach, thet er ſich auß dem Sal.

Da er nu abgeſchayden was, Als bald was zů gegen ain Theologus ains groſſen na- Erasmus Roterodamus. | mens, der verſamlung der Cardinál nit unbekañt, den ſy Eraſmū Roterodamū nannten Dieweyl er aber den Biſchöffen wol verwañt, wollt er dieſe || wichtige | p. 3. ſachē Chriſti mit ernſt nit angreyffen, Sonder underſtūnd ſich die wunden, die doch gantz vergifft vñ ferlich waren, mit außwendigen pflaſtern gemacht zů haylen. Er riet baydē partheyen vnd vnderriet, das man diſe gehe enderung ainer ſo tapfferen ernſtlichē ſachen nit fürnemen ſolt mit anzaigung, das man diſe wundē mit gůtter zeyt haylen müſt. Derſelb Eraſmus dieweyl er die nechſten ſtatt nach den Cardinälen hett, wurd in groſſen eeren gehalten, auf dz ſy ain ſolchen man nit zů feindtſchafft bewegten, den ſy für ain künfftigen verfechter jrer ſachen zůhaben verhofften.

---

17 die *omis. 2.* 20 eynſetzet *1.* 21 Ubi in *1.* (et in nostro exemplo) lemmata ad marginem sunt, *2.* parvas Reuchlini, Erasmi, Hatteni, Lutheri, papæ Romanæque turbæ figuras quasi litteras initiales textui adpositas habet. 22 bracht, vnſer kirchen obē ertzelt, ynnen darbey *2.* 23 groſſen myßbreuch *2.* trewelych *2.* 24 (wo ſie *2.* 25 Chriſtlicher *2.* an tzweyffel *2.* 26 wie obgemelt *2.* 27 dye aſchen *2.* 30 Da] Szo *2.* 31 Eraſimū Roterdamū nenthen *2.* 32 woil verwangt, *2.* 33 doch] do *2.* 34 gemacht = gemach reydt beyden parthen, *2.* 35 vnderr.] wydderreyt *2.* dyeſe ſtule enderunge ynn ſo *2.* 37 Eraſimus *2.* 38 erhalten *2.* zů] tzůr *2.* 39 vorfechter jrer ſach ynn haben verhoſſen. *2.*

Digitized by Google

Tum armatus aderat homo omnino ferreus corpore et animo; qui quam primum in medium prodiit (huic nomen Hutten fecerant). hic iratum animum irato sermone prodidit omnemque tam celebrem consessum flocci faciens dixit, 'Vestra opera nos hactenus perpessi sumus rei divinæ tam insignem iacturam'; quumque Pontificem Antichristum aperta voce denuntiasset, devastatoremque et populatorem totius Christianismi, accessit ad ignem per senem detectum et cineres dispersit, omnemque calorem accepto folle sufflando excitavit, ita ut etiam totus senatus stupore perterritus obmutuerit. Illo sufflante et ira percito inter laborem accidit, ut mortuus concideret. Hoc viso gaudium et mœrorem Senatus suppressit, delatusque est foras nullo funeris obsequio sepultus.

Tandem nescio quis stulto vestitu, utpote monachali, ingrediens, cui Luthero cognomen inditum erat, magnam struem lignorum veluti alter Isaac in humeris baiulans inquit 'Ignem iam parum lucentem toto orbe lucere faciam. Per vos res Christi periit, per me Christi opera vobis invitis restituetur'. Sic focum accessit et ligna vivis carbonibus superposuit, quæ mox victrix flamma absumere conata totam aulam, quod parum est, immo totum mundum illuxit. Sic se proripuit foras monstrosus Cœnobita; illico totus Senatus pœne terrore exanimatus in unum coiit, consulturus rei tam ambiguæ.

Nachfolgent was ain gewapneter man zůgegen, der auch an seinem gemůt vñ leyb gantz stechlin was, der stellet sich als bald in mittel diser versamlůg, Vnd ward der von Hutten gehanssen, Der erzaigt durch sein zornige reden gantz ain zornig ge- | můt, vñ vernichtet dise gantze eerliche versamlůg zů dem höchsten vnnd sagt, Wir haben bißher ewere werck zů mercklichem nachtayl gemayner Chriſtenhait geduldet. Vnd als er den Bapst für ainen Antichriſt, verwüſter, vnd verderber der gantzen Chriſtenhait mit offentlichen worten auß schrey, gieng er zům fewer, das der allt man dauor etlicher massen aufgedeckt het, zerſtrewet den drauffgelegten aschen vnd erwecket mit auffplasung ains blaſtbalgs die hitz des fewers gantz krefftigklichē, Also das auch die gantz versamlung vor grossem wunderlichen schrecken erſtumet, Vnd als er solcher gestalt das fewer auff pließ, vñ mit zorn gantz bewegt ward, ist er im selbigen nydergefallen vnd todt bliben. Durch diſes gesicht hat die freůd den schrecken diſer versamlůg nidergedruckt, Vnd ist der verſtorben vō dannen getragen, vnd nit mit grossem gepreng begraben worden. Ulrich v. Hutten.

Auff die letſt gieng in den Sal ainer in ainem narren klaid nemlich einer Münchs kutten, den man den Luther nennet der auch ain grosse bürde holtz gleych | dem Jſaac auf seyner achsel trůg, der saget, Ich will diſes fewer, das ain wenig scheinet, p.1. | also antzünden, das es der gantzē welt leuchtē soll, || Durch euch (redet er weytter zů der sitzenden versamlůg) ist Chriſtus sachen vndergangen, durch mich soll die, vermittelst göttlicher hilff, wider ewern willen, wider auffgericht werden, gieng damit zům kolfewer, vñ wurff das holtz auff die glüenden kolen, damit der flam des fewers krefftigklich über sich gieng, Also, das das den gantzē Sal (wölchs doch das geringſt ist) ja die gantzen welt erleuchtet. Vnd damit stal sich dieſer wunderbarlich Münch auß dem Sal. Luther.

Alsbald tratt der Senat angezaygter versamlung, der vor schrecken schier gar vergieng, zůsamen, von diſer seltzamen zweyfenlichen sachen zů radtschlagen.

---

[20] gantz *omis. 2.* stechlin] stehelen *2.* stählern [21] Hutthen *2.* der er tzergtt *2.* seine tzornige rede *2.* [22] gantze *omis. 2.* [25] tzůuor *2.* [26] auffgedackt *2.* den] dye *2.* [26.27] blaßbalges *2.* [27] Alſo auch das dye *2.* [30] geſchicht *2.* [31] worden *omis. 2.* [32] das letzt *2.* dem Sale *2.* [33] kutten] kappen *2.* [35] welt ſolt leuchten, *2.* (Redet er w. *2.* [38] des flamme *2.* [39] das es den *2.* Sale erleucht (Welches a. d. g. i.) *2.* [40] wunderlich *2.*

Digitized by Google

Ubi Pontifex indicto silentio inquit 'Viri fratres, quid sibi volunt tam immensa portenta, quid monstrosus ignis, non video, nisi ut ignominia nostra toto celebretur orbe; et nisi huic errori succurratur, peribimus: ubi semel nostræ Religionis prætextus vulgo innotuerit deturbatique fuerimus, in ordinem redigemur, illudque Dei cognomen, cuius vices huc usque gessimus, auferetur a nobis, numquam posthac (quod non vellemus) reditурum. Quare vos hortor per sacrosanctam Apostolicam sedem, per Christum, cuius vices gerimus, ut huic perniciei succurratis nosque hac ignominia et vos tam insigni iactura relevetis'.

Sic Pontifice obortis lacrimis obmutescente quidam mendicantium ordinis fraterculus, obeso et protensiore ventriculo, capite pingui, inquit 'Sanctissime Pater totiusque orbis regnum Christi tenens ac pro libidine moderans, nos tui alumni, ordinarii fratres, iam percepimus quantum dolorem Paternitas tua ex hac tragœdia perceperit. si Paternitati tuæ visum fuerit, erimus defensores huius pestis tam noxiæ. Diploma tuum vel aliud nos facit veræ fidei defensores, patresque nostri tibi nobisque hactenus rem Christi pacatam et tranquillam reliquerunt, totusque orbis nos hæreticæ pravitatis Inquisitores in hunc diem usque appellitat. Quare Paternitas tua omnem huius rei molestiam in nos trudat, et tibi nobisque rem prospere peractam (firmiter crede) ducemus'.

Bapst. | Vnd fieng der Bapſt, nach gebotnem ſtillſchweygen an ain ſolliche maynung zů reden, Jr männer, jr lieben brůder, was diſe vberwunderliche geſchichten, was auch diſes wunderlich fewer bedewt, wayß ich nicht, dañ allain das vnſer ſchand in der gantzen welt auffgedeckt wirdt, Vnnd es ſey dann, das wir diſem irrſall begegnen, werden wir zů grund geen. Dann wenn der ſcheyn vnſer gayſtligkait dem gemaynen man ain mal offenbar wirdt, vnnd wir alſo beſchwert, werden in ain ordnung gemüſſigt, vnd der zůnamen Gotes des ſtathalters ampt wir bißher auff erden getragen habē von vns genommen, wir auch ſolch ampt, das wir ye nicht gern wollten, nymer mer vberkōmen. Derhalben ermanen vnd bitten wir euch durch den hayligen Bäpſtlichen ſtůl, vmb Gottes willen, des ſtathalter wir ſeyn, dz jr diſem vorſteenden ſchaden fürkommen, vnd euch vnd vns vor diſem vbermeſſigen nachtayl entledigen wöllet.

Als nun der Bapſt, der auch waynet damit, verſtůmet, was zůgegen ein bettelmünch mit ainem groſſen bauch vñ geſchwollen kopff, der ſagt, Allerhayligiſter vatter, der du das Reych Chriſti durch die gantze welt regierſt, vnd nach deinen lüſten vñ gefallen meſſigſt, wir deine ziechkinder, die geordenten brůder, haben zů gemüt gefaſt, was ſchmertzen dein hayligkait auß diſen geſchichten entpfangen hatt, wa || es nu deiner vätter- | p. 5.
lichē miltigkait gefellig iſt, ſo wöllen wir diſes ſchedlichen feüchens beſchirmer ſein, Dein Bäpſtliche brieff machen vns zů warhafftigen beſchützern unſers hayligen glaubens. So haben vnſer vätter dir vñ vns diſe Chriſtenliche ſach gantz rewlich vñ fridſam bißher gelaſſen, wir werden auch von aller welt biß auff heütigen tag, die Inquiſitores, oder erforſcher ketzeriſcher irrthumb genañt vnd gehalten, Deßhalb wölle dein hayligkait diſe beſchwer alle allain auff vns legen, So verhoffen wir gewißlich vnd vnzweyfenlich ſolchen handel zů ainem gůtten end zůbringen.

---

[2] portenta? *et* ignis? *1 2.* ignomina *1.* [10] protentiore *1. 2.* qui inquit: *1. 2.* [18] (firmiter, crede) *1.* [19] Lemmata Latinis litteris adscripta non nisi in *2.* leguntur. [20] vnd yr lyeben *2.* vberw.] wund'liche *2.* [21.22] wyr gar in grund vnd boden gehen. *2.* [21] beſchwert werden, wyr yn eyn ordenung gedrungen, vnd dotzů der name *2.* [27] vorßehendē *2.* [29] damit *omis. 2.* [9.29.30] bettelm.] Hochstratus. [31] deynem luſt, *2.* [32] tzyckind', *2.* [33] es *omis. 2.* [37] vetter *2.* rüelich *2.* [38] ketzereyſchen yrthumbs *2.* halten, der halben *2.* [39] vngetzweyffelt *2.*

Digitized by Google

Iam totus Cardinalitius Senatus Pontificem compellat, uti res in istiusmodi homines devoluturi, qui etiam Hussitam Constantiæ armis victricibus exuerunt et pugnæ iam adsueti conflictum forti animo sustinebunt.

Tandem res eo devenit, ut dolis, insidiis, invidia et fraude utrinque rem iam pæne inclinatam restituerent, et quo maiore tum opera tum studio rem tractarent, fratribus Pontifex dixit 'Fratres, si nunc prospere, ut Constantiæ, hæreseos tumultus abegeritis, magna præmia a nobis exspectabitis: quadruplicis enim vestri Ordinis viros videbitis, abiectis tam monstrosis vestibus sublimi cultu ornatos, equis et sellis invehendos ac purpureis mitris conspicuos, insuper et pinguibus Episcopatibus dotatos cernetis. ite feliciter et dominium nutabundum erigite, ac nobis vobisque consulite, fratres, conati incendium extinguere!' Nescio quo fato factum, quum autem ipsi pro aqua vinum quod aiunt defecatum infudissent, et flamma oborta totum pæne consessum exanimasset, fratres isti sibi fuga consulentes aulam reliquerunt et ignem longe lateque relucentem. Tunc Pontifex totusque Senatus propius accesserunt ad hunc ignem, suggestione dæ-

Als bald hatt die verſamlung der Cardinál den Bapſt ſtettlich angeſúcht, | Versamlung. vnd getriben, diſe ſachen den Múnchē zúbefelhen, Dieweyl ſy doch Joannem Huß zú Coſtnitz mit jren ſyglichen waffen vberwunden haben, vnd diſen krieg, als die ſo des harniſch vnd feldtlegers gewonet ſeyn, auch mit ainem vnuerſchrocken gemút gedulden mógen.

Vnd iſt die ſach endtlich dahin geraycht, das diſer baufellig zerfallen handel durch betrug, liſtigkait, neyd, vnnd was weg man dartzú brauchen mēcht, widerumb ſoll auff gericht werden.

Damit aber die bettelmünch deſter williger weren, ſouil deſter mitt gróſſerm fleyß vnnd ernſt zú handeln, Sagt der Bapſt zú den München, Lieben brúder, wa jr diſe ketzerey mit füglichem ſyg, wie zú Coſtentz beſchehen, abwenden mécht, ſo ſollt jr auch vō vns groſſer belonúg gewártig ſein vñ die verwanten ewers ordens vilfáltigklich begabt, Nemlich, das ſy jre kutten von ſich werffen, vnd mitt ander vnd héchſten zierde beklaydet werden, Jr ſollt die auch auff hohen pferden reytten, mit ſeyden hauben bedeckt, vñ mit gútten fayſten Biſtumben begabt ſehen. Darumb wéllet die ſach glücklich vnd tróſtlich angreyffen, die ſinkenden vnſer herſchafft widerumb auffrichten, vnd gútten fleyß fürwenden, vns vnd euch zú nutz, diſes fewer auß zúleſchen.

p. 6. | Auß was ſchickung es ſich nun fúget, wayß ich nit, Dann || da die Münch vnderſtúnden, in das fewer waſſer zúgieſſen wurd gebranter weyn darauß. Alſo das das angetzúndet fewer gantz vberhand name. Derhalben die Münch in jn gedachten, ſich eylendt hynweg zú fúgen, wie dañ geſchach vnd ſy den Künigklichen Sal vnnd diß fewer alſo brinnen verließen. Als bald giengen der Bapſt vnd ſeine verſamlúg mitainander noch náher zú dem fewer, hieltē dafür, das ſelbig fewer durch teuffels oder ander zauberliſt

---

[11] vobisque consulite, fratres, conati incendium extinguere, nescio quo fato, factum. Quum autem *1. 2.* [16] Alsbald] Jú ſtundt *2.* ſtatlich *2.* [17] Johannem Huſß tzú Coſtenitz *2.* [18] ſyglichen] füglichen *2.* [20] gericht *2.* [21] neyd, vñ haſß, durch was weg dartzú mann brauchen *2.* ſolt *2.* [25] Coſtnitz *2.* [26] vierfeltiglich *2.* *(ut in Latino.) recte.* [28] die *omis. 2.* [29] ſehen.] ſeyn, *2.* [30] die ſinkenden *omis. 2.* [32] geſchickungk *2.* fúgkt *2.* den ob dye *2.* [32 33] ſich vnderſtunden *2.* [33] tzúgyſſen, ſo wurde *2.* Alſo, das antzundte fewr *2.* [34] in jn ged.] eyn radt funde, *2.* [35] zú f.] tzúthún, *2.* [36] brinnet *2.* gynge d. B. v. ſ. vorſamlenten, mit vorwanten noch nehrt zú *2.* [37] das ſólche f. *2.* tzeybereyſche lyſt, *2.*

Digitized by Google

moniaca accensum rati. Tunc Senatus Romanæ Ecclesiæ supplex Pontificem orabat in hæc verba

'Sanctissime Pater, tibi potestas tradita est in cœlo et in terra: huic igitur Elemento maledictionibus obnitere, ne in immensum sumptis viribus accrescat. nullum est, quod certo scimus, sub cœlo Elementum quod non tuo imperio dissolvatur; tibi imperium in cœlo et terra commissum; etiam Purgatorium pro tuo arbitratu defunctorum animas vel tormentis cruciat vel liberat: quare sanctitate tua hunc ignem maledictionibus solidis adgredere, ne omnibus hodie contemptui simus'!

Accessit ad ignem Pontifex propius inquiens 'Maledictus qui succendit hunc ignem, obscurent te tenebræ et umbræ mortis, occupet te caligo; nox tenebrosa te possideat, ne lux tua ultra illucescat, et qui tibi alimentum fomitemque præbuerit, percutiat eum Dominus ulcere Aegypti et partem corporis, per quam stercora egeruntur, scabie et prurigine, ita ut curari non possit! Percutiat eum Dominus amentia et cœcitate ac furore mentis, ut palpet in meridie, sicut palpare solet cœcus in tenebris!'

Postquam hæc dixerat Pontifex sensaratque verba suæ exsecrationis nihil in ignem posse, sibique falso persuasum esse agnovit, potestatem se habere in Elementa, ira motus exspiravit. quo viso tota concio in risum soluta abiit.

alſo angezündet were, vñ erſůchet der Römiſch hauffen den Bapſt zům höchſten auff diſe maynung.

Romisch hauff. | Aller hayligſter vatter, dir iſt der gewallt geben in hymel vnnd in erden, der wegen wölleſt diſes Element des fewers vermaledeyen, auff das es durch ſeyne genömene kreſſt nit noch weytter erwachs. Dann wir wiſſen fürwar, das kayn Element vnder dem hymel iſt, das durch dein gewallt vnd gebott nicht zergee, Dir iſt das Reych in hymel vnnd erden befolhen, Alſo, das auch das Fegfewr die verſtorben ſeelen deines gefallens peynigen oder freygebē můß. Darumb wölleſt diſes fewer mit gewonlichen vermaledeyungen angreyffen, auff das wir nicht aller welt zů ſpott vnnd ſchanden werden.

Vermaledeiung. | Der Bapſt nahet ſich zů dem fewer, vnd ſagt, Verflůcht vnnd vermaledeyet ſey der, ſo diſes fewer angezündet hatt, Dich ſollen alle finſternus, vnnd der ſchaden des todes verblenden, Dich ſoll die finſternus vbergeen, Die nacht beſitze dich, auff das dein liecht nit meer ſcheyn, Vnnd alle die ſo dich etzen vnnd trencken, werden von Gott mit den kranckhaiten vnd blagen der Egyptier geſchlagen, vnd dein hinder werd dir reydig vnd ſchebig, Alſo, das du nymer mögſt hayl werden. Der herr blag jn mitt taubhait, vnſynnigkait vnd blyndthait ſeynes gemüts, das er zů mittem tag vmbſich tap, wie ain blinder in der finſternus. ||

Als der Bapſt diſe wort volendet, vnd befund, das ſeyne vermaledeyungen zů nider- | p. 7. truckung diß fewers nicht krafft hetten, Auch das man jm ainen falſchen radt in dem mittgetaylt het, als ob er auch vber die Element gewallt haben ſollt, iſt er alſo mit zorn bewegt, das er ſeynen gayſt auffgeben hatt. Derhalben nach volendung diſes ſpyls, iſt yederman zůgelechter bewegt worden.

M. D. XXiiij.

---

[14] prurigini 2. [17] execrat. 2. [24] krafft 2. [28] ſpot, vnd tzů 2. [29] tzům ſ. 2. [30] ſchaden] ſchatten 2. [31] beſitzt 1. [32] dein l. n. m. ſch.] keyn lyecht mer ſcheyn, 2. eſſen, vnd trincken 2. [33] plagen der Egiptziger 2. hyndern dyr 2. werd *omis.* 2. [34] das du daran n. 2. plagt 2. [35] vnd *omis.* 2. [37] befand, 2. [38] des fewrs nichts wircken wolt, Auch 2. [40] iſt *omis.* 2. [41] wordenn. ꝛc. 2. *(omisso anni numero.)*

Digitized by Google

CCCLV.

Manes Huttenj an die Teutſchen.

Jch was etwann ein Ritter werd
da was allzeit mein höchſt begerd
Vz doch Teutſchlandt möcht werdē frey
Vom Bapſt vnnd ſeiner ſchinderey,
Vnd hab darauff vil warnung than,
Niemants der wolt ſich keren dran,
Biß ihrs zůletſt ſeindt worden innen,
Nu hoff ich gantz werdt euch beſiñen,
Vnnd meiner warnung kommen nach,
es brecht ſunſt ewer manheit ſchmach.
On zweyffel iſt nu hie die zeyt
Das werd diß Nation gefreit,
Vnnd gworffen ab das harte joch
Darunder mann beſchwerlich zoch.
Darumb all Fürſten ich verman,
Den Edlen Carolum vor an
das ſie mein warnung nemen an,
Den adel vnnd die frummen ſtett
Herzů wer mannes hertzen hett,
Erbarmt euch vbers vatterlandt
Jr werden Teutſchen regt die handt
Gebt forter nit der lügen ſtatt,
vnnd wem das nit zůhertzen gaht,
Der hat nit lieb ſein vatterlandt,
Jm iſt auch Gott nit recht bekannt.
Her zů ihr frommen Teutſchen all,
Mit gottes hilff, der warheit ſchall,
Jhr landßknecht, vnd ihr Reüter gůt,
vnnd all die haben freyen mut,
Den aberglauben tilgen ihr,
die warheyt bringen wider hir,
Vnnd dweil das nit mag ſein inn gůt
So muß es koſten aber blut.

CCCLV. Schluß der cammerlanderſchen Schrift „DER new Deutſch | Bileams Eſel. | Wie die ſchön Germania durch arge-liſt vnd zauberey iſt zůr Bäpſt Eſelin transformiert | worden, Jetzunt aber, alß ſie vom Waſſer, auß dem Weiſſen | Berg [Wittenberg] flieſſent, getruncken, durch Gottes genad ſchier | wider zů ihrm rechten Aufſitzer kommen." (Darunter ein Holzſchnitt und unter dieſem:) Paulus. | Jhr Herrn ſchont mir der Eſelein. | Es rith drauff inn der herze mein, | Chriſtus, der welt eynig Heylandt | Der will nit mer ewr ſpott vnd ſchand. | 20 Bll. 4°. o. O. u. J. [J. C. Gottſched Nöth. Vorrath zur Geſch. der deutſchen Dram. Dichtk. Lpz. 1757. 8°. S. 55. weiſt dieſe Schrift irrig dem Jahre 1522 zu. Karl Goedeke, welcher (Pamphilus Gengenbach. Hanover. 1856. 8°. S. 310...342.) einen Wiederabdruck giebt, hält ſie für eine zur Zeit des Trienter Concils gemachte Bearbeitung eines älteren Stückes.]

Digitized by Google

Da nemb ihm keiner bschwernuß ab,
wie wol ichs selbs gescheuhet hab,
Hofft zůerfinden ander maß.
Nun aber nit will helffen das,
So muß mann thun was fügen will
Wolauff es ist die zeyt vnnd zil
Ein jeder nach der warheyt iel.
Wir habens schimpffs gehabt genug
Vnnd sehen nun ihr list vnd btrug
Glaub niemant forter ih:[er] sag,
die Wârheyt ligt am hellen tag.
Aber Petre steck ein dein schwert,
diß alles hab ich geystlich glert.
Paulus Petro schon widerstahn
So muß es auch am Bapst außgahn.
Das Sfatze ist den bösen geben,
Gott helff vnns inn das ewig leben.

Ehren Holdt.

Niemants wölls vns für vbel han,
Das wir die warheyt zeygen an
Darzů ich jedermann verman
Der lugen fort soll müssig gahn
Es ist nu schier auff der zeyt
das endt der welt ist nit mer weyt
Darauff ein jeder sey berait
So gibt vns Gott sein seligkeyt.
AMEN.

BASILEÆ. **CCCLVI.** 19. IAN. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS PAVLO BOMBASIO S. D.

Tuum tam diutinum silentium, mi Bombasi, non mediocrem sollicitudinem iniicit animo meo, num satis salvæ tibi res sint . . . . . Et tamen interim emisimus multos libros: nec enim aliter decet Erasmum mori. Rex Galliarum montibus aureis allicit ad se: non audeo ire, ne videar me conferre ad hostem Cæsaris, cui iuratus sum consiliarius, nec ignoras quantus sim belligerator. nec interim tamen penditur pensio, nec pendetur, opinor, ni redeam in Brabantiam. atque illic, præterquam quod omnia tumultus plena sunt, gladius datus est Carmelitæ cuidam simpliciter furioso, qui mihi peius vult quam Luthero, idque ob linguas et bonas litteras felicius apud nos subolescentes quam isti vellent. Romæ quidam me faciunt Lutheranum, in Germania sum Antilutheranissimus, nec in quenquam magis fremunt quam in me, cui uni imputant quod non triumphant.

CCCLVI. 1...4 = Erasmi Epp. (Ind. bibliogr. nº. 53,2...5.) 1) p. 818. 2) p. 782. 3) p. 1082. XXI. 11. 4) p. 781. sq. nº. DCLXVIII.

Digitized by Google

dispeream ni malim emori quam tantum odiorum in me conflare. Opinor te scire quam criminoso libello sit in meum caput debacchatus Huttenus; sed præter hunc multi libellos habent in procinctu, ad primam occasionem emissuri, siquid scripsero adversus Lutherum; et tamen urgentibus undique regibus et amicis aggressus sum negocium, quo scio me nihil aliud profecturum quam ut renovem illorum tumultus: nihil illis pertinacius, et sunt innumerabiles, ut vix credas . . . . . Scribunt mihi pontificem esse amico in me animo. Bene vale. Basileæ, decimo quarto Calen. Februar. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

BASILEÆ. **CCCLVII.** 30. IAN. 1524.

CATALOGVS LVCVBRATIONVM DESIDERII ERASMI ROTERODAMI.

ERASMVS ROTERODAMVS
ORNATISSIMO VIRO
D. IOANNI BOTZHEMO
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI CANONICO CONSTANTIENSI S. D.

Non pateris, Abstemi, vir clarissime, quicquam mearum lucubrationum deesse tuæ bibliothecæ, sed quereris idem opus tibi subinde commercandum uel retextum vel locupletatum vel recognitum. proinde rogas, ut tibi catalogum omnium nugarum mearum verius quam librorum describam, et cui postremam manum addiderim indicem, ne vel fugiat aliquid quod non habeas, vel emas aliquid quod mox denuo cogaris emere. Morem geram voluntati tuæ, per te quamplurimis etiam aliis ni fallor eadem opera gratificaturus. . . . . Sunt et epistolæ cæteris admixtæ aut separatim excusæ, quæ videri possint Apologiæ, qualis est illa ad Marcum Laurinum, ad Iacobum Hoghestratum. Sed a rixarum commemoratione libenter discedo, et iam rixandi videbatur finis, nisi subito ac præter omnem spem exortus fuisset Ulricus Huttenus, ex amico repente versus in hostem: tantum valet apud leves homines mala lingua: hoc nemo scripsit in Erasmum hostilius. Et tamen non eramus responsuri, nisi graves amici iudicassent hoc ad meam existimationem interesse. Exiit itaque Spongia ipso titulo stili modera-

CCCLVII. 1 = CATALOGI | DVO OPERVM DES. ERASMI ROTE-|rodami ab ipso conscripti & digesti: Cum præfatio-|ne D. BONIFACII Amerbachij Iurecõs. *etc.* BASILEÆ, ANNO M.D.|XXXVII || 4°. *Item:* CATALO-|GI DVO OPERVM D. | ERASMI ROTERODAMI ..|||||| ACCESSIT | Vita Erasmi, per Beatum Rhe. ad Episco. Colon. | Monodia Frederici Nauseæ Erasmi uitã graphicè |·depingens. Vita Erasmi exipsius epistola ad Ser. | patrem. | Præterea, ne quid desideres, | Epitaphiorum libellus cum clarifs. uirorũ aliquot | epistolis: cumq; Monodijs, Encomijs, consolationi-| bus, Elegijs, multisq; doctisi. uirorum Epitaphijs, nunquàm impressa. [*sic*] | ☞ Antuerpiæ apud uiduam Martini Cæsaris, | expẽsis Ioannis Coccij, circiter Calẽ. Maias. Anno | M D.XXXVII. | 8°. 2 = Erasmi Operum Tom. I. Basil. 1540. fol. B*2ᵇ. sqq. et procul dubio etiam in edit. Lugd. Bat. 1703. fol. tom. I. qui liber mihi ad manus non est.

[8] *Basilea* 19. Ianuarii, Anno 1524. *4.* Anno M.D.XXIV. *3.*

Digitized by Google

tionem pollicens, quam tamen videor nonnullis nequaquam præstitisse, quum ego teste conscientia summo studio sim adnixus, ne quem omnino per occasionem attingeret mea defensio; ipsi etiam Hutteno parcere studens, quantum res ipsa pateretur. Qui Hutteni famam apud omnes sartam tectam volunt, illis indignentur qui hominem suis mendaciis huc perpulerunt, magis etiam istis aut iisdem potius qui hoc summis viribus agunt, ut in mortuum etiam stringam calamum: quod tamen a me nunquam extorquebunt: nec enim libet furere, et video rem prorsus exisse in rabiem. Proinde posthac non est animus cum istiusmodi gladiatoriis libellis congredi: primum admitar, ut hanc conscientiam approbem Christo, speroque futurum, ut consilii mei rationem optimus quisque suo calculo comprobet. Istis vero rabulis, qui prorsus nescire videntur quid intersit inter scribere et furere, equidem malefacere malim quam maledicere, si Christianum esset omnino cuiquam malevelle. Ab iis vero qui Spongiam atrocem ac procacem videri volunt, tantum illud petam, cogitent quam non vulgariter dilexerim Hutteni ingenium, quanto candore, quot editis scriptis illum nondum admodum celebrem orbi commendarim, quot epistolis illum prædicarim apud amicos, præsertim apud R. Card. Moguntinum: in quadam epistola confero illum cum Thoma Moro, quo viro multis iam seculis nihil sol vidit integrius, candidius, amicius, cordatius: huius se vehementer dissimilem probavit Huttenus, meque vanum præconem fecit. in opere novi testamenti iam tertium edito, quam non vulgari affectu laudes illius persono. Iam et illud cogitent, quam illi nulla a me præbita est occasio recedendi ab amicitia, quam non oportuit absque gravissimis causis rescindere. deinde quam ille non solum violarit amicitiæ iura, verum etiam velut ex insidiis plusquam hostiliter impetierit et famam et vitam amici: nam omnino res ipsa loquitur Huttenum non alio consilio scripsisse sic in me quam ut calamo iugularet quem gladio non poterat. Et ut sibi videbatur vir fortis, sic cogitabat, seniculus est, valetudinarius est, meticulosus et imbecillis est, mox efflabit animam, ubi legerit hæc tam atrocia: hoc illum cogitasse, voces etiam quas iactabat arguebant. Nunc appellabo conscientiam illorum qui Huttenum domestice noverant, quanquam et hi, quibus cum illo nulla erat familiaritas, norunt quam fuerit omnis illius vita militaris, ne verbo utar acerbiore; et tamen in tota Spongia nusquam obiicio luxum, quem illum nec miserabilis ille morbus dedocere potuit; nusquam aleam aut scorta, nusquam profusione decoctam pecuniam, conflatum æs alienum ac frustratos creditores. Iam illa facinora, quæ designavit extorta a Cartusiensibus pecunia, truncatis aliquot monachis, impetitis in via publica tribus abbatibus, ob quod facinus unum e famulis deprehensum decollavit comes Palatinus; hæc, inquam, atque huius generis permulta etiam populus ubique novit, ego tamen nihil horum in Spongia refrico, nec in hostem regero vera notaque crimina, quum ille in amicum atque etiam bene meritum tantam falsissimorum criminum lernam impudentissime congesserit. At in tota Spongia nullum prædonis, raptoris, aut latronis, aut decoctoris convicium: nam quod illic in genere dicitur, ad nullius contumeliam, sed ad omnium utilitatem pertinet. Et sunt quibus videor atrox in Spongia. Quas nugas ille expostulator, quam atrocibus verbis exaggerat? Ego in tam multis et vulgo notis an non potuissem esse disertus, nisi meum ingenium vehementer abhorreret a maledicentia? de vulgata ad cardinalem Moguntinum epistola sic refero, ut ipse solus fuerit intellecturus. alterum facinus hoc etiam perfi-

---

[7] Promissioni non stetit Erasmus, neque dum ipsam facit vanus præco. [47] sic ref.] Immo ipsum Hutteni nomen omnibus suis litteris expressum est Spong. §. 328.

Digitized by Google

diosius, nec attingo, quod utrunque condonaram amicitiæ nostræ: et ille putabat æquum, ut ob excusatum colloquium sic debaccharetur in amicum, idque in gratiam unius aut alterius, quibuscum contraxerat novam amicitiam, ipsi non magno futuram usui. Si falsa crimina falsis retaliassem, par pari relatum erat, nisi quod plausibilior est eius causa, qui lacessitus prodit in pugnam: nunc acerbus videor qui, sic lacessitus tot sycophantiis, ne veris quidem ac populo notis criminibus abutor ad mei defensionem. Iam in invidiam mei vulgarunt Martini Lutheri epistolam privatim ad amicum scriptam de Spongia: quantum sit huic Lutheri iudicio tribuendum, in præsentia non disputo; me certe nihil movet; illud requiro, quur qui hanc epistolam ediderunt, non eadem opera vulgarunt epistolas Philippi Melanchthonis, quibus hunc Hutteni conatum detestatur ut pestiferum evangelico negocio, et non semel insaniam vocat. Sunt apud me tres illius epistolæ ad diversos amicos scriptæ, in quibus execratur rabiosos libellos quos nobis subinde mittit novum hoc evangelium; quanquam plura scripsit aliis. Ea premunt homines callidi, interim furiosis et anonymis aut pseudepigraphis libellis debacchantur, et post hæc iactant se pro evangelio decies mori paratos. Quur igitur non docent Romæ? magna est vivæ vocis energia. quur non debacchantur in Cæsarem æque atque pontificem? quia minus tutum est. Ubi igitur votum martyrii? Certe docere debuerant, si nolunt provocare. Non me fugit hoc fuisse consilium quorundam, qui se falso iactant evangelii nomine, ut me libellis rabiosis obruerent, ne quid molirer in Lutherum: fingant lapidatum Erasmum, an ilico res illis bene sit habitura? nec perpendunt, si mihi tanta esset ulciscendi libido, quanta illis lædendi, quantopere et potuerim et possim istorum causam affligere. Quis non agnoscat hic spiritum evangelicum, quo mille iam annis caruit mundus? Esto, sit evangelicum libere debacchari convitiis in noxios, verum manifestis mendaciis impetere caput immerentium, an et istuc exemplum evangelicum est? Vinum infundit vulneribus medicus evangelicus, sed idem addit oleum; et vinum infundit, non acetum: isti quidam venenum infundunt pro vino; neminem occidunt gladio, sed sceleratius linguis et calamo; et tamen non habent quod obiiciant mihi, nisi quod nolim mei capitis periculo profiteri quæ vel non assequor vel pro dubiis habeo, vel non probo vel nullo fructu professurus sim. alioqui quis plura scripsit adversus fiduciam ceremoniarum, adversus superstitionem ciborum, cultus et votorum, adversus eos qui plus tribuunt hominum commentis quam literis divinis, qui pluris faciunt humanas constitutiones, quam præcepta dei, qui plus præsidii collocant in divis quam in ipso Christo, adversus theologiam scolasticam philosophicis et sophisticis argutiis corruptam, adversus temeritatem quidvis definiendi, adversus præpostera vulgi iudicia? Quam vero non blandiar summis etiam principibus, libri mei satis declarant. Hæc aliaque permulta, quæ pro modulo gratiæ mihi datæ docui, constanter docui, non obstrepens cuiquam qui doceret meliora. Et Erasmus nihil docuit nisi eloquentiam. Utinam istud persuadeant amicis meis *ματαιολόγοις*, qui constanter iactant quicquid docuit Lutherus hausisse e scriptis meis. tametsi non invideo laudem istam Luthero, habeat in solidum, modo glorificetur evangelium: summa criminum meorum est, quod sum moderatior, et hoc nomine male audio utrinque, quod utranque partem horter ad tranquilliora consilia: libertatem non improbo charitate conditam; ex rabiosa maledicentia quid nasci potest nisi cruenta seditio? Si nos Romanam ecclesiam infa-

---

[8] epist.] Cf. supra p.379.sq. [11] epist.] vulgavimus p. 258. sq. [42] *ματαιολ.*] vaniloquis [12] non semel] Immo, semel tantum *μανίαν* vocat in tribus illis epistulis,

Digitized by Google

memus, et illa vicissim nostra prodat mala, nonne præclarum spectaculum edetur hostibus nostræ religionis? Clemens offert sese paratum ad corrigendam ecclesiæ corruptelam; misit legatum, quo nullus optari potuit vel æquior vel humanior: et isti tantum maledicunt, quasi nihil sit illis dulcius rerum omnium confusione. His imputent si principes tandem efferati sævire promiscue cœperint in fortunas et capita plurimorum. Id si fiat, vereor, ne quidam sero probaturi sint meam moderationem. Quis enim ferat istos quosdam, qui prætextu evangelii nec principes audiant, nec pontifices, nec ipsi auscultent Luthero, nisi quum est ipsis commodum? Alioqui et Lutherus illis homo est et humano spiritu ducitur, aut non scripsit ex animo suo. Magnum vero crimen, si quod nunc seditiose fit, cupio citra seditioenm fieri, principum assensu, qui si non facturi sunt quod optimum est, quid sceleris admissum est, quod illos admoneo? Nec revoco volentes incendium restinguere, sed eos damno qui oleum addunt camino, et morbum qui iam annis plus mille inveteravit, violentis pharmacis subito volunt tollere, maximo totius corporis periculo. Quam moderationem apostoli præbuerunt Iudæis, qui a saliva legis inolitæ non poterant alduci, eandem opinor recte præstarent his qui plurimis iam seculis tot conciliorum, tot pontificum, tot insignium doctorum autoritatem sequuti gravatim huius recentis doctrinæ mustum recipiunt. Et interim pono illos errasse, hos omnia vera docere: agat utraque pars Christianis rationibus Christi negotium, et videbit quid sim pro mea qualicunque portione in medium allaturus. Sed longius efferor, ad Huttenum redeo. Utinam qui tragœdiam hanc excitarunt primum et nunc renovant, paterentur Hutteni manes quiescere, neque nos huc perpellerent, ut, quod dici solet, cum larvis luctemur: quanquam cum larvis pugnat non qui maledico libro, quem aliquis velut iniecto iaculo venenis tincto relinquens fugit e vita, respondet, sed qui mortuum non responsurum ultro criminatur: ego Hutteni manibus, ubi mihi mors hominis est nunciata, animo Christiano precatus sum dei misericordiam: et audio hominem sub mortem deplorasse, quod deceptus quorundam versutia lacessisset amicum. Video me longius digressum ab eo quod instituera m, sed tamen non possum mihi temperare, quin in amici sinum effundam quod hisce diebus comperi, quo plane intelligas quam non evangelico spiritu quidam dissidiorum materias captent ac gignant qui se vehementer evangelii nomine iactitant: rem narrabo, autorem ipse facile divinabis, de quo quum mihi frequenter relatum esset, quod parum amice de me loqueretur, neglexi, adeo ut nec expostularim in colloquio; tandem ubi renunciatum esset, quod me satis odiose dixisset prophetam Balaam, quasi mercede conductus essem ad maledicendum populo dei, non arbitratus sum tam atrocem contumeliam dissimulandam; itaque casu nactus hominem seduco, rogo, num verum esset quod ad me delatum erat. ille tergiversatur, nec inficians, nec confitens; tandem urgenti respondet id dictum fuisse a mercatore quodam Gallo, qui tum hinc abierat: et fieri potest, ut hoc mercator dixerit, sed ab hoc doctus; quum instarem, ut redderet causas, quur illi viderer dignus eo convicio, respondit se audisse quod iactassem me habere consilium, quo prorsus extingui posset hoc incendium Lutheranum, hoc est evangelium. nam hanc interpretationem ille adiecit. ego nondum intelligens, unde natum est hoc mali, respondi me principibus pollicitum esse consilium, quo posset componi dissidium hoc quam minimo tumultu citraque dispendium libertatis evangelicæ, modo id vellent fieri clam ac tuto; verum hoc consilium esse tale, ut verear ne principes non sint admissuri. Post aliquot dies originem huius mali forte fortuna didici ex oratione Pellicani nostri: narrabat enim clarissimum Poloniæ Baronem Hie-

Digitized by Google

roslaum, Palatinum Siradiensem, quum hic ageret nescio quid minitatum in Lutheranos, ubi redisset in patriam; eum, quoniam senserant amantissimum mei crebroque nos invisere, suspicati sunt quidam meis verbis exasperatum, meoque armatum consilio. Nunc rem, ut habet, accipe, mi Botzeme, et intelliges quod frequenter maxima de nihilo nascitur historia. Quum induxissem Hieroslaum in bibliothecam, ille iniecit mentionem de Luthero; rogavit, num doctus esset; probavi doctrinam. quid sentirem de dogmatibus eius; aio rem esse supra meam cognitionem, tametsi negari non posset illum multa præclare docuisse, multa recte monuisse, et hulcera quædam fortiter exagitasse. rogat quos illius libros potissimum probarem; nomino commentarios in viginti psalmos et opus de quatuordecim spectris, addo eos libros etiam illis probari qui reliquos damnarent, quanquam et in his, inquam, admiscet quædam sua. Ille repetens pronomen 'sua' risit. Hoc fuit nobis primum colloquium de Luthero, ex quo nec ille satis percepit quid mihi esset animi in Lutherum, nec ego quid illi. Rursum quum iterum inviseret me, forte iacebat in mensa inter multas chartas epistola quam Lutherus recens ad me scripserat. ex hac ille nescio quo pacto verba quædam oculis rapuerat, quibus Lutherus videbatur parum magnifice de me sentire; mox inter confabulandum visus est velle suffurari literas; id ego dissimulans receptas e manibus illius reposui; post hæc ingressi sumus *μουσεῖον* nostrum et aliquandiu confabulati sumus de rebus quæ nihil ad Lutherum attinebant; interim animadverto illum rursus eandem epistolam tenere clanculum; ibi ridens 'ut video' inquam 'moliris hic furtum aliquod'; arrisit ille et fassus est; rogo in quem usum vellet eam tollere; 'Dicam' inquit, 'multi conati sunt nostro quoque regi persuadere tibi cum Luthero fœdus esse arctissimum; eos coarguent hæ literæ'. 'Ad hoc' inquam 'reddam te instructiorem et hanc dabo *αὐτογράφον*, simulatque fuerit descripta, et addam duas alteras, in quibus odiosius etiam de me prædicat', quarum alteram exuderant Argentorati, alteram nuper ediderunt nescio qui. 'his' inquam 'potes et apud Cæsarem (nam eo proficiscebatur legatus) docere, mihi non tam arctam esse necessitudinem cum Luthero quam multi prædicant'. Rursus alio colloquio roganti nunquid scriberem contra Lutherum, aio me tot laboribus necessariis distrahi, ut ad alia nullum esset ocium. tum aperit mihi quantopere Poloniæ rex infensus esset Luthero, narrans cuiusdam prædivitis fortunas omnes addictas fisco regio ob unicum Lutheri libellum in illius ædibus repertum. ibi satis præ me tuli mihi non probari vel saeviciam vel exemplum per occasionem invadendi domos civium. Denique conscensurus equos redit ad me ac deposito in mensam vasculo argenteo 'Rogo' inquit 'ut hoc animi mei pignus sinas esse apud te'. Quum ego recusarem, causans me nihil unquam de illo promeritum, nec esse in quo possem illi gratificari, 'Nihil' inquit 'aliud abs te peto, quam ut ames hunc hominem'; tandem tradit et regium edictum formulis excusum. Hæc est tota nostra de Luthero confabulatio: sic ille discessit a me instructus et exasperatus in Lutherum. Hunc igitur, ut nunc intelligo, interpretati sunt esse Balac, qui me vasculo conduxerit, ut maledicerem evangelico populo. atqui hanc amicitiam non conflavit inter nos Lutherus: ante tres annos coierat inter nos noticia, primum Bruxellæ, mox Coloniæ, quum id temporis regis sui nomine apud Cæsarem legatione fungeretur; comperi iuvenem quum non vulgariter eruditum tum erga meliores literas favore singulari ac religiosa quadam veneratione affectum. in hac lega-

---

15 epist.] cf. infra num. CCCLXIII. 25 Monstrat se turpissimum insidiosissimumque proditorem Erasmus. 42 Balac] Cf. Numer. capp. 22. sqq.

Digitized by Google

tione secum ducebat duos fratres suos, Ioannem aliquanto natu minorem, et Stanislaum, utrumque pulchre literatum, nec aliter affectum ergo bonas literas quam erat ipse; in quibus quoniam omnes sibi persuaserant me esse aliquid, ipsis oculis ac fronte, totoque quod dicitur corpore miram quandam in me spirabant benevolentiam. talium hominum favorem ut non illibenter amplexus sum, ita gratulor bonis literis, quod incipiant a summatibus etiam viris coli. Iam si iniquior erat Luthero, eum animum secum huc attulerat, non hic hauserat; per me citius mitior factus est quam iritatior. an mihi submovendus erat a colloquio, quod non probaret Lutherum? at eodem tempore non submovi qui venerant Wittenberga, Luthero addictissimi, cupidissime visurus ipsum etiam Philippum Melanchthonem, si huc se contulisset: ego nulli unquam renunciavi amicitiam vel quod in Lutherum sit propensior, vel quod a Luthero alienior, modo mihi fidum et comem præstet amicum. sed istos quosdam ingratos, perfidos, leves, furiosos, seditiosos, maledicos, vanos, perniciosissimos hostes et evangelii et bonarum literarum et publicæ tranquillitatis odi, in utracunque parte fuerint. An Hieroslai munusculum, quod ille sui *μνημόσυνον* apud me residere voluit, ideo rusticana incivilitate reiicere debui, quod ille male sentiret de Luthero? Certe nullus principum hactenus mihi quicquam potuit obtrudere hoc nomine, ut scriberem in Lutherum, quod tamen evangelici quidam contra suam ipsorum conscientiam impudentissime mentiuntur. Habes totam comœdiam: iam scio dicturus es, *τί ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον*? Recte mones, itaque recurro ad Catalogum. . . . . Basileæ tertio Cal. Febr. Anno a Christo nato M.D.XXIIII.

GOTHÆ. **CCCLVIII.** 1. MART. 1524.

[CONRADVS MVTIANVS ERASMO.]

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

conviciis, ut etiam sub principe nostro Friderico parum sint æqui aut propitii bonis viris. Quorsum tendat temeritas et perversa ostentacio non video. Non obsunt cameli et philoscoti. Nocent Hebræi male Christiani per speciem pietatis simplicem crudelitatem mira vafricie corrumpentes. Eorum scelera et iniurias tua divina oratione facile poteris ulcisci, si limam aliquam in vaticinia et Mosen conscripseris, ne facinorosa circumcisio prætextu sacrarum literarum venena pro remediis ingerat lædatque publicam tranquillitatem. Errat meo iudicio civitas quæ ad fœnus exercendum Iudæos recipit; errant qui Iudæum baptizatum publice eruditioni præficiunt. Confluit ea gens ad Lutherum; dat consilia et habetur in precio. O tempora, o mores. Vetus testamentum minus suspecti exponant. Liceat nobis maiorum ritu Christum colere, servare integritatem. Hac de re pluribus, si vacabit, tecum aget Martinus Hunus magister Erfordien-

CCCLVIII. *Ex* Burscheri Spicilegio XIII. „Autographorum illustrantium rationem, quæ intercessit Erasmo Rot. cum aulis et hominibus *etc.* Lips. 1791. 4°. p. XII...XIV.

16 *μνημόσ.*] donum memoriæ causa datum, xeniolum. 21 *τί ταῦτα.*] Quid hæc ad Bacchum? (de iis qui quæ parum ad rem adposita sunt garriunt.) Zenob. V. 40. 29 philosc.] *obscuritatis amatores.* 38 Martin. Hunus, Gifteldensis, Erfordiæ studebat a. 1508, magister factus est a 1523., Patavii a. 1531. med. doctor creatus est; Eobani Hessi, Camerarii, Megobacchi aliorumque amicus.

Digitized by Google

sis, non vulgaris amicus noster, homo probissimus, mihi crede; odit rem tumultuosam et malos viros quos tu sentis efferatiores; scit Lutherum per unum Philippum fieri celebriorem; novit audaciam Hutteni; amat te vehementer; adhæret Eobano et Urbano. utrumque tibi commendo. Ionas, Schalbus, Draco, Crocus a nostra sodalitate defecerunt ad Lutheranos; Eobanus resipuit meo hortatu, vere simplicis et candidi ingenii. Eant alii in lædendis hominibus occupati: ego phanaticos lapidatores non amo; frustra monemus, ut prætor ait, 'Vim fieri veto'. Evocant Vestales; ferociunt tanquam insani; interim Erasmiana lectio tranquillis nobis et fructum affert et voluptatem. Vale doctor clarissime. Ad terminalia instantibus Calendis Martiis. MDXXIIII. Gothe.

Totus tui nominis
Chunradus Mutianus.
concerpe.

— — — — issimo doctori D. Erasmo Roterodamo totius Ecclesiæ singulari ornamento Patri opt.

(sigillum integrum.)

Basileæ.

BASILEÆ. **CCCLVIIII.** 1. MART. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS
IODOCO GAVERO
VIRO PRÆTER IVRIS PROFESSIONEM VNDEQVAQVE DOCTISSIMO
S. D.

Ioannis Nævii communis amici nunciata mors quemadmodum mihi gravem mærorem attulit, ita attulit et salubrem admonitionem . . . . . Ex Germanis amicis nullum desidero præter Ioannem Capnionem, qui florenti quidem senectute, sed tamen iusta defunctus est. poterat adhuc diu succurrere publicis studiis, nisi sic visum esset superis condere quædam animantia quæ nihil aliud quam lædant. Bos arat, equus gestat, ovis pascit: quid faciunt crabrones, cynomyæ, viperæ et cantharides? His accessit publica bellorum tempestas; Utinam liceret Huttenum in hoc catalogo ponere! Nunc circuitu facto redeo Lovanium . . . . . Salutabis . . . . totum sodalitium trilingue. Basileæ Cal. Martiis, Anno a Christo nato M.D.XXIIII.

CCCLVIIII. Hæc epistula, Hutteni consolatoriæ quam vol. I. p. 46. sqq. exhibuimus, in multis locis consimilis, inter Erasmianas Ind. bibliogr. n°. 53,2...5. recensitas legitur: 1 = (53,2.) p. 927...932. 2 = (53,3.) p. 866...871. 3 = (53,4.) coll. 1205...1212. XXIII. 5. 4 = (53,5.) p. 784...790. n. DCLXXI.

[3] Phil.] *Melanchthonem* [4] Eobano *Hesso* et *Henrico* Urbano. [9] Vestales] *virgines moniales.*

[19] De Gauero et medico Ioa. Nævio Lovaniensibus cf. Ioa. Borsali ad Erasm. ep. d. 28. Mart. a. 1519. scriptam. Foppensius neutrum descripsit. [21] Reuchlinus d. 28. Dec. a. 1455. natus decessit d. 30. Iun. a. 1522. [29] catal.] demortuorum amicorum. [30.31] sod.] Busleidianum collegium. [31] *Basilea 1.* Martii, Anno a *Christo* nato 1524. *4.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLX.** 13. MART. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS MAGISTRATVI ARGENTINENSI S. D.

Magnifici ac splendidissimi domini. Et amo et veneror pietatem vestram, quod favetis evangelio, pro quo provehendo ego iam tot annis tantum exhaurio laborum tantumque sustineo invidiæ ab his qui magis student suis commodis quam gloriæ Christi, quanquam alius alia via studet hoc efficere; sed huic sanctissimo negocio sese admiscent quidam qui subvertunt hoc quod agunt alii. Est apud vos quidam Scottus typographus, qui præter alia nuper evulgavit libellum Hutteni in me tam insulsum, ut summopere displicuerit etiam ipsi Luthero et Melanchthoni. nec hoc satis fuit, rursum clam excudit eundem libellum cum invectiva cuiusdam parum sobrii, sed talem ut et bonis literis et evangelico negocio plurimum sit offecturus. Ego quod ad me pertinet, manum non verterim, et scio hanc rem vobis visum iri minorem vestra cognitione; sed tamen istud etiam atque etiam videndum est, ne hæc licentia dissimulata tandem erumpat eo, ut perniciem adferat rei publicæ vestræ. Certe evangelico negocio non parum obfuerit, si videant homines per occasionem evangelii reipublicæ disciplinam fieri deteriorem. Si cupitis cognoscere qualis sit ille libellus, accersite Hedionem aut Capitonem. Non invideo Scotto suum quæstum, et scio eum qui scripsit, alieno instinctu scripsisse. quodsi vestra prudentia iudicabit hoc dissimulandum, æquissimo animo feram; attamen pro meo erga bonas literas et erga rem evangelicam affectu syncerissimo visum est hoc admonere quod fortasse nonnihil etiam ad vestræ civitatis commodum attinet. Dominus Iesus rem publicam vestram bene fortunet vosque omnes servet incolumes, generosissimi ac splendidissimi viri, quorum amplitudini iam olim multis nominibus sum devinctissimus. Basileæ Dominica passionis, Anno M D XXIIII.

CCCLX. 1...4 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n⁰. 53,2...5.) 1) p. 751. sq. 2) p. 716. 3) col. 986. XX. 21. 4) col. 793. n⁰. DCLXXIV.

BASILEÆ. **CCCLXI.** 26. MART. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS AD N. DE LA ROSCHE. S. D.

Ex amicorum literis ac prædicatione cognovi, vir ornatissime, sed præcipue Michaelis Gillis et Guidonis Morilloni, quam candide de nostris studiis sentias. id quidem mihi novum non est, quandoquidem ante multos iam annos, quum apud clarissimum parentem tuum cancellarium tum agerem nescio quid, quo tempore tu novus eras maritus, sensi favorem erga me tuum propensum ac benignum. sane in omnibus mundi regionibus meæ lucubrationes mihi tam multos, tam insignes amicos pepererunt, ut si præterea nihil accederet, tamen hoc nomine mihi potuissem abunde felix videri, ni mea senectus in hoc seculum non uno modo turbulentum incidisset. . . . . In Germania iam pridem gestiebant me stylo confodere qui se iactant evangelicos, quum nihil

CCCLXI. Erasmi Epp. (Ind. bibl. n⁰. 53,5.) p. 791. sqq. n⁰. DCLXXIII.

7 negotio *3. 4. et sic infra.* 11 cuiusd.] Ott. Brunnfelsii. 15 erumpet *3.* 21 sincer. *4.* 25 *Litteris expressus est anni numerus in 3. Perperam 4 sic habet:* Basilea, Dominica Passionis, idest, 27. Martii, Anno 1524.

Digitized by Google

sint minus, nulla iniuria irritati nisi quod libris editis testatus fuissem, id quod res erat, me alienum esse a factione Lutherana: id eo feci quod quidam meo nomine abuterentur apud ignaros, quum non ignorarent rem secus habere. sed continuit illos reverentia quædam hominis, quod ipsi, quantumvis iniqui, non negant, de studiis publicis tantopere meriti: tandem Huttenus huc appulit, qui instigatus ab insanis aliquot strinxit in me mucronem calami sui, congerens quicquid criminum poterat in quemquam confingi: huic respondimus Spongia. ille periit; post hunc exortus est alius illo tum indoctior tum rabiosior, cui nondum respondimus; et consultius arbitror negligere, quandoquidem audio non paucos alios accinctos ad huiusmodi vipereos libellos in me iaciendos. Ab hoc genus intemperiis nec Cæsar nec pontifex potest me tueri: nec enim isti deos verentur nec homines. Tales propugnatores quosdam habet hoc novum evangelium, tam stultos et insanos, ut ipse Lutherus et Melanchthon cogantur in eos scribere. quanquam isti nec suos episcopos reverentur et nostros mirum quam adspernentur. hic nullus est tam vilis aut sordidus quin audeat licenter convitia iacere in optimum quemque, neque pudet quicquam neque metuunt quenquam. Iam tempus erat ut studiis meis fruerer, et in has turbas incidit mea senectus, quæ quum præter solita senum incommoda crudelissime vexetur calculo, tamen hæc sit minima malorum portio: nec interim licet fugere . . . . . In hoc seculum mea senectus veluti mus quod aiunt in picem incidit. Interim antiquantur bonæ disciplinæ, negliguntur bonæ literæ. me certe satietas habet omnium studiorum, postquam video tantam hominum ingratitudinem, ut qui ex meis libris didicerunt sermonis copiam, certatim in me stringant calamum. Hæc visum est in amici sinum effundere: nihil habeo quo me consoler præter bonam erga Christum conscientiam, cuius gloriæ toto faveo pectore. Bene vale. Basil. pridie paschatis, hoc est 26. Martii, An. 1524.

BASILEÆ. **CCCLXII.** 2. APRIL. (A. 1524.)

DES[IDERII] ERASMI ROTERODAMI
EPISTOLA SECRETISSIMA AD
M. CONRADVM GOCLENIVM
LATINÆ LINGVÆ LOVANII PROFESSOREM
cum ipsi vitæ suæ compendium mitteret,
ex ipsius manu fideliter repræsentata.

M. CONRADO GOCLENIO S. D.

Ἀναγίνωσκε μόνος, καὶ λάθρα.

Restat extremus actus huius fabulæ, ad quem peragendam opus est Pylade, §. 1.

CCCXII. 1 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,3.) quarto quintoque libri foliis. 2 =

[8] alius] Otto Brunnfelsius. Ridiculus vetuli Erasmi timor est et angor, præ quibus ignava malitia de iniuria optimo homini sibi unice admirabili dilectoque, i. e. sibi ipsi facta non nisi in verbis ad alios directis prorepere audet. Voluerat homo e latebris suis simulando dissimulandoque splendere; Huttenus stellionem e rimis expavit. hinc illæ querulæ epistulæ lugentesque eiulatus. [20] *Μῦς πίττης γεύῃ.* Macar. VI. 6. [25] toto]? Erasmo Erasmi in pectore primum locum Erasmus dat.

[36] Lege solus et clam nequi sciant. *(Pauca in hac epistula invenias, quæ non*

Digitized by Google

hoc est tui simili: nam hanc fiduciam concepi in te, neque quicquam addubito, quin sis eum animum præstiturus quem hactenus præ te tulisti: sed hic inprimis opus est silentio, adeo ut nullum habeas tam intimum tibi cui hoc credas arcani. venissem ipse, sed longa est via et parum tuta, et arbitror hunc nun-
§. 2. cium satis fidum. Henricus Epphendorpius quem nosti, nebulo natus est ad omnem fucum et malitiam; excitat nobis hic miras tragœdias, ante hac admissus in intimam familiaritatem, quam fatetur sibi fuisse frugiferam. certe, ut scribit Petrus Mosellanus, primum ex commendatione mea dux Georgius dedit illi centum florenos, ut perficeret studia sua. Is per multa vagatus tandem venit Friburgum; ibi scortis, vino et alea decoxit fortiter et tantum æris alieni con-
§. 3. traxit, ut nondum eo redire liceat. Commigravit Basileam ac nobis se ingessit versans interim in publico diversorio. nemo hospes me hic invisebat quin ille sese ingereret. quum peterem Constantiam, ultro se ingessit comitem itineris. fingebat meram familiaritatem, quum tamen aliquid moliretur tragœdiæ: etenim iam tum apud Ioannem Botzemium, apud quem tum mea causa humanissime complures dies tractabatur, clam effudit aliquid sui veneni, et hic ab amicis
§. 4. submonebar quam aliquando parum acmice de me loqueretur. Interim venit Huttenus. hunc multi quidem Lutherani instigaverunt, ut scriberet contra me, sed Epphendorpius instruxit aliquot sycophantiis et subito Hutteno mei reverentiam excussit: nam semper Huttenus me fuerat reveritus: argumenta partim sumpserat ex familiaritate nostra, partim istic hauserat e tragœdia Alardica et Paschasiana, quæ tibi notissima: hinc sunt illi tituli 'Presbytero Theolo', 'Presbytero et scribæ' et crimen illud quod minitatur Otho Epphendorpium mihi posse aspergere. tam vero stultus est, ut quum hic nemo non sentiat illum esse auctorem huius fabulæ, tamen demirabatur se cuiquam esse suspectum, quum nemo viveret amantior Erasmi. nec interim desinebat apud multos voces quasdam effundere quibus prodebat animum suum; et volebat uni mihi igno-
§. 5. tum esse quod nemo nesciebat. Tandem hic sparsa est quædam epistola ridicula in me scripta, quæ tamen ad me non pervenit. Ubi Huttenus abisset hinc Milthusium, quo cum Epphendorpius deduxerat, reversus nunciavit Huttenum nescio quid scribere, fingens se magnopere dolere. Et hoc agebat ut ab amicis extorqueretur pecunia, ne libellus ille prodiret: mirum autem quibus technis hoc agebat apud me, apud Frobenium, apud Bentium; Botzemum etiam hac
§. 6. gratia evocarat Constantia. Interim Huttenus miserat exemplar epistolæ, sed

---

Chphori Saxii de Henr. Eppendorpio comm. Lips. 1745. 4°. p. 31...47. *(tota fere ep. cum Saxii adnotatione.)*

---

contradicant aut simplici veritati aut ab ipso Erasmo alias scriptis. Nos huic epistolæ, nisi stomacho laborasset cum eam scriberet Roterodamus, HVNC TV CAVETO *supra scripserimus.)* [6] De his 'tragœdiis' vide Chphori Saxii de Henr. Eppendorpio commentarium Lips. a. 1745. 4°. editum, ubi p. 23. sqq. binæ Erasmi de Eppendorpio ad duc. Georgium æstate a. 1522. scriptæ litteræ leguntur. [21] Alardus Amstelodamensis apud Lovanienses professor Græcæ Latinæque linguæ. 'Mechliniæ Carmelita quidam Paschasius publicitus suggesto debacchatur in linguas ac bonas literas.' Erasm. ep. ad Carondilet. (Londin. 1642. p. 1123.) Inde facile colligi posse Tragœdiæ mihi ignotissimæ natura videtur. [28] Otho] cf. supra p. 350. [33] Bentium] Beatum sc. Rhenanum *corr. Saxius; sed* Michaelem Bentium *recte scriptum esse eadem epistola paullo infra docet:* „nam Michael Bentius multa depravavit *[in Adagiis corrigendis]* sua diligentia."

Digitized by Google

iam in aliquot exemplaria propagatæ. Ego cogitans ne, quod res erat, extorta pecunia tamen post edendum libellum etiam virulentiorem, monui amicos ne quid darent. egebant autem uterque misere, sicut hoc hominum genus solet, debebat uterque animam. Huttenus hinc iussus est discedere: Milthusi tam erat invisus omnibus, ut ni abisset, cives minarentur se perrupturos monasterium Augustinensium, in quo latitabat favore secretarii: media nocte dimissus clanculum aufugit Thurregium (quæ civitas addictissima est doctrinæ Zvinglianæ, quam Lutherus nunc damnat, incipiens nunc sero meminisse a me toties commendatæ modestiæ) et illic paucis diebus latitabat; post aliquot diebus versatus est extra civitatem apud sacerdotem quendam; ubique vero amicos mulctabat pecunia; tandem demigravit in insulam lacus Tygurini, ubi mortuus est. Sed ante mortem epistola Huttenica etiam procul mittebatur ad Germanos, quod §. 7.
non possent invenire typographum; nec invenisset, nisi scelerosus Epphendorpius, quum hic ob æs alienum ac suspiciones hominum non posset diutius vivere, sub prætextu quasi peteret Thermas Badenses, commigraret Argentoratum. Ibi vix ægre persuasit typographo nihil esse amarulentiæ, et Scotus ille misere invidebat Frobenio, quemadmodum fere omnes, unde amicitia Frobenii mihi conflavit magnam invidiam. Tandem prodiit Expostulatio sycophantæ, plena men- §. 8.
daciis, ut quisque in confabulatione suggesserat Lutheranus. Ego mox paraveram responsionem, sed adeo clam, ut nec Frobenius nec Beatus sciret; et propemodum decreveram premere, sed instigantibus his emisi. Quum interea frequenter inter nos scriberemus Huttenus et ego, venit una epistola quæ palam prodebat Epphendorpii perfidiam. itaque cum gravaretur suspicione Epphendorpii, impetravit epistolam ab Hutteno, qui tum erat Thuregii, quæ testaretur Epphendorpium semper dissuasisse nequid scriberet in Erasmum; sed hoc adeo frigide scribebat, ut magis gravaret eum quam purgabat. Atque in- §. 9.
terim Epphendorpius subornabat qui mihi fictis nominibus redderent fucatas epistolas, ex quibus sciebat me suspicaturum quid sibi vellet, nec tamen haberem ansam cum illo expostulandi. Ego dissimulatis his omnibus in Spongia illum civiliter tractavi, quando mentionem illius fieri necessum erat. 'affinem' scripsi 'Hutteno': sic enim mihi persuaserat: at Petrus Mosellanus lecta Spongia rescripsit 'Qui affinis, quum constet illum esse plebeium?' At tamen Corœbo-Thrasonem nostrum offendebat, quod dictus esset Achates, et edita Spongia expostulavit per literas, simulans mirum affectum, quum interim ageret sceleratam fabulam. Et ut perspicias insignem hominis malitiam, ex commendatione mea §. 10.
accepit Basileæ quinquaginta aureos. dicebatur dux ad me misisse munus regale, quod tamen non perlatum est; suspicatus sum Epphendorpium intercepisse: nam fingebat suum famulum perisse in itinere; hoc præstruebat si forte rescissem ad me missam pecuniam: nondum quid sit certum potui cognoscere;

---

[2] *Post* virul. *exciderit* curarent *vel simile quid.* [16] Scotus] *Schott.* [29] ansam] *In 1. est.* Saxius* causam *s.* iustam causam. [32] Corebo Thrasonem *l. Saxius per ignorantiam proverbii* Coroebo stultior (cf. Erasmi Adag. Ff. 1070. fol. p. 404.) *coniectavit* hoc verbum *pro* Corebo. *Κοροίβου ἠλιθιώτερος* Zenob. IV. 58. Diogenian. V. 12. et 56. Corœbo-Thraso *quasi diceres Germanice* der alberne Prahlhans (der bornierte Poltron). [33] Achates] fidissimus Aeneæ comes. [36] 50 aur.] Siquid ipse contribuisset *δωροβόρος*, vix tacuisset. [37] suspicatus sum] *inhumana frivolitate.* cf. ipsius Erasmi epistulas quibus in edit. Lugd. Bat. 1706. fol. numeri DCCCXXVIII. et DCCCXCI. superscribuntur.

Digitized by Google

hoc unum scio nihil illo esse sceleratius: habet ubique suos exploratores iuratos, ne quid agat quod illum fugiat. Iudicia Melanchthonis de Hutteno et Ep-
§. 11. phendorpio misi Nicolao Buscoducensi. Vide ut te serves integrum ab hac factione. metuo cruentum exitum. si novissem ingenia ac perfidias Germanorum, citius migrassem ad Turcas quam huc. De Capitone vehementer suspicor, quod deceptus fumis Eppendorpii communicarit illi nostra arcana: nam sic purgat sese, ut auxerit suspicionem. hoc erat consilium Lutheranorum, ut me minis absterrerent nequid scriberem in Lutherum: nam hoc sparserat Ioannes Faber: at nunc Lutherus scribit in seipsum, videns rem alio vergere quam putarat, et exoriri populum non evangelicum sed diabolicum, cum inte-
§. 12. ritu omnium bonorum studiorum. Verum hisce de rebus iam plus satis. Certum est hinc aliquo demigrare: in Galliam invitor mirifico studio magnisque promissis, sed terret hoc ver, quod vereor ne pariat cruentam stragem Gallis: adeo est implacabilis Cæsaris animus, cui penitus infixum est τὸ PLVS VLTRA. pontifex favet et qui apud pontificem valent plurimum: sed vito gladiatoriam arenam, et non video quid mihi tutum esse possit ubi regnat Alean-
§. 13. der, quantumvis dissimulat. Cuperem hyemem agere Patavii ac Venetiæ, sed illinc avocarer Romam. hærebimus hic ad octo dies, deinde statuemus; interim apparebit quo se res inclinent. Quum autem subinde periculiter de vita, superest ut tibi amicorum sincerissimo commendem id quod habeo charissimum, memoriam mei, quam suspicor multis calumniis fore obnoxiam: ita totius vitæ meæ compendium tibi mitto, hoc est ἰλιάδα κακῶν: nihil enim unquam me natum est infelicius; sed fortasse futuri sunt qui multa affingent: τοῦτο καλῶς ἔσται: tamen siquid contingat humanitus, volo ut 400 floreni aurei sint tui . . . . . .
§. 14. . . . . De statu meo scias eum esse satis perplexum: hic mihi res est cum deploratis ac plane furiis, posteaquam Huttenus semel fregit glaciem insaniens in me. Damnat Lutherus factum, sed Melanchthon mire odit Huttenum: et isti stolidi iactant quasi bellum facinus. Buschius nescio quid cudebat in me, sed a Melanchthone cohibitus est. Si peto Italiam, sequentur me sexcentis libellis furiosi evangelici clamitantes me præda corruptum defecisse ab evangelio, quum istud evangelium nunquam sim professus; si peto Galliam, quæ miro affectu est in me, calumniabuntur me confugisse ad hostem Cæsaris, et subodoror re-
§. 15. giam aulam ὑπολουθερίζειν . . . . . Ne temere scribas per quemlibet: nam Epphendorpius est Argentorati et per suos corycæos omnes literas intercipit, homo ad omne scelus natus. Bene vale. Basileæ, Sabbato post Pascha.

---

[3] Huius Nicolai Sylvaducensis meminit etiam ep. DCCCIX. edit. Lugd. Bat. [5] De Capitone] Cf. epp. d. Iunio a. 1524., 6. Sept. 1524.,et imprimis ep. d. 24. Apr. a. 1528. cum ep. d. 2. Sept. 1529. ibi subiecta. [7] sic] si *ed.* 1642. [15] pontif.] Clemens VII. Cf. sq. ad Pirckheimerum Erasmi epistolam. [17] hyemen *l.* [22] Iliadem malorum [23] hoc bene erit. [33] ὑπολ.] sublutherizare. [34] „Corycæus auscultavit", Κωρυκαῖος ἠκροάζετο, in proverbio, cum quis arcanum se dicere vel agere opinans non fallit curiosos deprehensores. Zenob. IV. 75.

Digitized by Google

WITTENBERGÆ. **CCCLXIII.** (D. ? APRIL.) A. 1521.

[MARTINVS LVTHERVS]
DOCTISSIMO VIRO D. ERASMO ROTERODAMO

Gratia et pax a domino nostro Ihesu Christo. Iam satis diu silui, optime Erasme, et quamvis expectarem ut tu maior et prior silentium rumperes, tamen cum frustra expectarim tam diu, ipsa puto charitas me cogit incipere. Primum nihil causor, quod alieniorem te erga nos habueris, quo magis tibi esset integra et salva causa tua contra hostes meos papistas. denique non ægre tuli admodum, quod editis libellis in aliquot locis pro illorum gratia captanda aut furore mitigando nos acerbiuscule momorderis et perstrinxeris: quando enim videmus nondum esse tibi a domino datam eam fortitudinem vel et sensum, ut monstris illis nostris libere et fidenter occurras nobiscum, nec ii sumus qui a te exigere audeamus id quod vires et modum tuum superat; quin imbecillitatem tuam et mensuram doni dei in te toleravimus et venerati sumus: nam id plane non potest negare totus orbis, quod literæ per te florent et regnant, per quas ad synceram bibliorum lectionem venitur, donum etiam dei in te esse magnificum et egregium, de quo gratias agere oportuit. proinde ego quidem nunquam optavi, ut deserta aut neglecta mensura tua nostris castris miscereris, cui negotio etsi ingenio et eloquentia multum prodesse posses, tamen cum non adsit animus, tutius erat in tuo dono servire. hoc solum timebatur, ne quando per adversarios adducereris editis libellis in dogmata nostra grassari, ut tum nos necessitas urgeret tibi in faciem resistere. compescuimus sane aliquos qui iam paratis libris te in arenam trahere volebant; atque ea ratio fuit, ut et Hutteni Expostulationem optarim non editam: multo minus tuam Spongiam; in qua, nisi fallor, tu ipse iam sentis quam facile sit de modestia scribere et in Luthero immodestiam redarguere, sed difficillimum, imo impossibile, præstare nisi dono spiritus singulari. Credas igitur vel non credas, testis est Christus, ex animo me tibi condolere tot et tantorum odia vel studia esse in te irritata. quibus ut non movearis, quod tua est humana virtus tantis molibus impar, credere non possum; quanquam et illos forte moveat iustus zelus, et sibi videantur indignis modis a te provocati. Et, ut libere fatear, cum tales sint qui tuam acerbitatem et simulationem, quam tu prudentiam et modestiam velis intelligi, pro sua quoque infirmitate ferre nequeant, habent

---

CCCLXIII. 1 = Lutheri Epp. (Ind. bibl. n⁰. 57,1.) II. fol. 194ᵇ...196ᵃ. 2 = Pirckh. Epp. (Ind. bibl. n⁰. 59.) p. 396. sq. 3 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n⁰. 53,5.) p. 846. sq. n⁰. DCCXXVI. 4 = Luthers Briefe (Ind. bibl. n⁰. 57,4.) II. p. 498...501. n. DXCII. [„Das Original auf der Münchener Bibl. hat Herr D. Decen für uns zu vergleichen die Güte gehabt."] 5 = Hutt. Münch. IV. p. 566...568.

---

4 Iesu *2...5.* 5 exsp. *2.* silentia *2...5.* 6 puto *omis. 1.* caritas *5.* 7 alieni more *1.* 8 caussa *2. 3.* 9 æditis *1. et sic infra.* 11 vel sens. *1.* 12 libens *1.* videnter *5.* nec ii] nos non *1.* 13 audemus *1.* meum (*pro* tuum) *2. 3. 5.* 14 tuum] meum *2. 3. 5.* dei] tui *1.* sumus] fuimus *2. 3. 5.* fuerimus *4.* 15 litteræ *2. 3.* per te *omis. 2...5.* 16 sinc. *5.* syncerum *2.* 20 assit *4.* 22 tum] cum necess. ... resisteretur *1.* et tum nos n. *2. 3. 5.* et tum nec. nos *4.* 22. 23 aliquot *1. 4.* 23 harenam *2.* 25 ni f. *1.* 26 arguere *1. 2. 3. 5.* 28 an. t. cond. me *4.* 31 et] ut *2. 3. 5.* 33 velles *1.*

Digitized by Google

certe ob quod merito indignentur, nihil habituri si fortiores essent animis. Quamvis tamen et ego irritabilis irritatus fuerim sæpius, ut acerbius scriberem, tamen non feci hoc nisi in pertinaces et indomitos; cæterum clementia et mansuetudo mea erga peccatores et impios, quantumvis insanos et iniquos, arbitror quod non modo teste mea conscientia, sed et multorum experientia satis testata sit. Sic hactenus stilum cohibui, utcunque pungeres me, cohibiturumque etiam scripsi in literis ad amicos, quæ tibi quoque lectæ sunt, donec palam prodires. nam utcunque non nobiscum sapias et pleraque pietatis capita vel impie vel simulanter damnes aut suspendas, pertinaciam tamen tibi tribuere non possum, neque volo: nunc autem quid faciam? utrimque res exacerbatissima est: ego optarem, si possem fieri mediator, ut et illi desinerent te impetere tantis animis sinerentque senectutem tuam cum pace in domino obdormire: id sane facerent, mea quidem sententia, si rationem haberent imbecillitatis tuæ, et magnitudinem causæ, quæ modulum tuum iam dudum egressa est, perpenderent; præsertim cum res iam eo pervenerit, ut parum sit metuendum periculum nostræ causæ, si Erasmus etiam summis viribus oppugnaret, nedum si aliquando spargit aculeos et dentes tantum. rursus si tu, mi Erasme, illorum infirmitatem cogitares et a figuris illis rhetoricæ tuæ salsis et amaris abstineres, et si omnino neque potes neque audes nostra asserere, intacta tamen dimitteres et tua tractares. Nam quod illi morsiones tuas iniquius ferunt, etiam te iudice nonnulla causa est, scilicet quod infirmitas humana cogitat et male metuit authoritatem et nomen Erasmi, ut longe aliud sit ab Erasmo semel esse morsum quam ab omnibus papistis semel esse commolitum. Hæc volo dicta, optime Erasme, in testimonium candidi in te animi et qui optet tibi dari a domino spiritum dignum nomine tuo, quem si distulerit tibi dominus dare, interim a te peto ut si aliud præstare non potes, spectator tantum sis tragœdiæ nostræ, tantum ne soleris et copias iungas adversariis, præsertim ne edas libellos contra me, sicut nec ego contra te edam. deinde eos qui se Lutherano nomine peti queruntur, homines esse tui meique similes cogites: quibus opus est parcere et ignoscere et, ut Paulus ait, onera invicem portare. Satis morsum est, nunc providendum est, ne consumamur ab invicem, quod eo esset miserabilius spectaculum, quo certius est neutram partem ex animo male velle pietati et sine pertinacia sua cuique placere. Boni consule infantiam meam et in domino bene vale. Ioachimum istum iuvenem Philippo nostro similem tibi commendo, imo sese plus commendabit admissus. Anno M. D. XXIIII.

Martinus Lutherus.

---

[1] indignantur *5.* [3] hoc n. f. *2...5.* autem et *4.* [5] quod *omis. 2.* et *omis. 2. 3. 5.* [6] stylum *1. 2. 3. 5.* cohibiturum *2. 3. 5.* [8] prodire *5.* [10] acerbatissima *1.* acerbissima *5.* [11] si f. p. m. *1.* [12.13] obsomnire *5.* [13] id f. sane *1.* haberent *omis. 1.* [14] tuæ imb. *2...5.* iam d.] dudum *4.* [15] iam *omis. 2. 3. 5.* [17] dentes, tamen *2. 3. 5.* si *ante* illorum *2. 3. 5.* [18] Reth=|oricæ *1.* [19] posses *1. 4.* auderes *1.* [21] quod *omis. 1.* hum. inf. *2...5.* [22] auct. *2. 5.* autorit. *4.* ut] et *2...5.* [24] et] ut *2. 3. 5.* [26] sis tantum *2. 3. 5.* [27] nostræ, tantum ne copias adiungas *2. 3. 5.* tantum] tua tum *1.* [28] ædas *1.* ædam *1.* qui L. n. se peti *2. 3. 5.* [30] Paul.] ep. ad Galat.] VI. 2. [31] consummamur *5.* [32] certissimum *2...5.* [33] male *omis. 5.* et pertinaciam suam cuiq; placere *1.* [34] meam inf. *2...5.* Ioachimum ... admissus. *omis. 2...5.* nec legi in autographo adnot. *4.* Sed Erasmi responsio d. 8. Mai. data et ipsa Lutheri ep. ad Oecolampadium, ut Camerarium commendaret, scripta epistula (*de Wette* II. p. 501. n°. 593.) pro clausula faciunt. [36] Mart. Luth. *omis. 2. 3. 5.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLXIIII.** 8. MAI. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS MARTINO LVTHERO S. P.

Nec tibi concedo, ut magis ex animo cupias evangelicæ sinceritati quam ego, cuius rei gratia nihil non perpetior, et hactenus omnem venor occasionem, ut evangelium fiat omnibus commune. Cæterum quod tu imbecillitatem vocas aut ignorantiam, partim conscientia est, partim iudicium: tua quædam legens valde pertimesco, ne qua arte deludat Satanas animum tuum; rursus alia sic non sapiunt, ut velim hunc metum meum esse falsum: nolim profiteri quod ipse mihi nondum persuasi, multo minus quod nondum assequor. Hactenus rectius consului negotio evangelico, quam multi qui se iactant evangelii nomine; video per hanc occasionem exoriri multos perditos et seditiosos; video pessum ire bonas literas ac disciplinas; video discindi amicitias, et vereor ne cruentus exoriatur tumultus. Si tuus animus sincerus est, precor ut Christus bene fortunet quod agis; me nulla res corrumpet, ut sciens prodam evangelion humanis affectibus. Nihil adhuc contra te scripsi, facturus id magno principum applausu, nisi vidissem hoc absque iactura evangelii non futurum; tantum eos repuli qui conabantur omnibus principibus persuadere mihi tecum fœdus esse et mihi tecum per omnia convenire et in libris meis esse quicquid tu doceres: hæc opinio vix etiam nunc revelli potest ex illorum animis. Quid scribas tu in me, non magnopere laboro; si mundum spectem, nihil mihi accidere posset felicius: cupio hanc animam puram reddere Christo et in hoc affectu velim omnes esse. Si paratus es omnibus reddere rationem de ea quæ in te est fide, cur ægre feras si quis discendi gratia tecum disputet? fortasse Erasmus scribens in te magis profuerit evangelio, quam quidam stolidi scribentes pro te, per quos non licet esse spectatorem istius tragœdiæ, quæ utinam non habeat tragicum exitum! sed me in diversam partem propellunt, etiamsi principes non eo compellerent. horum improbitas reddit evangelium invisum apud cordatos et cogentur principes istorum seditiosos tumultus compescere; verum id non fiet absque læsione innoxiorum. nemini auscultant, ne tibi quidem; implent mundum furiosis libellis, ob quos operæ pretium existimant veteres illos orthodoxos contemnere. Sed his de rebus prolixum sit scribere; precor ut deus omnia vertat in suam gloriam. In Spongia modestiam desideras, cum ibi de vita Hutteni, luxu, scortis, alea perditissima, de stultissimis illius gloriis, nulli quamvis amico ac patienti tolerandis, de decoctionibus, de extorta a Carthusiensibus pecunia, de amputatis auriculis duobus prædicatoribus, de latrocinio, invasis tribus abbatibus in via publica, ob quod facinus unus e famulis illius capite truncatus est, deque aliis illius facinoribus vulgo etiam notis nullum in Spongia verbum fecerim, cum ille nec verbo provocatus a me prodita amicitia in gratiam unius nebulonis, quo nihil perditius, tantum falsorum criminum in me gesserit, quantum scurra quivis in alterum possit comminisci. De perfidissime evulgata ad Moguntinum epistola, suppresso ipsius nomine, refero; de altera perfidia qua fuerat usus in me, taceo: extorserat, ut multis epistolis meis commendaretur in aula Cæsaris, cum iam coniurasset adversus Cæsarem, tantum volens abuti Cæsaris no-

---

CCCLXIIII. 1 = Luthers Briefe von Schütze (Ind. bibl. n°. 57,3.) II. p. 58...60. [„Aus der Feuerlinischen Sammlung zu Göttingen."] 2 = Hutt. Münch. IV. p. 569...571.

---

[39] gesserit *1.2. sed videtur legendum esse* congesserit, [40] perfidissima *1.2.*

Digitized by Google

mine ad vexandam uxorem. Sic provocatus ab eo, de quo sic meritus fueram, nonne meo iure poteram in his esse disertus? et tamen vocor immodestus. Quid Otthoni cum Hutteno? Et is nunquam læsus verbo a me quomodo furit? Hos tamen vocas mei similes: ego nec homines duco, sed furias, tantum abest, ut mei similes agnoscam: per huiusmodi portenta instaurabitur evangelium scilicet? has habet columnas renascens ecclesia? in horum fœdus me admisceam? sed his de rebus plus satis. Ioachimus perplacuit. molestum erat, quod Melanchthonis non sit data copia. Dominus Iesus dirigat mentem tuam in ea consilia quæ sunt ipsius evangelio digna. Basileæ, ex tempore, postridie Nonas Maias 1524.

BASILEÆ. **CCCLXV.** (M. IVNIO) A. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS GASPARI HEDIONI S. D.

Precor ut novum matrimonium vobis sit felix. Miseram tibi literas ad magistratum scriptas tanquam amico cui uni omnium fidebam toto pectore; quoniam autem nolebam te vel minima invidia gravari, monui ut si malles premeres rem, sic ut nemo resciscceret, videlicet quo mihi esset integrum quid vellem statuere: at tu nec tacuisti quod agebatur, nam Frobenio certe communicasti, et Scottum tua opera sublevasti ne daret pœnas. Non hæc dico quod offensus sim: scio te quicquid fecisti, syncero animo fecisse, et evangelicam lenitatem amplector: verum ista lenitas interim in me crudelitas est. an tibi lenitas videatur siquis sicario aut latroni subveniat, ne capiatur, post maiore audacia plures occisurus? Non est neganda venia, sed resipiscenti, sed converso: istum adeo non pœnitet insaniæ, ut ferox minitetur se sceleratiora ausurum. diligendus est inimicus, sed in hoc ut fiat alius: non amat autem qui sinit impune peccare, si queat obsistere; quo vehementius amat pater, hoc acrius cohibet peccantem filium. Misericordia fuisset, si mox editis Hutteni sycophantiis dedisset pœnas, non addidisset insaniam insaniæ. 'Sed monitus' inquis 'clam a consule cavebit'. Quam tenere consultum est illius honori qui tale facinus orbi publicavit, ut clam admoneretur! An spes est portentum verbis castigatius fore? Vix emiserat Othonis furias, cœperat iterum excudere et præterea rabulæ

CCCLXV. 1...4 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,2...5. 1) p. 803...805. 2) p. 767. sq. 3) coll. 1060...1063. XXI. 3. 4) coll. 844. sq. nº. DCCXXV.

[1] vexandam] *hoc iustum sensum non habet, Erasmus scripserit* inescandam, *ut exprimeret Huttenici animi recte intelligendi explicandique plane nescius homo, qui ut doctrinæ elegantia, ita et φιλαντίᾳ æquales suos omnes facile superaverit, Huttenum Cæsaris aulam petisse, ut virgo quam tum in matrimonium sibi dari cupiebat, potentiæ suæ apud principes valentis gloria decepta pauperi equiti desponderetur. Similia Erasmus in dialogis quibus inscribitur Γάμος ἄγαμος et Ἱππεὺς ἄνιππος, quo quidem Henrici Eppendorpii (Harpali a Como) Huttenique famam calumniis tectis quasi lento veneno extinguere studuit, sed proprias sordidi animi insidias prodidit.* [7] Ioach. Camerarius. Cf. supra exhibitam huius narrationem de itinere cum Melanchthone in Palatinatum facto, p. 361. sq. [10] M.D.XXIV. 2.

[13] matrimonium] Hedio III. Kalend. Iunias contraxerat. literas] supra nº. CCCLX. exhibitas. [30] furias] ad Spongiam Responsionem.

Digitized by Google

nescio cuius libellum, et fecisset, nisi fuisset cohercitus; et tamen illinc depulsus dedit nobis epistolas Othonis, bellas scilicet quæ evangelia quoque vocent in dubium. addita est pictura seditiosa. si pingebant prophetas Baal, quur addiderunt crinem attonsum, vertices rasos, lineam vestem, mitram horum temporum? et me pinxerunt pileo sub mento religato, serico imposito humeris et brachiis e pallio porrectis: sic enim fere color, præsertim domi, et hoc cultu eram quum me salutaret Otho. Hæc ego quidem rideo, sed tamen indicant istorum quos tu sublevandos putas, perversissimam voluntatem. An vos creditis talibus præsidiis processurum evangelicum negocium? magis metuo ne talium stulta malicia et maliciosa stultitia subvertat quum bonas literas tum evangelium, si fieri possit, et vos vestramque civitatem aliquando pertrahat in grave discrimen. 'Scottus' inquis 'habet uxorem et teneros liberos'. Num ista excusatio videatur iusta si scriniis meis effractis sustulisset aurum? non opinor; et tamen hoc quod facit, longe sceleratius est, nisi forte putas mihi famam esse viliorem pecunia. Si deest unde alat liberos, mendicet. 'Pudet' inquies. Et huius modi facinorum non pudet? Prostituat uxorem et ad calices vigilanti naso stertat adultero. 'Nefarium' inquis. Magis nefarium est quod facit: nulla lex punit capite qui uxorem prostituat, at capitalem pœnam denunciant omnes iis qui libellos edunt famosos. A me nunquam verbo læsus est, nisi lædi se putat, quod Frobenius excudit bonos autores, dum iste nobis nihil dat nisi furiosas nænias. Sunt in orbe tot veteres, tot novi libelli, aut restituat veteres aut prodat novos. solus ille typographus non habet unde alat uxorem et liberos, nisi suis libellis confundat omnia? Et me fautorem habiturus est si proferat quæ prosint publicis commodis: nam ego typographorum pecuniis non egeo, gratia superis; gratis faveo bonis studiis: tantum abest ut verum sit quod de Frobenio scripsit iste rabula. sed longe vanius est quod iactat de præda: ex Lutheri causa teruncius ad me non rediit . . . . . Fovetis illum evangelici, qui tanquam draco rapidus dudum emersit ex antro et ebrius licentia putat suis furiosis minis cessura omnia. Qui primum invexerunt mundo evangelium, tales furciferos non dignati essent alloquio: Capito, novi evangelii episcopus, non habebat alias delicias quibus se oblectaret, quam perditissimi decoctoris convictu, ne quid addam. nihil inimice suspicor de Capitone, quem exceptis dogmatibus semper habui pro amicissimo et cui semper me præbui amicissimum: et tamen sunt qui putent illum non esse alienum ab hac tragœdia. non est tam simplex, ut non intellexerit technas decoctoris et furias scriptoris; diu siluit, dum aleretur hoc monstrum, tandem admonuit de rebus gravibus, videlicet quod aliquid attigissem de libero arbitrio prius quam Lutherus scriberet de libero arbitrio . . . . . Valebis in Christo. Basileæ Anno M.D.XXIIII.

---

[1] coercitus *3. 4.* Perbene 'cuius' sciebat mendaculus Erasmus. cf. quæ de Phallico Gallico compluribus epistolis conviciatus est. [9] negotium *3. 4.* [16] Sic Christianus sacerdos Erasmus Iuvenalis (I. 57.) verbis rabulam agit contra honestum civem, ut læsæ vanitatis Erasmicæ crimen, atrocius id quam maiestatis, ei impingat. Scire velim, immo nolim, quid lamentatus esset siquis Spongiam, ne de permultis eius litteris delatoriis dicam, contra eum qui pro numine fuit Erasmo, Erasmum, composuisset. [17.18] nulla lex] *vah!* [19] ædunt *1. 2.* [20] Auctores *4.* [25] superis]? *debebat dicere* regibus principibusque sæcularibus ecclesiasticisque, pensiones donaque pro blanditiis, adsentationibus adulationibusque mittentibus. bonos autores] *sed et* Spongias *et* Apologias lividas. [26] rabula] Eppendorffius. [30] Capito] Cf. supra ep. d. 2. April. 1524. §. 11. [38] *Numerus litteris expressus est in 3.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLXVI.** 21. IVL. 1524.

BILIBALDO [PIRCKHEIMERO] SVO ERASMVS S. P.

Vir ornatissime. scripsi nuper per eum qui fusiles imagines reddidit, simulque significavi tuas literas hactenus bona fide mihi redditas fuisse, quod videreris aliud suspicari. Clemens septimus misit ad me diploma honorificum cum honorario munere ducentorum florenorum, quos non accepissem, nisi nominatim expressisset se misisse ob paraphrasim inscriptam; pollicetur et in posterum magnifice . . . . . Scripsit ad me Martinus Lutherus per Ioachimum quendam satis humaniter, cui non sum ausus pari humanitate respondere propter sycophantas; respondi tamen paucis. Melanchthon, ut audio, cupiebat colloqui nobiscum, sed non audebat me gravare invidia; ego certe eam invidiam contempsissem: est iuvenis ingenii candidissimi. Argentorati magnus est tumultus, etiam in senatu. Noster magistratus cœpit moderatius favere Lutheranis: timent exemplum Argentinensium. Othonis libellus rursus exiit per autorem recognitus et ni fallor auctus; nondum vidi. Exiit et epistola Alberi omnium stultissima. ea non dubito quin sit Buschii, tametsi stylum quantum potuit dissimulavit; sed novi penitus illius ingenium: is homo semper a me amanter cultus, ne verbo quidem unquam a me læsus est. huiusmodi muscæ perdent unguentum et evangelii et bonarum literarum. Hisce præstigiis delectatur Epphendorpius: gaudet lædere et vult me scire, sed sic ut apud alios possit inficiari. Posthac non est animus talibus næniis respondere. Romæ excusi sunt clam duo libelli Stunicæ. . . . . Bene vale, vir incomparabilis. Basileæ, XII. Cal. Aug. Anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Nosti manum tui mancipii.

CCCLXVI. 1. 2. = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n⁰. 53,4.5.) 1) coll. 1924. sq. XXX. 36. 2) coll. 803. sq. n⁰. DCLXXXIV.

BASILEÆ. **CCCLXVII.** 23. AVG. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS SENATVI ARGENTINENSI S. D.

Magnifici proceres, ne vos diu teneam, est istic Ioannes Scotus typographus, qui pridem excudit libellum Ulrici Hutteni in me scriptum, plenum manifestis mendaciis; addidit picturas odiosas; nec hoc contentus rursus clam eun-

CCCLXVI. 1...4 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n⁰. 53,2...5.) 1) p. 751. sq. 2) p. 716. sq. 3) col. 986. XX. 22. 4) col. 804. n. DCLXXXVII. 5) Hutt. Münch. IV. p. 550...552.

6 Erasmus non donum solum, sed papæ donum repudians? Risum teneatis, lectores. 9 Ioach.] Camerarium. 14 Othonis] Brunnfelsii Responsio ad Spongiam. 15.16 Alberti 2. 16 non dubito] Satis constat falso divinasse Erasmum: orthonymum est Erasmi Alberi Iudicium. 23 Basilea, 21. Iulii, Anno 1524. 2.

29 Scotus 2. 3. 5. 31 picturas odiosas] *innocentissimas capitum Erasmici Huttenicique effigies.*

Digitized by Google

dem libellum cum invectiva cuiusdam, in quo quicquid scurra auderet in scurram dicere, congerit in me, me desertorem esse evangelii, me corruptum pecunia bellum gerere adversus evangelium, me frusto panis conduci posse ad quidvis. quid oportet recensere? totus libellus præter insana convitia nihil habet. Ea res vehementer displicuit ipsi etiam Luthero et Melanchthoni, qui intelligunt nullos homines magis officere negocio evangelico quam tales. Expostulantibus amicis, quur talia faceret, uterque respondit atrociter, minitans etiam acerbiora. tandem, ut audio, monitus est etiam per aliquos ex magistratu, ne quid in posterum auderet simile; ille contempto iure publico, quod detestatur libellos famosos, contempta vestræ civitatis saluberrima necessariaque constitutione denuo excudit eundem libellum. An ego bene meritus sim publice de studiis, omnes norunt; pro evangelio provehendo plurimum laborum et invidiæ sustinui; omnia recusavi quæ mihi principes obtulerunt, ut scriberem adversus Lutherum; imo mea malui perdere quam ad affectus quorundam scribere contra meam conscientiam: tantum isti fœderi no lui dare nomen, quum multis aliis de causis, tum ob hoc quod quædam in libris Lutheri non intelligerem, quædam omnino non probarem, præsertim cum in ista coniuratione viderem quosdam esse quorum mores et molimina mihi viderentur longissime abesse a spiritu evangelico. Nullus unquam a me læsus est vel quia faverit Luthero vel quia parum faverit; nec typographus, nec libelli autor unquam verbo a me læsus est. Non est vulgare crimen accepta pecunia prodere evangelium Christi: si vestra æquitas non sinit furem impunitum, hoc multo sceleratius tam petulanter impetere famam, vita quoque chariorem; si plectitur qui dat alapam alteri, quid commeretur qui sic debacchatur in famam hominis? Non postulo ut vestra celsitudo habeat rationem ætatis meæ aut meritorum meorum erga publica studia, non favoris quem semper gessi erga civitatem istam, cui scio me plurimis officiis obligatissimum; tantum hoc admoneo prudentiam vestram, ut prospiciatis quo tandem evasura sit talium hominum licentia, si quicquid libitum est, impune licuerit. si favetis evangelio, isti perdunt evangelium; si favetis tranquillitati publicæ, isti nihil aliud sunt quam seminaria seditionum; si vobis displicet legum publicarum contemptus, ut optimo iure displicet, omnes omnium gentium leges inter atrocissima crimina ponunt libellos famosos. Res obscura non est: autor facinoris uterque agit Argentorati, et profitentur factum; nec ullum facient finem insaniendi, si possint vestra lenitate semper abuti. ego meam iniuriam possum ferre, sed huiusmodi libelli conciliant vestræ civitati, cui ego ex animo bene volo, non mediocrem invidiam apud bonos viros ac principes, quorum plerisque non sum invisus. Bene valete, generosissimi ac splendidissimi viri. Basileæ pridie Bartholomæi, M.D.XXIV.

---

[1] cuiusdam] Ottonis Brunnfelsii. [5] veh. etiam displ. L. *5.* [6] negotio *3...5.* [7] cur *3...5.* [21] auctor *4.* [23.21] cariorem *2.4.5.* [31 sqq.] De legibus disputat idem Erasmus, qui paullo ante non erubuit, cum scriberet nulla lege 'capite' puniri qui uxorem prostituat. rabulam agere potuit, non iuris peritum, ulciscendi cupidissimus homo, cui bene vivere et adorari potentiumque favore frui supra iustitiam veritatemque fuit. [43.44] *Basilea* 23. Augusti, Anno 1524. *4.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLXVIII.** 6. SEPT. 1524.

ERASMVS ROTERODAMVS PHILIPPO MELANCHTHONI S. D.

Si Pellicanus in tempore ostendisset mihi tuas ad ipsum literas, Ioachimus non redisset istuc absque meis literis: sic enim videbantur ad illum scriptæ, ut crederes a me legendas. Quidam amicus ad me scripsit te huc quoque perventurum fuisse, ni metuisses ne me gravares invidia: ego vero, mi Melanchthon, eam invidiam facile contempsissem: nam quod Hutteni colloquium deprecabar, non invidiæ metus tantum in causa fuit; erat aliud quiddam, quod tamen in Spongia non attigi: ille egens et omnibus rebus destitutus quærebat nidum aliquem, ubi moreretur; erat mihi gloriosus ille miles cum sua scabie in ædes recipiendus, simulque recipiendus ille chorus titulo evangelicorum, sed titulo duntaxat. Sletstadii mulctavit omnes amicos suos aliqua pecunia; a Zvinglio improbe petiit, quod ipse Zvinglius mihi suis literis perscripsit; iam amarulentiam et glorias hominis nemo quamvis patiens ferre poterat; imo nisi Wittenberga tam procul abesset, non dubitassem istuc proficisci dies aliquot cum Luthero et tecum communicaturus. Porro ne scriberem, persuasit illa prima ad Lutherum epistola, magno meo periculo edita: hæc enim ansam dedit Aleandro, iampridem iniquo in me animo, ut me perditum iret, conatus Leonis animum irritare in me, simul Leodiensis episcopi, qui prius pene deperibat, ut ita loquar, in Erasmum: nam ipse Leodiensis ostendit mihi literas, quas ad eum e Roma scripserat Aleander, satis odiose me attingentes. Quum itaque viderem apud istos nihil esse clam, iudicavi rectius cohibere calamum. quin et exemplar epistolæ quam Lutherus ad me scripsit per Ioachimum, habetur Argentorati, non dubito quin brevi prodituram. ediderunt in odium mei tuum de me Iudicium, rursus Lutheri duas epistolas. Huiusmodi næniis famelici quidam et sordidi typographi prospiciunt rei culinariæ ..... Nescio qualis sit vestra ecclesia, certe hæc tales habet, ut verear ne subvertant omnia et huc adigant principes, ut vi coerceant simul et bonos et malos: habent semper in ore evangelium, verbum dei, fidem, Christum et spiritum; si mores specto, illi longe aliud loquuntur. An ideo depellimus dominos, pontifices et episcopos, ut feramus immitiores tyrannos, scabiosos Othillones et phallicos rabiosos? nam hunc nuper nobis misit Gallia. Dices 'olim evangelium habebat suos pseudoapostolos, qui sub pietatis titulo negocium agebant ventris'. Verum hos interim tenere fovent hi proceres evangelii, Capito, cuius vafricies mihi semper oboluit; Hedio, qui scurram impurum ex occasione literarum mearum, per quas debebat dare poenas, sublevavit misericordiam appellans, quod haberet uxorem et te-

---

CCCLXVIII. 1...4 — Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,2...5.) 1) p. 724...727. 2) p. 691...693. 3) p. 949. sqq. XIX. 113. 4) coll. 817...820. n. DCCIII. 5 = Corp. Reformator. ed. Bretschneider. I. p. 667...673. n. CCLXXXVI.

---

3 Ioach.] Camerarius. 6 mi] me *2*. 12 Zwinglio *4. 5*. 17 ædito *1. 2*. 23 epist.] *supra exhibitæ*. 24 Iudicium D. Mart. Lutheri de Erasmo Rot. Phil. Melanchthonis de Erasmo et Luth. elog. etc. 1522. 31 imitatores *5*. 31 Othill. *etc.*] Brunnfelsium pungit et Phallicum quendam Gallum, qui e Gallia profugus huc [Basileam] se contulit, homo rabula, effreni tum lingua tum calamo'. cf. Epist. Erasmi ad Ioa. Roffensem d. 4. Sept. a. 1524. scriptam. Parum hæc cum iis quæ alias de iisdem viris scripsit Erasmus convenire adparet. 34 vafrities *5*. 35 scurram] Schottum.

Digitized by Google

neros liberos, nec aliud agit etiam nunc quam nequid detrimenti capiat res et fama nebulonis; Oecolampadius cæteris paulo modestior est et tamen est ubi in illo quoque desiderem evangelicam synceritatem; Zvinglius quam seditiose rem gerit: nequid interim commemorem de aliis: non assentiuntur vobis nec inter se consentiunt, et postulant ut ipsorum autoritate freti ab omnibus orthodoxis patribus et conciliis deficiamus. , ... ? Quum discessisset hinc et adhuc lingua sæviret in me, scripsi blandam et amicam epistolam. tandem exiit Epistola nomine Erasmi Alberi, quam promiserat ille ψωρώδης, ut scias rem ex composito geri: dissimulavit stilum imitatus quædam tua; sed ut nihil aliud sit, toties contemptim repetitus 'Erasmus' satis arguit autorem, et videtur ex tuo colloquio factus ferocior, iactans se discipulum eius quem docet Lutherus. Nihil iam dicam de puritate vitæ illius, de castitate linguæ, de profusione, de fraudatis creditoribus: quomodo isti commendant novum hoc evangelium? Atque hic est ille amicus nunquam a me læsus, semper candide prædicatus et ad intimam familiaritatem admissus. De Capitone sunt multi qui pessime sentiant, et ego non optime suspicor; certe ex illius ædibus scabiosus ille prodiit ad excudendum rabiosum libellum: Thrasonem Planodorpium semper habuit in deliciis, deinde sic excusavit sese tum anxie tum apud omnes, ut illa ipsa excusatio mihi augeret suspitionem. uni fidebam Hedioni, de quo nondum pessime sentio; miseram ad illum exemplum epistolæ tuæ quam scripseras, ni fallor, Hymelbergio, in qua mirabaris nondum pendere quem noveras ante duodecim annos etc.: non erat additum nomen, sed qui miserant subindicabant nescio quid de Thrasone; id misi Hedioni non ob aliud nisi ut caveret; ostendit Capitoni, Capito glorioso militi: hinc furit ille gladios et laqueos minitans; Zvinglius amice monitus a me rescripsit admodum fastidiose: 'Quæ tu scis' inquit 'non conducunt nobis, quæ nos scimus, non conveniunt tibi', quasi ille cum Paulo raptus in tertium cœlum didicisset arcana quæ non quæ nos terrestres fugerent . . . . . Idem, ut audio, auxit stoli[illegible] Alberi iudicium, quod nondum vidi . . . . . Si Luthero essem addictissimus, magis etiam istos odissem quam nunc odi, ob evangelium quod suis moribus reddunt invidiosum, ob bonas literas quas extinguunt: quantum manifestorum mendaciorum est in libello τοῦ ψωρώδους, quæ vir evangelicus scribit contra suam conscientiam, non ob aliud nisi ut urat. et hoc senatus consultum inter istos patres factum est, ut Erasmum libellis obruant; quibus si respondeam, præclarum facinus, ut sceleratissima conflictatione alamus aliquot sordidos ac famelicos typographos, non uno dignos suspendio. quantum impietatum, quantum mendaciorum est in illo libello Alberi, si leve videtur quod Hieronymo sic contempto addit etiam perfidiæ crimen? . . . . Sed facessat hæc querela . . . . . Hæc tuo fretus ingenio effudi in sinum tuum, mi Philippe; tui candoris erit curare ne spargantur ad improbos. Quum Ioachimus hic adesset, sic eram a morbo languidus, ut vix ferrem ullum colloquium ob stomachi debilitatem, et

---

3 sincer. *4. 5.* 5 auctor. *4. 5.* 6 Quam iniusta hæc quoque Erasmi de auctore Iudicii Alberiani usspicio fuerit, satis constat. 8 *ψωρ.*] scabiosus 10 Non totiens quotiens blande repetitus 'Erasmus' ab Erasmo Roterodamo. 17 Planodorp.] Eppendorf. Planadorpium *5.* 19 suspic. *5.* 21 Hummelbergo, Ravenspurgensi medico. Cf. p. 259. 23 misi] mihi *4.* (Sic amice Roterodamus amicos monebat, ut ab amicis sibi caverent. phui clancularium proditorem!) 24 furit] fuerit *5.* 28 Idem] Phallicus, Gallus. auxit] anxit *1.* 31 exstingunt *4.* exting. *4. 5.* 32 *τοῦ ψ.*] scabiosi 40 Ioach.] Camerarius.

Digitized by Google

incommode accidit, ut eodem tempore me obrueret baro quidam Polonus, de quo lege catalogum nostrum auctum: si voluisset manere, fuissemus plura confabulati; sed tecum omnia, si advenisses. Bene vale. Raptim. Basileæ postridie nonas Septemb. Anno M. D. XXIIII.

[WITTENBERGÆ.] **CCCLXVIIII.** 30. SEPT. 1524.

[PHILIPPVS MELANCHTHON]
ERASMO ROTERODAMO.

Non iniuria quereris de moribus eorum qui evangelium hoc tempore profitentur, mi Erasme: nam et hi qui dignitatem tuam adlatrarunt, obliti mihi plane et humanitatis et religionis videntur: debebatur enim sic merito de republica et tali ætate melior gratia, et siqui in ecclesia seditiosis concionibus multitudinem concitant, in literas sæviunt et civilem disciplinam universam labefaciunt, sibi regnum parant, non Christum docent. Dissimillimus horum Lutherus est . . . . . Tu vero improborum quorundam vitiis ita offendi videris, ut causæ quoque et doctrinæ succenseas , ... Quare te rogo, mi Erasme, primum ne credas Lutherum cum iis facere, quorum merito reprehenduntur mores, deinde ne doctrinæ propter cuiusquam stultitiam aut temeritatem iniquior sis . . . . . Lutherus te reverenter salutat. Nolui esse molestus tibi longiore epistola, alioqui plura scripturus. Vale felicissime. Pridie Calendas Octob. Anno M. D. XXIV. . . . . .

CCCLXVIIII. Corp. Reformator. ed. Bretschneider. Vol. I. Hal. 1834. 4°. p. 674. sq. n°. 289. („Edita a Pezelio in libr. III. epist. Melanchth. p. 134. (Edit. Lond. [1642. fol.] III. [illegible]5. [coll. 339. sq.] et in Erasmi epistolis [ed. Basil. 1529. foll. 629. sq.] lib. IX. [immo XIX.] ep. 2. [ed. Londin. 1642. fol.] p. 845. [immo 815. sqq.] Item in Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. coll. 820. sq. n°. 704." Est responsum ad Erasmi proxime superiorem epistolam d. 6. Sept.)

[WITTENBERGÆ.] **CCCLXX.** [POST D. 15. OCT. A. 1524.]

[PHILIPPVS MELANCHTHON]
D. HIERONYMO BAVMGARTNERO S.

Certissima spes erat Ioachimum comitem proficiscentem hinc in Francos . . . . . Quod Hutteni libellum misisti, gratum est: nam tametsi im-

CCCLXX. Corpus Reformator. l. c. p. 677. sq. n°. 291. („Epist. lib. VI. p. 57. — Nunc ex autographo in Cod. Monac. I. p. 31".)

[1] quidem *4*. Vult 'clarissimum Poloniæ Baronem Hieroslaum Palatinum Siradiensem'. cf. Catalogi duo opp. Des. Erasmi. Basil. 1537. 4°. p. g 3. sive supra p. 399. [3] Basilea 6. Septemb. Anno 1524. *4*.

[5] Perperam in Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. p. 821. n°. DCCIV. est 30. Octobr. Anno 1524. [11] hi qui *Erasm. epp.* [14] improbum *Erasm.* 1642. [20] Calendar. *Bretschn.* [29] Bomgartnero *1*. Patricio Norimbergensi. [30] Ioach.] Camerarium.

Digitized by Google

probam criminationem et plus quam hostilem, pæne *συκοφαντικὴν* dixerim, probare non possum, tamen referebat vidisse nostra. Vides autem quantum et nos invidia oneremur, *ἀλλὰ ταῦτα θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται*. Vale feliciter.

Philippus.

---

5 BASILEÆ. **CCCLXXI.** 1. DEC. 1524.

[ERASMVS ROTERODAMVS]
REVERENDO DOMINO IOANNI FABRO
CANONICO ET VICARIO CONSTANTIENSI
DOMINO MEO PLVRIMVM OBSERVANDO.

Salutem, vir amantissime. Ex tua salutatione quam mihi per Olpeium misisti, melius habui: erat enim accurata et veniebat ab amico et per hominem amicum. Spongiarum rursus tria milia sunt excusa; sic visum est Frobenio; odi ego tales libellos; nec multum irascor Hutteno, irascor iis qui miserum hunc instigarunt, non ob aliud nisi ob prædam: non dubito quin se brevi 15 prodituri sint, nam rursus aliquid monstri alitur Argentorati. Lutherus vehementer execratur Spongiam; eius epistolam ad te misi; scripsit et Oecolampadio me esse Moysen sepeliendum in campestribus, nec multum tribuendum Erasmo in his quæ sunt spiritus: hæc sunt belli præludia. Alsolvi Marcum, absolvi precationem dominicam, et ut intelligas me repuerascere, Nucem etiam 20 Ovidii; aggredior Apostolorum Acta; cœptus est libellus de confitendo; si suppetunt vires, addetur libellus de libero arbitrio. Non est opus, mi Faber, ut admoneam prudentiam tuam, scio te Christi negotium ea moderatione tractaturum, ut non prodas evangelii synceritatem pharisæis, scribis et pontificibus: ita solidam laudem referes apud posteros: habes principem indolis optimæ; tu 25 fac agas fidelem consiliarium. Bilibaldum nosti hominem eximiæ prudentiæ, ei me commendabis assiduo. Expectamus aurulam pacis, sed vides quale sit cœlum. Periit noster Adrianus, qui, si gessit suum pontificium in Christo, nunc habet gloriam apud Christum; sin gessit hominibus, perdidit gloriam suam apud deum, habet suum iudicem. Tu fac agas virum evangelicum, mi Faber. Eras- 30 mum tuum commendabis illustrissimo principi Ferdinando, cui precor omnia felicia. Doctorem Murnerum divitem remisit Anglia. quam multos ditat pauper ille Lutherus. Bene vale. Basileæ, Kal. Decemb. Anno M. D. XXIV.

Erasmus Roterodamus vere tuus.

CCCLXXI. 1. 2 = Post Erasmi Alberi iudicium, supra n. CCCXXXXIIII. 3 = Hutt. Münch. IV. p. 575. sq.

---

[1] pæne *συκοφ.*] Supra p. 258. sq. ab eiusmodi conviciis ipse non abhorruit. [3] *ἀλλὰ τ. κτλ.*] sed hæc in dei genubus posita sunt. *Homer.*

[10] Severinus Olpeius, aliquotiens ab Erasmo memoratus. [12] millia *3.* [17] Mosen *3.* [17] Moysen] cf. Deuteronom. c. ult. [20] Onidij aggredior, Ap. *1. 2.* [23] sincer. *3.* [27] Adrianus VI. P. M. † d. 24. Sept. a. 1523. [31] Murnerum divitem rem.] Cf. supra p. 381. i. f. [33] Erasmus....tuus. *omis. 1.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLXXII.** 10. DEC. 1524.

ERASMVS ROT. PHILIPPO MELANCHTHONI S. D.

Si hic adesses, mi Philippe, ac præsens spectares fabulam, tum magis dicas me non sine causa queri de moribus quorundam, qui tumultuantur evangelii titulo: nam quod in me sic promeritum dictis, libellis ac picturis debacchantur, æquissimo ferrem animo si quod meæ famæ detrahitur accederet evangelico profectui: nunc horum temeritas officit optimis studiis et perdit causam evangelii. Nec dubito quin huiusmodi portentis indignetur Lutherus. cæterum hi Lutheri autoritatem fortiter negligunt quoties videtur commodum. Et fit nescio quomodo in utraque parte: nemo gravius læsit causam pontificis quam qui fortissime digladiabantur pro pontifice; nulli magis offecerunt Luthero quam qui vehementer videri volunt Lutherani. Scio quantus sit artifex Christus, qui novit humanos tumultus in suum suorumque bonum vertere; eoque lubens abstinuissem ab hac tragœdia, si licuisset: equidem ut tumultus autor esse nolo, ita quantum invitabit proficiendi spes, non defuturus sum evangelico negocio. Quid Luthero suus dictet spiritus, ipse viderit. Te non sum vehementer adhortatus ad palinodiam, vel ob id quod scirem me hoc operæ lusurum: non sum iudex alienæ conscientiæ nec dominus alienæ fidei: certe optabam tuum ingenium, ut est natum bonis literis, ita iisdem perpetuo fuisse dicatum. non defuissent actores isti tragœdiæ, quæ quo casura sit incertum est. Absit ut evangelicæ doctrinæ succenseam, sed in doctrina Lutheri multa me offendunt . . . . . De Sylvio multos hic mecum fefellit suspicio. Alberus ille censor Erasmi isthic agit ludi literarii magistrum in oppido Smach opinor. Oecolampadium non annumero portentis illis, nec huic similes, etiamsi permulta sunt quæ merito de his queri possim, ... Video te sollicitum ut mihi moderate respondeat Lutherus: immo patere illum suo respondere more. Quod ego moderate rem gessi, neque præter morem meum neque sine certo consilio feci. ille si hic multum sui dissimilis fuerit, clamabunt sycophantæ colludere nos, rem inter nos ex composito geri: proinde malo illum servire causæ quam mihi. . . . . Odi seditionem et a sævitia semper et constanter dehortatus sum principes. Si salvis hominibus queam iugulare vitia, videres quantus sim futurus carnifex ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενος. De fide tua nihil addubito, tametsi iam toties deceptus ab his quibus vel decem vitas eram crediturus. sed quicquid scribitur, vel γραμματοφόρων perfidia vel alio quopiam casu profertur: si colloqui licuisset, plura effudissem in sinum tuum. illud unice cupio, ut apud vos religiose et colatur et ametur evangelium; de me non admodum laborabo . . . . . Basileæ quarto Idus Decembr. Anno M.D.XXIIII. Vereor ut legas has extemporarias notulas.

CCCLXXII. 1...4. = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,2...5.) 1) p. 630...632. 2) p. 601...630. 3) p. 817...821. XIX. 3. 4) coll. 830. sqq. n. DCCXIV. 5 = Corp. Reformat. ed. Bretschn. I. p. 688...694. N°. 302. [ex n. 3. repetit.]

22 Sylv.] Aegrano. 24 Smach] *sic omnes. Alberus eo tempore in oppido* Ursel *non ita procul a Francofurto ad M. pueros instituisse videtur.* 26 respond.] commentario de libero arbitrio. 31 principes] *Etiam Galliarum regem?* 32 quantus .... carnifex *omis. 5.* Cf. Zenob. I. 40. Vestæ in sacris primitiæ fiebant. 34 γρ.] cursorum epistolas ferentium. 37 Basilea 10. Decembris, Anno 1524. *4.*

Digitized by Google

CCCLXXIII. [EXEVNTE A. 1524.?]

TRIVMPHVS VERITATIS. Sick der warheyt.

Mitt dem ſchwert des geyſts durch die
Wittenbergiſche Nachtgall erobert
[von Hanß Heynrich freyermut.]

(Post angelos, Christianum populum universum, patriarchas, prophetas, apostolos et evangelistas Huttenus prodit, quem deinde sequuntur Lutherus, Salvator, sancti martyres, Carlostadius.)

G. Vlrich vō Hutten.

(160) Sprecht juch mit freydenreichē ſchal
Juch, juch, frewē eüch mit mir all
Freut euch mit mir auß hertzē grūdt
Dā groſſe freud thū ich eüch kūdt
Ja frewd, der gleych in duſent joren
Vns hand gehört eynchs menſchen oren.
Dan gott hat ſich gethon erbarmen
Vß gnaden, über vnß vil armen
Vnd hatt vnß ein propheten gſandt,
Der Martin Luther iſt genant,
(170) Durch den vnß der barmhertzig Gott
Solch groſſe gnad bewiſſen hott,
Das wir durch in hand widerum
Das heylig Euangelium
Durch welchs vns gott an beüt ſeyn huld, Eſa. 10.
Verzeyhung aller ſünd vnnd ſchuld. Roma 1.
Vnd vnß darzu verheyßt zu geben 1. Johan. 2.
(Allein vß gnad) das ewig leben.
Recht ſolche tröſtlich botſchafft gut
(Dies Euangelium bringt vnd thut)
(180) Hand wir nü vil jar nie gehaben.
Dan es der maſſen lag vergraben
Verhut mit falſcher leer vnd dant
(Da mits der Endchriſt hat verbant)
Das wirs nu ſchier füfhundert iar
Nie lautter handt gehapt vnd klar.
Dan der Bapſt hat vns mit finantz
Dem teüffel gbunden vff den ſchwantz,

[5] De hoc (pseudonymi alicuius Turicensis, opinor, sed Norimbergæ nati) Germanico poemate (quod certe non ante a. 1524. prodiit, ut loci de Lutheri *Garuss*, de Carolostadio, alii docent). cf. *Strobel, Neue Beiträge zur Litteratur.* vol. V. (*Nürnb. u. Alt.* 1794. 8°.) p. 251...262. et de pictura xylographica quæ frontem libelli facit, *W'agenseil, U. v. Hutten* (1823. 8°.) p. 189. sq. Repetiit commentarioque critico instruxit Osc. Schade (*Satiren u. Pasquille aus der Reformationszeit.* Hannover 1856. 8°.) tom. II. p. 196...251. 352...373. [9] Hæc littera G ad picturam refert Hutteni equo inter triumphantes vecti. [10] Exordium ad Triumphi Reuchlini principium formatum esse adparet, ut tabulæ quoque xylographicæ utriusque libelli inter se magnam similitudinem habent.

Digitized by Google

Das wir an Gots barmhertzigkeyt
2 Petri. 1. vnnd (Durch Jesum Christ vnß zu geseyt)
Heb. 6. (190) Bey nach verzweyffelt haben gar,
32 Ehe wir der sach handt gnomen war.
Biß es zu lest dahin ist kommen,
Das er vns Christum gar hat gnomen,
Das wir nit me handt gsucht (vernim)
36 Verzeyhung vnser sünd by jm,
Ja nit me hand gehofft, vff erden.
Durch den son gots selig zu werden,
Sonder hand selbs gnug wöllen thon
40 Mitt rew, beycht, buß, nach ablaß gon.
(200) Vnd ander vill der gleychen dant,
Da hin sie vns gewisen handt.
Da mit die selen sind verdorben.
Gal. 2. 44 Vnd Christus vnß vmb sonst ist gstorben.
Vnangesehen, das er hatt
Sich für all vnser missethatt
Esa. 53. Gantz willig geben in den todt,
Coloss. 1. vñ 2. 48 Vnnd vnß erlößt von aller not
Des tods, der sünden, vnd der hellen
So fer wirs anders glaüben wöllen.
Johan 11. (210) Dañ wer da glaubt (spricht got) in mich,
52 Der wirt nit sterben ewigklich.
Johan. 3. Der gleychen auch Johannes meldt.
So lieb hat Gott gehapt die weldt,
Das er seyn eingebornen son
56 Hat geben, gnug für vnß zu thon.
Vff das, das wer da glaubt in jhn,
Nit werd verderben han zu gwin,
Sonder vil mer das ewig leben.
60 Vnd ist solch leer (secht) all vergeben.
(220) Dan nieman Gott hertzlich vertrawt.
Vnd vff sein wort, den glauben bawt.
Daran dan eynig schuldig ist,
64 Mitt synm gesind, der Entichrist,
Der vnß das Euangelion
Mitt falscher leer hat vnderthon.
℣ Deßhalb vmb diesen thüren schatz
68 Der Luther hat ghapt manchen hatz
Mitt dem Endchrist vnd synm gesind,
Die mit jrn listen klüg vnd gschwind
(230) Jm hand viel widerstands gethon,
72 Als Gott hatt wider auff lon gon
Durch jn, das Euangelion.
Dans gelt netz jrer faulen zotten,
Gestrickt vß menschen gsatz vñ gbotten
76 (Da mit sie gfangen hand die gwissen)
Hat er durchs wort gots jn zerrissen.

Digitized by Google

Jr fleyſchlich recht, geyſtlich genant,
Hat er als ketzerey verbrant.
80 ¶ Dar gegen hand ſie ſich geſtalt
(240) Zur weer mit ſchwert, fewr, vnd gewalt.
Hand in (wie wol vnüberwunden
Der warheyt, wies ſich hat erfunden)
84 Mitt gewalt, on recht, gantz vnuerſchampt
Als eynen ketzer ſchnöd verdampt.
Hand jn verſchoſſen vnd verbant.
Zu Rom, Cöln, Worms, vñ Mentz verbrant
88 Sein bildniß, vnd gegründte leer.
Des er zwar doch nit achte ſeer,
So fers betreff nür ſein perſon,
(250) Vnd nit das Euangelion.
92 Dwyl aber da mit auch würt gſchmecht
Das Göttlich wort mit ſampt dem knecht,
So hatt er ſich (wie billich iſt)
Dapffer zur gegen weer geriſt.
96 Hat doch kein ander ſchwert gefürt, Das wort Gotes iſt ein ſchwert des geiſts. Ephe. 6.
Dañ das wort gots, wie obberüert.
Mitt dem ſa hat er vmb ſich gſchlagen,
Dem Endchriſt, vnd jn allen zwagen.
100 Hat die ſtrebkatz mit in gezogen.
(260) Das haüpt dem Bapſt zür erden gbogen.
Er hat ſo lang mit jn gerungen,
Biß im zu letſt doch iſt gelungen,
104 Das, wz des gſchwürms iſt vñ des bornnen,
Von pfaffen, münchen vnd auch Nonnen,
Die mit jrem geyſtlichen leben.
Stracks wider gots gebott thund ſtreben,
108 Jch für gefangen vnnd gebunden,
Von dem propheten vberwunden.
Nur aber mit dem ſchwert des geyſts. Dz iſt mit dē wort Gottes.
(270) Das ſie dan auch verdrüßt vffs meyſt,
112 Das ſie dem Euangelion
Nit künen widerſtandt gethon.
Vnnd es jn aber greyfft vff d hauben,
Jr falſcheyt in thut fürher klauben.
116 Macht offenbar den Antichriſt.
Erēffnet auch den btrug vnd liſt,
Mitt dem er hat das Chriſten blut,
Verderbt, an leyb, ſeel, ehr vnd gut.
120 Dañ er vnß armen Chriſten leüt
(280) Gleych wie die ſclauen hat verbeüt.
Wir hand jm beſtien müſſen ſein,
Vol truncken böltz, all zeyt vol wyn.
124 Vil mynder hat er vns geachtet
Dans viech, dz mā zur metzbanck ſchlachtet
Biß das ſich Gott hat gthon erbarmen,
Durch Chriſtum, vber vns vil armen,

Digitized by Google

Vnd vnß erlößet von dem joch=
Das wir hand tragen lang mit schmoch,
Vnd widerumb (wie wol verletzt)
(290) Vnß in die Chriſtlich freyheyt gſetzt.
Darbey vnß zu erkennen geben,
Was ſey ein recht, war, Chriſtlich leben.
Summa eins gantzen rechten waren Chriſtlichen leben.
Nemlich in Gottes wort vertrawen,
Mit feſtem glauben daruff bawen,
Das in dar von nit reyſſen künde
Weder todt, teüffel, hell, nach ſünde.
In trübſal, leyden, angſt vnd nott
Verſicht man ſich als guts zu Gott.
Gott geb, gott nem, gilt im als gleych.
(300) Nympt ſaurs vnd ſüßs vff willigklich.
Dan er in leyd, iſt troſtes voll.
Zweyfelt gar nichts, gott wöll jm wol,
Durch vnſern herzen Jheſum Chriſt,
Der dan ſyn eynig=hoffnūg iſt.
Dar bey thut er ſein nechſten lieben.
Mit willen keynen menſchen btrieben.
Sonder er übt ſich alle zeyt
Inn wercken der barmhertzigkeyt
Mitt rathen, helffen, geben, leyhen,
(310) Mit leren, ſtraffen, ſchuld verzeyhen.
Fleyßt ſich vß liebe jederman
Durch Gottes willen güts zuthan
Sucht keynen nutz dzin, nach kein lon.
Thut iderman, wie er ſelb wolt.
Hab Gott lieb ꝛc. Vff den nechſten ꝛc. In dieſen zweyen gebotte hangt dz gantz aeſatz vñ die prophete. Mat. 22
Das jm vom andern gſchehen ſoltt.
Das iſt kurtzlich in einer ſum
Das gſatz, vnds Euangelium
Wo nun der glaub, ſolch frücht nit bzingt,
Vnd'ſcheid eins wärē vñ erdichten glauben.
Iſts nit der glaūb, da dſchzifft von klingt,
(320) Sonder iſt nür ein lauter wan,
Der in anfechtung nit mag bſton.
Es glaübt auch nyeman (iſt verlozn)
Er ſey dan anderwerb gebozn
Johan. 3.
Ja vß dem fewz vnd heyligen geyſt.
Darum bitten Chriſtum aller meyſt,
Das er vns ſeynen tröſter ſend,
Der ſölichs als in vns vollend.
(328) Vnnd alles übel von vnß wend.

Deinde ubi Lutherus agit 'Von vrſprung des Bepſtlichen gwalts vnd ban':

¶ Da in [den Päpſten] mit dem nu iſt gelungen,
2. Tehñ. 2. (335) Das ſie vns hand den won eintrungen,
Wie in allein ſey zu geſtalt
Der ſchlüſſeln volle macht vnd gwalt,

Digitized by Google

Das wen ſie binden, ſey gebunden.
Wen ſie vfflöſſen, ſey entbunden.
Hand ſie den gwalt ſo weyt geſtreckt,
Das ſie hand alle welt erſchreckt.
Dan in iſt ſo wol mit gelungen,
Das ſie hand küng vnd keyſer zwungen.
Zu thon, was ſie nur hand gewöllen,
(515) Oder zum teüffel gmüſt ind hellen
Dan wer jn hat gthon widerſtreben
(Als ſich dan ettwan hat begeben
Das küng vnd keyſer ſich hand gſpert
Wider den bapſt vnd ſein gefert)
Hat er alsbald ſie vnd ir fründt,
Mit irm anhang in bañ verkündt,
Ja auch all die in guts hand gündt.
Hat ſie verleüt, verbannt, verſchoſſen,
Es möch den teüffel han verdroſſen.
(555) Er hat all Chriſtlich lieb verletzt.
Das kindt wider den vatter ghetzt.
Hat ledig gſagt die vnderthan
Jrs gſchwornen eyds, jrm herzen than,
Er hat gthon ſo vil bluts vergieſſen,
Das es ein heyden möch verdrieſſen.
Dañ ehe das er het nach gelon,
(562) Es het ehe alß gmüßt zſcheytern gon.

— — — — — — — — —

Et postea „Vom Ablas":

183 ℭ Nu hör noch einen klugen liſt,
Der zu dem bapſt dem Antichriſt
190 Der ablaß offt geratten iſt.
(1105) Wan jm etwan (wie wir dan leſen)
Sein bann verroſtet iſt geweſſen,
Das iſt, das er vernichtet wardt,
Von yeman ſeyner widerpart,
Wie ich dann oben hab gemelt,
Vnd das der Hutten klar erzelt,
Das ſolchs von keyſern vß erwelt
Zu mermalen geſchehen ſey,
Von wegen des bapſts tyranney.
200 Vnd er dan nicht mocht mechtig ſeyn.
(1115) Gab er ablaß für ſchuld vnd peyn.
Rufft dar vff an das weltlich ſchwert
Vmb hülff, das ward er dan gewert.
Dann er ſagt allen denen zu
Die ſeligkeit vnd ewig ru,
Die ſteür vnd hilff in ſolchen nötten
Der helſchen römſchen kirchen theten.
Vnd wer in dem krieg würdt erſchlagen,
Der für von mund vff (thet er ſagen)

Hie vr liſe der Vlrich von hutten in eym büchlein darin er anzeygt wie ſich die beyd gegē den teütſchen keyſern gehalten habē

Deren einer iſt geweſen bapſt innocentius der vierd, wider keyſer Fridrichē des namens dem andern.

Mit ablaß beſoldet der bapſt die, die jm helffen kriegen wider ſeynne vnd.

In dem büchlin oben angezogt.

Der heyligen kirchen ſolt ich ſagen.

Digitized by Google

Wie ein fu in ein meüßloch.

210 (112.) On alle peyn ins ſchebig leben.
Das was der ſold, den er thet geben
Den ſeynen aller liebſten kinden,
Die ſeyn ſynd theten vber winden.

— — — — — — — — —

BASILEÆ. **CCCLXXIIII.** A. 1525.

ERASMVS ROTEROD. OTHONI BRVNSFELDIO S.

Næ tu prodigiosum somnium animo concepisti. Petrus Sutor, quondam theologus Sorbonicus, nunc monachus Cartusianus in Campania Galliæ, scripsit in me volúmen rabiosissimum, vociferans omnes translationes novas esse hæreticas et blasphemas, linguas ac bonas literas esse fontem omnium malorum. Ei respondi, sed sic ut præter unum illum neminem lædam, ne responsurus quidem, ni liber dicatus esset sodalitati Sorbonicæ et excusus ex autoritate theologorum Lutetiæ. In te vero adeo nihil meditamur, ut eruditum quendam ac facundum hominem, quem amici scribunt tuo in me libello respondere, crebris iam literis per omnia sacra sim obtestatus, ut si non orsus esset, ne ordiretur, si esset, aboleret in gratiam meam, si me vellet amicum. Utinam huiusmodi contentiones aniles, ut vocas, displicuissent tibi priusquam libellum tuum ederes, ac potius in consilium adhibuisses prudentiam quam quosdam qui ex alienis incommodis sua venantur commoda. Atque utinam Huttenus magis auscultasset meis literis, quas non unas amanter ad illum scripseram, ne tali libello edito et utriusque nostrum opinionem læderet et stolidis quibusdam literarum hostibus spectaculum ederet gratissimum. Quod mihi condonas omnia quæ habes adversum me, non video quid tibi debeam isto sane nomine: nam a me nunquam fueras læsus et longe alium esse iudicabam, priusquam libello animum proderes animum tuum. Consulueris rei tuæ si istam animi ferociam vertas ad moderationem ac mansuetudinem Christianam: nam hæc ipsa tua conciliatrix epistola quantum habet minarum, ne conviciis quidem vacans, tantum concepta vana suspitione ex nomine Sutoris et Cartusiani: erat hoc vel mediocris prudentiæ rem certius cognoscere priusquam ad minas aut convicia descenderes. Ego nullius amicitiam sum unquam aspernatus, neque quisquam a me lacessitus est ad inimicitiam. cæterum difficile est amicitiam tueri cum tam ferocibus et irritabilibus ingeniis. Christianum animum quem polliceris, tibi gratulabimur si præstiteris; officia tua nec ambio nec aspernor; satis amicum putabo si tibi ipsi præstiteris amicum, satis officiorum fuerit si non lædas famam alienam, quod solum potes, et facillimum est, hoc præsertim tempore. Bene vale. Basileæ. Anno M. D. XXV.

CCCLXXIIII. 1...4. = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,2...5.) 1) p. 714. 2) p. 681. 3) p. 931. sq. XIX. 100. 4) coll. 905. sq. n. DCCLXXXVI.

[19] æderes *1. 2. ut ubiq.* æ [29] Brunnfelsius vietoris Moguntinensis filius Carthusianus fuerat. erat hoc *etc.*] Mira Erasmici ingenii sagacitas fuit in aliorum animis vitia mendaque explicandi, a quibus quamvis ipse refertus esset, se plane liberum inmunemque iudicasse ingenue videtur. [37] Basilea. Anno 1525. *4.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLXXV.** 8. NOV. 1525.

ERASMVS ROT. MAXIMILIANO TRANSSYLVANO CÆSARIS SECRETARIO S. D.

Ornatissime Maximiliane. Exemplar literarum quas ais te ex Sylva ducali misisse, redditum est; priores non recepi. Quoties exosculor istud pectus in tuis literis tam amicum et candidum, mi Maximiliane. De pensione non sum anxius; scio quam ista semper esuriat aula, vere pertusum dolium. Quod tu suspicaris factum, ego futurum sciebam: novi quæ sint ista portenta, et me miseret tum aulæ tum academiæ; iam pridem hoc agunt quod agunt; sciunt ipsi mihi nihil esse cum ulla factione, et hoc illos habet male: legerunt Spongiam meam satis liberam, legerunt Liberum arbitrium; et si hic adessent, audirent amicas Lutheranorum de me voces, quanquam legerunt Hutteni et Othonis libellos satis testantes quanti me faciant. demum hic siquid tumultus oriretur, primus impeterer. verum istos nullius facinoris neque pudet neque piget, modo lædant recta studia. Video res humanas ceu fatorum impulsu tendere ad Scythicam barbariem: ego quoniam opitulari non possum, quod unum possum, conscientiam hanc puram et integram approbabo Christo. Brevi mittam famulum proprium et insigni fide; per eum scribam de singulis copiosissime. interim vivat Maximilianus meus suaviter, ut dignus est. Basileæ. VI. Idus Novemb. Anno M. D. XXV.

CCCLXXV. 1...4. = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,2...5.) 1) p. 713. 2) p. 680. 3) p. 933. XIX. 98. 4) coll. 898. sq. n. DCCLXXVIII.

CCCLXXVI. [A. 1524. ET 1525.?]

OTHO BRVNNFELSIVS MARTINO LVTHERO APOSTOLO CHRISTI.

Gratia tibi ..... Habebis quod te oblectabit, et hoc ausim constanter tibi polliceri, librum iis temporibus competentem, magis frugi, scriptum non esse annis abhinc octingentis. Quomodo vero in nostras manus venerit, quia prolixa est fabula, hoc satis dictum sit, de libris Huttenicis interceptis mihi esse redditum: et quod bona fide vetustissimisque exemplaribus testari possumus, suppositicium non esse. Plura super iis neque expedit, neque tutum est: utinam vero integre fuisset adsignatus ..... Si quid ergo poterit tibi esse usui, primum Christo acceptum refer, cuius providentia factum est, ut iis novissimis temporibus revivisceret hic auctor. deinde clarissimo equiti

CCCLXXVI. Ex Brunnfelsii edit. scriptorum Hussicorum, quæ s. l. et a. indicatione in 4°. prodierunt sic inscripta: IOANNES | HVSS | De Anatomia ANTICHRISTI, Liber unus, | De myſterijs iniquitatis *etc.*

[2] Maximiliano a Bergis, Cæsari ab intimis consiliis. [3] Sylv. duc.] Bois-le-duc, *Hertoegenbosch.* [19] Basilea 8. Novemb. Anno 1524. *4.*

Digitized by Google

et inmortalis memoriæ Ulricho Hutteno, ex cuius relictis thesauris est . . . . . Spiritus Ihesu te servet. Amen.

CCCLXXVII.

[OTHO BRVNNFELSIVS]
OMNIBVS CHRISTIANIS FRATRIBVS
GRATIA ET PAX.

Desiderata est hactenus vita Iohannis Huss, viri dei, ægre sane, propter eos qui notas illi impegerant et ut malefactorem damnaverunt; sed nulla certa relicta fuit, nisi quantum obiter est adnotatum in primo tomo operum suorum de Antichristo. nunc utcunque de innocentia et martyrio suo historia venit in manus, quæ tametsi totam vitam non pingit, tamen facile est ex iis coniicere qualis in reliqua vita fuerit. Ea mirabili providentia dei ex thesauris relicta est felicis memoriæ christianissimi et doctissimi viri Ulrichi ab Hutten, cui etiam ex Bohemia est reddita, continens in primo frontispicio martyrium et condemnationem eius in concilio Constantiensi; in secunda facie comparationem Christi et Antichristi, adscriptis undiquaque picturis et eiconis personarum. Quoniam autem vetustatem præferebat, consultum et religiosum videbatur edere et communicare, ut videntes finem et tolerantiam sancti ad patientiam sanctorum admoneret . . . . . De veritate historiæ nihil est quod commentitiam aut a nobis conflctam existimetis: ad verbum et ad ultimum punctum fideliter suppinximus omnia, non facturi prorsus nisi quæ certissima fide constarent et tam spectatæ fuisset antiquitatis membrana. Quodsi alicui adhuc non satisfacit protestatio hæc, exemplare exhibebimus signum fidei nostræ. Animavit etiam et hoc, ut eo fidentius ederemus, quoniam nullius famam lædit neque aliquid habet quod merito offendere Christianum pectus debeat. verum adscripta sunt omnia aut ex scripturis sanctis aut ex ecclesiasticis scriptoribus aut ex pontificiis decretis: quæ si non depuduit damnatores prægran-

CCCLXXVII. 1 = (Brunnfelsii) PROCESSVS | CONSISTORIALIS | Martyrii IO. HVSS, *etc. s. l. et a.* 4°. 2 = AD | COMMENTARIVM | DE | VITA | IACOBI BVRCKHARDI | ANALECTA. ||| | HALÆ MAGDEBVRG. || CIↃ IↃ CC XLIX. | 8°. p. 47. sq. Cf. Panzer, Ulr. v. Hutten. p. 216. sq.

Dům Leſer.

Chriſtlicher Leſer, diſes gegenwertig Büchlin, ſo ynhalt, ein rechtlichen proceſs, oder geiſtlichen Blůthandel, wider den frumen chriſtlichen Johannem Huſs, zů Coſtentz verbrant, vnd mit ſonderē fleiſs, nach art ſeiner zeit gemáldt vff das einfaltigeſt vß eim alten pergamenen brieff abcontrafeyt, vnd vergriffen, ſyheſt hye im truck on allen zůſatz, wēlleſt mit fleiſs durchſychtigen. Dann in jm die verfolgung der gottloſen, wider die freünd Gottes gar ſchrifftlich erſcheint mit gegenhaltung beider göttlicher ſchrifft, vnd Bäpſtlicher ſatzungen. Gibt ein augenſcheinlichenn bericht, wer der Endchriſt, wie, vnnd

Geiſtlicher Blůthandel Johannis Huſs, zů Coſtenz | verbrannt Anno Domini | M.CCCC xv. | am ſechſten Tag Julij. | *etc.* 22 *folia* 4°. *s. l. et a.*

Digitized by Google

dibus voluminibus inspergere et operam etiam patrare, adeo ut etiam laudari atque videri inde voluerint, quare nobis scelus esset tradere posteritati et referre? damnent potius damnationem et impia decreta sua, non nos. Quodsi adhuc dixerint Huttenomastyges, semper optare Romanenses sibi tales hostes, qualis est Huttenus, tollant sibi hos concussus et ictus; et si illi non lædunt, vehementiores ac fortiores dabimus olim. Valete.

durch was mittel er zů grund werd gon. Daneben den herrlichen syg Christi, vnd der seinen. Gantz gleichförmig deütend, diser zeit etlicher Tyrannen mysshandlung, so wol dem leib schädlich, aber der seel nichts abbrüchlich sein mögen. Lob Gott den Herren in seiner wunderbarlichen allmechtigkeit, der durch sein heyligs wort, so krefftig syget, vnd die heymlicheiten der boßhafftigen hertzen eröffnet, zů besserung der erwölten, wolt Got, nit zů ewigem nachteyl der gottloßen. Sag darneben danck, dem frumen theüren herr Vlrich von Hutten, dem diß vñ anders vß Behem zůgeschickt, vnnd durch yn zů gůt christlicher gemeyn, an tag kumpt. Damit bedacht werd, wie auch vnsere verfarē im wort not gelitten, vnd in fürlicheit ire lebens gestanden seyen.

[CAPELLIS.] **CCCLXXVIII.** [? IAN. 1526.]

[HENR. BVLLINGER AN DEN STADTSCHREIBER CHR. STILZ IN WILDBERG.]

. . . . . Quod paulo incivilius Erasmi libellum cui titulus DE LIBERO ARBITRIO COLLATIO tractaverim, mirum est quam ægre feras. verum nos propterea palinodiam non canimus, quin imo ne lato quidem cedimus culmo: est enim nedum impius, verum blasphemus etiam libellus, omnibus fere scriptis Erasmicis contrarius, ut nunc non referam quam ineptus, impotens, flavidus, in quo præter artificium nemo pius nihil laudavit unquam. At in tanta controversia theologum, non rhetorculum præstitisset. quid enim pietati cum epichirematis Erasmi? quid cum infinitis sinistre tractatis locis? Parum interest inter eum qui nihil e scripturis profert, et eum qui profert, at ita profert, ut magis de numero quam energia curet. Ubi vero Gordius se aliquis offert nodus, deus bone, quam misere se misellus torquet Erasmiolus, quam belle Protheum induit, quam infantiliter omnia figit ac refigit. An non et ipsi Origenis, ac aliorum succinentium idem epiphonima, excussimus sententiam? ergo non patrum dictis placitisque, sed collatione scripturarum locus Rom. IX. rumpendus erat? Christiani sumus, scriptura pugnamus, non patrum placitis. Neque inficias eo, adducit ille locos nonnullos, sed omnes eiusdem farinæ. Sophista quispiam petitionem principii reiiceret, et nos in re tam gravi coccicem

CCCLXXVIII. (S. Hess) *Erasmus von Roterdam.* *Zürich* 1790. 8°. II. p. 207. sqq. Qua de causa hanc epistulam receperimus, exposition est supra p. 247.

[4] opt. Rom.] Cf. supra p. 63. p. 298. §. 216. [14] verfarē, *sic*, *non* vorf. [27] epichir.] argumentationibus, conclusionibus dialecticis. [32] ἐπιφώνημα, adclamans dictum [33] Paul. ad Rom. IX. 16. [35] locus *Hess.* [36] coccycem, cuculum, conviciantem avem.

Digitized by Google

audiemus? — Breviter, si providentia est, liberum arbitrium non est: alias enim providentia non esset providentia. si porro liberum arbitrium, iam non est providentia; alias enim liberum arbitrium non erit liberum arbitrium. Torqueat se hic Augustinus et Boetius, quamquam ille sua posterioribus libris retractarit; hic tamen isthæc non nisi ad Græcas calendas dissipabit. Tu hæc nostra boni consule: zelus enim pro lege dei in hunc fervorem me excitat; nam dici non potest quantum divinæ naturæ ac energiæ detrahat impium de libero arbitrio sentimentum. Erasmum alias ut patrem patriæ, eloquentiæ principem, bonarum litterarum patronum, humanitatis fontem linguarumque post Reuchlinum instauratorem veneror, suspicio, adoro; at in divinis litteris sapientem mundi iudico: ii quid de religione vera sentiant docuit doctor gentium et vas electionis Paulus in eius epistolæ frontispicio quam dedicavit Corinthiorum ecclesiæ. Quid si Erasmus ille tuus, alter Demosthenes, argentagina non secus laboraret in patrocinio veritatis atque ille olim cum adversus Milesiorum legatos pro Atheniensium re publica dicendum erat? — nec mirum, cum per os prophetæ prædixerit spiritus sanctus corda sapientum excœcari muneribus.

BASILEÆ. **CCCLXXVIIII.** 19. OCT. 1527.

ERASMVS ROT. BILIBALDO PYRCKEYMERO S. D.

A tuo, mi Bilibalde, calamo nunquam metui, iam pridem expertus et prudentem tuam civilitatem et animum in amicitia tuenda constantissimum; verum illud me male habet Oecolampadium meum nomen præter causam suis libris admiscere, quum ex me sciat mihi ingratum esse ab eo nominari, ingratius vituperari, ingratissimum laudari ..... Nam video populum exoriri, a quo vehementer meus abhorret animus: de catastropha magnopere metuo: perit concordia, charitas, fides, disciplinæ, mores, civilitas: quid superest? Iuvenis ille gloriosus, de quo scribis, magnum malum accersit sibi, nec facit finem: quum totius tragœdiæ Huttenicæ fuisset autor, ab usus familiaritate nostra, miratus si principi scripsi, ut illud ingenium ab illis nugis ad honestam aliquam functionem avocaret. .....
Bene vale. Datum Basileæ postridie Lucæ. Anno M. D. XXVII.

CCCLXXVIIII. 1...4. = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53.2...5.) 1) p. 732. sq. 2) p. 698. sq. 3) p. 959. sq. XX. 3. 4) col. 1028. sq. n. DCCCCV.

[9] humanit.] i. e. litterarum q. v. humaniorum. [12] Pauli ep. I. ad Cor. I. 19. sqq. [13] angina, suffocans, respirationem inhibens morbus. argentangina *scripserit Bulling.* [14] ille] Aeschineis de Demosthene pecunia corrupto calumniis rectius non credidisset Bullingerus. Neque tantum pecunias quantum admirationem sui suamque commoditatem vitæque prosperitatem captabat Erasmus. [16] Cf. Ezech. XXXIII. 31.

[18] Pirckheimero *4.* [26] Iuvenis] Henr. Eppendorffius. [30] Basilea 19. Octobris Anno 1527. *4.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLXXX.** 1. FEBR. 1528.

ERASMVS BOTZEMO SVO S. D.

ante ictum fœdus cum Henrico Epphendorpio.

Quam vellem te hic nunc adesse, quo patrocineris Erasmo tuo rem novam aggressuro. Hactenus gladiaturam exercui cum Beddis et Sutoribus; nunc, si superis placet, fio litigator et ab Hercule ad Mercurium transfugio. Venit huc Henricus Epphendorpius, e Thrasone factus Phormio, vel, ut melius dicam, ex utroque conflatus. vix ingressus est urbem, nemo nesciebat illum mihi diem velle dicere. habuit obviam Beatum; in illum effudit stomachum suum, meis litteris factum esse ut Ducem Georgium ex amicissimo haberet infensissimum, excidissetque ex amplissima fortuna, ut minimum dicam, trium millium florenorum; matrimonium opinor significabat. Beatus, ut est vir melior quam ut suspicari possit inter homines eiusmodi portenta, tum quietis amans et utrique bene volens, suasit uti prius colloqueretur, deinde statueret: ita solent impetratores: colloquium non omnino recusavit Epphendorpius, sed negavit se domum meam venturum, quum ego sic affectus essem ut totos quinque menses domo pedem non extulissem. interim in foro, in diversorio, in viis publice privatimque vociferabatur *μάλα τραγικῶς*, quam indigna perpessus esset ab Erasmo. Hæc sub vesperam. postridie adiit, ut audivi, proconsulem significans se velle legibus agere contra me. responsum est senatum nunc esse occupatissimum, differret in aliquot dies. a prandio postridie venit ad colloquium vultu mire composito ad iracundiam, dixisses Mezentium quempiam e tragœdia; legit mihi epistolam quandam scriptam ad Saxoniæ ducem Georgium mihi quidem ignota manu . . . . . Deinde iactabat se fuisse læsum prius. respondi me primum omnium fuisse læsum, quod Huttenum provocarat, libellum ediderat, nec hoc contentus Othonis cuiusdam furore in me sit usus. inficianti, quod facturum sciebam, fassus sum ista non tam facile probari posse, mihi tamen tot argumenta collecta, ut propemodum pro compertis haberem. citavi Heresbachium testem, citavi Carolum Harstum, Hutteni libellum ipso castigatore fuisse editum; item quum Othonis libellus ederetur, illum in Scoti typographi ædibus fuisse assiduum. pessime omnium habebat illum quod in epistola dictus esset sceleratissimæ ecclesiæ propugnator. Respondi illum his

CCCLXXX. 1 = Pirckh. Opp. (Ind. bibl. n°. 59.) p. 202...208. 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,5.) coll. 1730...1739. Append. n°. CCCXLVI.

[5] fudorib. *1.* sudoribus (Lege Sutoribus) *2.* Satis notæ sunt Erasmi cum Natali Beda et cum Petro Sutore altercationes. [9] Beatum] Rhenanum. [12.13] suspicari possit] i. e. in eum incidat suspicio esse i. h. e. portenta [16] *valde querens* [21] differet *1.* [22] ad *omis. 1. 2.* Mez. e trag.] Facit hoc ad historiam dramatis recentioris. [23] ep. quandam] Vulpino mendacio suam esse hanc epistolam Roterodamus tum abnegabat, quod postea ipse fassus est bonam conscientiam omnem ludibrio habens his verbis „ut in bello, ita in lite nemo iubetur esse sui proditor." Cf. Util. admon. adv. mendac. in Opp. Basil. tom. IX. p. 1386., L. B. tom. X. p. 1688. et infra n. CCCXCII. [25] *legerim* eiusque libellum [26] cuiusdam] *Quasi Brunnfelsii nomen excidisset e memoria Erasmi.* [29] Conradi Heresbachii Clivensis, ad quem complures Erasmi epp. extant, vitam descripsit Melch. Adamus in vitis Germanor. ICtor. ipso] i. e. Eppendorffio. [30] Scotti] Ioannis *Schott*, typographi Argentoratensis.

Digitized by Google

titulis celebrari ab Othone et Lonicero . . . . . Constantiæ quum episcopus rogaret Beatum num esset Epphendorpius nobilis, isque ambigue respondisset, Epphendorpius obticuit et primum mensæ locum occupare sustinuit. In hoc itinere sequutus est nos equo quo nil miserabilius; verum aiebat se Rinveldiæ a nobilibus equum commodato sumpturum; at nil actum, nobiles aberant scilicet. Eundem fucum lusit Schaffhusiæ, atque etiam Constanstantiæ; ut iuxta proverbium fur furem cognovit et lupus lupum, ita nobilis nobilem novit, sed mala quadam fortuna nusquam erant illi quos volebat. Indignabatur quod in Spongia vocassem ipsum Hutteni Achatem, at non indignabatur quod in eadem fecissem ipsum nobilem, sic enim tum suspicabar, non prorsus esse plebeium. quur agnovit quod non erat? ad hæc habet famulos, in quibus Germanos duos qui nunquam non appellant illum Ioncherum . . . . . Agitatum est de compromissione; consensimus in duos optimos huius urbis viros et illi non minus amicos quam mihi, Beatum Rhenanum et Bonifacium Amerbachium, iuris Cæsarei professorem. Habes hactenus actam fabulam; quid sit sequuturum nescio. utinam hic adesses, quo liceat tuis uti consiliis qui iuris scientiam profiteris: consultamus enim utrum satius sit acceptis conditionibus otium emere ab otioso nugone et his rebus nato, an experiri iudicio. posterior sententia mihi placebat: noveram enim famas vanissimi Thrasonis et sciebam illi magis dolere crumenam quam famam, hoc est magis esse famis negotium quam famæ, utcumque componeret satrapæ vultum et verba funderet sesquipedalia: promiserat hoc proxima scytala qua bellum denuntiabat, 'revocabitur' inquiens 'tibi tragœdia Huttenica'. Hic præter morem non est mentitus: prorsus eadem tragœdia est: scis ipse tunc miris fumis et artibus captatam prædam postea quam Huttenus ad sacram confugiens ancoram ex prædone factus est sycophanta. at hic ut agnoscas utriusque fabulæ artificem, vide ut dissimulat prædæ studium: prætexit famam læsam, damnum scilicet inæstimabile . . . . . Quod Huttenum instigarit ut me stylo peteret, adeo non fatetur, ut se iactet pro viribus hominem cohibuisse nequid me læderet; atqui quum essemus Constantiæ, quo tempore miram erga me observantiam simulabat, apud hospitem meum effutivit quædam, ex quibus liquebat illum parum amico esse in me animo; idem fecit hic Basileæ, quum quotidie blandus me inviseret: eas tum fabulas non tam ignoravi quam contempsi. Quum huc venisset Huttenus, per Henricum Epphendorpium excusavi colloquium, nisi quid esset rei seriæ; mihi narravit Epphendorpius non semel quod mandata bona fide retulisset, quod Huttenus meam excusationem boni consuluisset; ex Heresbachio et Hutteni litteris deprehendi rem secus habere. quum hic etiamnum ageret Huttenus et inter suos sodales fremeret in me dira minitans, Epphendorpius hæc omnia dissimulans finxit illum pacato esse in me animo. siquid mihi inter confabulandum excidisset, interpretatione depravatum, velut illud, roganti mihi quamobrem Huttenus scripsisset amarulentum libellum in comitem Palatinum, quem etiam æditurus erat

---

[1] Lonicero] Ioanne, puto, Marburgensi trium linguarum professore. Leonicero *2*. [2] isque] usq; *1*. atque *2*. [5] *Rheinfelden*. [12] Ioncherum] *Iunker*, i. e. nobilis iuvenis. [16] hic] his *1*. [21] Vtrumq; *1*. [22] scytala] secretioris epistolæ genus apud Lacedæmonios, de quo v. Gell. N. A. XVII. 9. [25] posteaquam *etc.*] Utrum impotentiam an impudentiam Erasmi magis abomineris ambigas. [35] narraret *1*. narrarat *2*. [42] De hoc Hutteni in comitem Palatinum scripto amarulento libello hoc unum Erasmi testimonium habemus.

Digitized by Google

siquem typographum tam insanum nancisci potuisset, 'quoniam' inquit 'fidelissimum illius famulum et innocentissimum *** qui tres abbates in ditione principis illius latrocinio manifesto adortus est?' tum ille 'Verum' inquit 'id fecit domini 'iussu'; hic ego ridens, num isthæc accusatio liberaret famulos meos, si in manifesto deprehensi furto dicerent se quicquid fecissent meo fecisse iussu? His tum quidem tantum arrisit ille, sed ita detulit ad Huttenum, ut ille miris modis fremeret, quod illud equestre facinus furto plebeio comparassem. Huiusmodi multa post comperi, longe plura compertus, nisi nemo me talium rerum esset incuriosior. Tandem hinc metu se subduxit Huttenus. ad quem quum Epphendorpius subinde recurreret, alia apud illum, alia apud me loquebatur: id crebro suspicatus post comperi. Scripseram forte per alium quendam Miltusii tum agenti inscio Epphendorpio; respondit ille his verbis 'Ubi fingis odio-'sam nunc fabulam de hypocaustis, quorum apud me nulla unquam mentio facta 'est, et si Epphendorpio id mandasses, in promptu quod responderet habuisset, 'nempe quod operæ non esset ad me referre, quum soleam cum aliis amicis 'ad duas aut tres nonnunquam horas in foro ad colloquium detineri: adeo non 'potui abesse ab hypocaustis.' hæc Huttenus; atqui Henricus Epphendorpius mihi dixerat Huttenum ob morbum non posse abesse ab hypocaustis. Crebro mihi responderat illum boni consulere quod ipsum non admitterem ad colloquium; atqui post cognovi ex Heresbachio et aliis rem longe aliter habuisse. Rursus ad alias quasdam litteras meas Huttenus respondit hæc 'Hoc quod tu 'constanter affirmas, Epphendorpius fortiter negat.' quum igitur me ex more velut amicus inviseret Epphendorpius, 'An non talia' inquam 'mandavi tibi re-'ferenda Hutteno?' fassus est; 'nonne dicebas illum talia respondisse?' fassus est; mox epistolam protuli, iussi ut legeret, legit, et aliquando narrabat illum longe diversa dixisse: hæsit homo, nec tamen erubuit; risi. Fingebat se autorem premendi libelli quem Huttenus scripserat, nec dubito quin ipsius hortatu; exaggerabat rem apud amicos, ut pecunia redimerent tantum malum; ipse se prædicabat velle de suo quinquaginta florenos impendere ne talis liber prodiret: videlicet ut amicorum liberalitatem eliceret. Frobenius territus offerebat quinquaginta; id suspicabar ante quam fateretur Frobenius; Epphendorpius mihi narrabat esse quendam Basileæ qui quinquaginta florenos offerret ne liber veniret in lucem, expectans quid ego offerrem; nihil respondi nisi me nescisse hactenus quod tales amicos haberem Basileæ: iam enim audito Frobenio putabant eam pecuniam in tuto esse. Quum Hutteni famulus hinc abiret, dixit astante Beato veluti de me sollicitus, 'Utinam' inquit 'is liber non prodeat, impende-'rem de meo, de meo, inquam, quinquaginta florenos', quum id temporis vix dimidiatum haberent Huttenus simul et Epphendorpius. Paulo post Ioannes

---

[2] summo supplicio affecit'. ad quod ego 'Tu vocas innocentissimum, *vel similis versus excidisse videtur.* Ceterum huius facinoris Hutteniani præter Erasmi famosarum narratiuncularum captatoris testimonium nullum extat. [5] deprehendi furto, diceret *1.* [8] nemo *etc.*] Solent fabularum ac garrulitatum sermonumque per opida circum blateratorum avidissimi homines ab omni maledicentiæ studio sese alienissimos aut fingere aut ipsos putare. Totam hanc Erasmi epistulam non Erasmi, sed vetulæ cuiusdam lotricis maledicæ esse dixeris. Cf. Erasmi ad Pirckh. ep. d. 1. Mai a. 1528. scriptam, infra n. CCCLXXXIII. [16] suspiciatus *1.* Miltus.] *Mühlhausen.* [17] ab *omis. 1. 2.* [27] premendi] i. e. supprimendi [38] Ioa. Botz.] Ita non epistolam sed libellum defensionis componit Erasmus, ut ad quem scriberet præ coacervandarum suspitionum fere cæco studio plane oblivisceretur.

Digitized by Google

Botzemus, quem sciebat amantissimum mei, sævo rumore territus huc accurrebat e Constantia, ilico tetigit animum hoc agi, simulatque licuit seorsum colloqui, nam Epphendorpius huius fabulæ choragus nusquam non aderat Coryeæum ageus; rogo num ea de caussa venisset; fatetur; 'nulla' inquam 'mentio de pecunia?' fassus est esse factam; 'quantum' inquam 'petunt?' modicam, inquit, summam, florenos septuaginta. Quum Epphendorpio in familiari colloquio narrarem quo stomacho Huttenus abiecisset abbatis Volzii epistolam, in qua repperit coronatum aureum, respondit munus Hutteno dignum non fuisse; 'si misisset' inquam 'florenos quinquaginta?' approbavit: huiusmodi technis admonebat me officii. tandem, ut magis me terreret, exhibuit librum scriptum, quem negabat se aperuisse priusquam redderet; iussi ut recitaret; recitavit initium; risi, negans ibi quicquam atrox esse, quum scirem illum aliud expectare, volebat enim atrocissimum videri; tum ille 'Ast alia' inquit 'sunt intus', et paulo ante negarat sibi inspectum codicem: adeo raro sibi constant qui fingunt. Coierant inter se amicitiam ἀποθνησκόντων et uterque debebat plurimum, nec habebat obolum; Huttenus etiam criminibus onerabatur, multis suspitionibus premebatur Epphendorpius: ad tales amicos accessit hæc causa. Monueram amicos ne darent assem mea causa: iam enim liber per multorum manus vagabatur, et post numeratam pecuniam erat illis in manu ridere nos. hinc stomachus illorum in me, quia fefellit præda. tot intercessere coniecturæ; multo plures etiam fuere quam ego referre queam: omitto enim voces sycophanticas quas apud alios effutire solet. iam siquis legat Huttenicas ad me epistolas quas per Epphendorpium misit, nihil spirant nisi prædam. Quum tandem sentiret Epphendorpius se magis ac magis gravari suspicione, iam enim multis obolebat fucus, Tigurum accurrit ad Huttenum et rettulit epistolam quæ valde diligenter testabatur libellum nunquam exiturum fuisse, si Epphendorpius paruisset consiliis: et adeo nullum mihi esse nasum putabat, ut has technas non olfacerem: tam diligens excusatio quid aliud erat quam accusatio? Concessit Argentoratum prius apud me testatus quod esset nobilis, nec prius excudi cœpit liber Huttenicus quam ille eo commigrasset, et qui illinc huc veniebant, affirmabant librum ipso castigatore excusum. Ubi vidit ilico prodisse Spongiam, et hoc rete nihil traxisse, subornavit Othonem, ac nequa in ipsum caderet suspicio, curavit ut asscriberet inscio Epphendorpio libellum esse æditum; curavit ut prædicaretur vobis eques, quam ad rem abusus est et Loniceri ingenio, quem post sui facti pœnituit. . . . . Stomachabatur quod insimulassem ipsum Lutheranismi, quum et hodie profiteatur se propugnatorem Hutteni. qui ecclesiæ Lutheranæ protector est præcipuus, nec id dissimulabat quum viveret Huttenus, nobis glorianter denarrans quibus periculis eum fugientem huc atque illuc deduxisset. ego sane nunquam suspicatus sum illum quicquam de evangelica fide cogitasse; aliud agit; offenditur insimulatione vanitatis, quum tot insignia mendacia protulerit in uno colloquio, nec erubuit ea confirmare

---

[2] animum]? amicum? *Locus non sanus.* [3] Coryc.] cf. adnot. ad §. 15. epistulæ d. 2. April. a. 1524. datæ, supra p. 406. [7] Voltzii 2. Pauli abbatis monasterii Benedictinorum Curiæ Hugonis (*Honcourt*, *Hugshofen* Alsatiæ inferioris). [13] negaret *1.* [14] se *omis. 1.* [15] ἀποθν.] nisi cum ipsis intermorituram. [22] Huttonicas *1. (Si non mentiris, cur non exhibes, loquax Erasme?)* [32] Ut Erasmus mendax ne videatur, mentitur non solum Eppendorffium sed et Brunnfelsium mentiri. [33] libellum] Brunnfelsii responsionem. [34] Leoniceri 2. *Cf. supra.* [37] nec] ne *1.*

Digitized by Google

coram quibus contraria mihi dixerat ipse: usque adeo nihil habet frontis: habeo epistolam ipsius manu scriptam ad Othonem equitem ducis Saxoniæ, in qua iactat se Epphendorpius solvere debita Hutteni, et illius causa periclitatum ne coniiceretur in carcerem; summam enim excedere centum quinquaginta florenos; quasi ille unquam pilum pro Hutteno solverit vel soluturum spoponderit: ille scilicet dissolvet æs alienum ab altero conflatum qui quod ipse contraxit, non potest dissolvere ..... Plura scripturus eram ad te, sed hic nuncius parum erat certus; venerat e Burgundia; Hollandus mihi visus est erro; tamen affirmat se velle isthuc proficisci; et pecuniam credidi et has litteras. quæ si perlatæ erunt, fac huc advoles quam primum; vereor enim ne compromissariorum autoritas parum sit valitura: attamen periclitabimur. Bene vale. Datum Basileæ pridie purificationis anno a Christo nato M. D. XXVIII.

„Traduxit me non modo apud principem, cui licet vitæ et necis ius in „me esse videtur, sed etiam apud plures privatos; illius causa fama periclita„mur quam necessum est resarciat, quod per epistolam unam atque alteram vix „fieri poterit, sed opus erit inscriptione cuiusdam libelli, ubi pro sua pru„dentia rem illam temperet, ut sit præter suam infamiam, nec lectori relinquat „quiddam suspitionis: inscriptionem hominis alioqui non tantopere ambio. „Principi scribat autem in aulam, ubi epistolam suam sparsam scio, atque „veteri de me expectationi de integro restituat, litteris tamen prius a me le„ctis, ne per obliqua sua et aliqua magis deprimer quam server. Quod vero in„nocentem me sic conatus est perdere et historiam de me contexuit, ut Fri„burgi concitato tumultu coactus sim discedere, quum diversum et urbs sciat „et testes vitæ probæ illic actæ esse possint universi cives, pro læsa inno„centia ibidem centum elargiatur ducatos; itidem in hac urbe faciat, ducen„tos vero in Argentoratos, quos ipse feram et pro meo arbitrio egenis dis„pensaturus sum: hæc omnia pro impetita et simplicitate et innocentia. „Damna læsæ famæ, etsi maiora sunt quam quæ æstimari possint, tum ob „vetera in me merita, tum pietate ductus condono lubens, si priora recipit. „quodsi recusat Erasmus, vita sciat me potius periclitaturum quam fama."

Hæc quæ præcedunt scripserat Epphendorpius sua manu.

Hæc respondit Erasmus.

Epistolam quam prælegit, non agnosco, nec arbitror me scripsisse talia, nec exemplar in meis schedis reperio; et epistolam ducis si proferat, testabitur me talia non scripsisse: tantum admonui ducem, ut illum ad honestam functionem ab ocio revocaret aut certe mihi quietem ab illo impetraret. De inscriptione libelli, si videro animum illius factum amicum, non gravabor, maiora facturus amicitiæ nomine. Quam sit illi princeps iratus nescio, aut quas irarum causas habeat, mihi non constat: habebat Epphendorpius Emserum hostem capitalem apud principem; si ex mea querela princeps factus alienior est, non gravabor hoc meis litteris civiliter scriptis mitigare, quatenus licet cum tantis principibus agere. De eleemosynis ipse curabo quum mihi deus in men-

---

[10] advolet *1.* [12] *Basileæ 1.* Februarii *2.* [14] ius] vis *1. 2.* [15] Nihil post 'videtur' excidit sed parum Latine hoc scriptum est: idem fere legitur infra p. 448. v. 39. sq. [19] quid de suspitionis inscriptione *1.* quid de me sinistræ susp. *infra* p. 448. *ubi cf. etiam reliqua.* [20] autem scribat *2.* [25] possunt *1. 2.* [27] urbe] Basilea. [29] æstimare possunt *1.* tam — tam *1.* [30] recepit *1.* [31] periclitarum *1.* [36] Ad sqq. etiam cf. infra p. 449. [40] Enserium *1.*

Digitized by Google

tem miserit; nec mea refert quomodo hic aut Friburgi vixerit: quo sanctius vixit, hoc magis gaudeo. de aureis quos postulat sibi dari, præstat sileri, ne videatur ob hanc causam intendisse calumniam: agat amice et desinat populum in me concitare, non patiar me vinci civilitate; uberius illi prodesse possum quam si dem ducentos aureos.

Hæc, inquam, respondit Erasmus sua manu.

Sequitur sententia arbitrorum:

„Quoniam ex consensu utriusque nobis ius fecistis dissidii inter vos amice „componendi, visum est nobis ut dominus Erasmus ad evitandam molestiam et „alendam Christianam concordiam præstet duos articulos sicut scripto recepit; „pro tertio eodem animo non gravabitur in subsidium pauperum dare florenos „circiter XX nostro arbitrio dispensandos. Et hæc facienda censemus citra no„tam alterutrius, tantum ut utrimque offensis, querelis ac suspitionibus abolitis „de integro certamen inter vos sit benevolentiæ cum oblivione præteritorum „omnium, perinde quasi nihil esset aut dictum aut factum. Dominus Henricus „Epphendorpius premat siquid scripsit, et utrique liberum relinquimus an vi„cissim aliquo benevolentiæ symbolo an potius mutuo animo contenti esse ve„lint. Actum Basileæ postridie purificationis Anno M.D.XXVIII.

„Beatus Rhenanus et B. Amerbachius &c."

BASILEÆ. **CCCLXXXI.** 3. FEBR. 1528.

HENRICVS AB EPPENDORF ZVINGLIO

Salve. Institueram Bernam venire auditurus quomodo fratres scripturas conferretis, sed negotiis quibusdam ingruentibus post sacra, ut aiunt, Basileam appuli, ex aliis percunctans quod ipse eram auditurus, nec tamen dubito quin Christus suo affuerit negotio, utcunque reclamantibus iis qui Antichristo patrocinantur. Sum nunc hic ut magnum illum Erasmum ad palinodiam adigam: sic enim coacervatis in nos mendaciis clam et me inscio apud Georgium Saxoniæ et nostrum principem me traduxit, ut non existimatione modo, verum etiam fortunis omnibus et vita periclitati simus. spero me sic acturum, ut senem malignitatis suæ pœniteat. Hutteni siquid habes operarum, quæso aut transmittas ad nos aut saltem significes, et hoc in quatuor dierum spatio, non enim diu hic desidebimus, prospecturi ne ex merito desit defuncto suus honor. Interim bene vale. Ex Basilea. 3. Febr. 1528.

Henricus ab Eppendorff.

CCCLXXXI. 1 = (Heß) Erasmus von Rotterdam. Thl. II. Zürich. 1790. 8°. S. 603. f.
2 = Zvinglii Opp. (Ind. bibl. n°. 81. p. 140. sq. (1528. n°. 9.)

---

[3] videtur *1.* [4] ciuitate *1.* [10] duos art.] de epistula deque præfatione scribendis. [18] 3. Februarii. *2.*
[29] sumus *2.* [33] Ex Basilea *omis. 1.*

Digitized by Google

[NORIMBERGÆ.] **CCCLXXXII.** [POST D. 6. APRIL A. 1528.]

PARS EPISTOLÆ
BILIBALDI PIRCKHEIMERI AD NOB. VIRVM VDALRICVM HVTTENVM
DE MORTE ALBERTI DVRERI APELLIS GERMANICI.

S. Tametsi, mi Udalrice, longior ætas inter potiora hominum connumeretur vota, vix tamen aliud quid perniciosius excogitari potest quam vita diuturnior: quod ego quidem nunc vel præcipue experior quotidie: nam ut reliqua senectutis omittam incommoda morborumque variorum genus omne, quid molestius homini accidere posset quam quod assidue fere non solum natorum ac propinquorum, sed et amicorum ac carissimorum suorum funera deplorare cogitur? Sane etsi iam sæpius dolorem qui ex morte necessariorum subire solet, expertus fuerim, nescio tamen an cuiusquam obitus talem mihi unquam luctum attulerit, qualem nunc optimi ac amicissimi nostri Alberti Dureri obitus repentinus concitat: nec iniuria, quum neminem ex omni humano genere, qui mihi sanguinis saltem vinculo iunctus non esset, magis dilexerim ac pluris ob innumeras eius virtutes probitatemque singularem fecerim. Proinde, mi Udalrice, quum sciam calamitatem hanc communem mihi tecum esse, potissimum apud te dolori meo habenas laxare ausus fui, quo pariter amico tanto iustas persolveremus lacrymas. Obiit Albertus noster, Udalrice optime, proh fatorum ordo inexorabilis! proh misera conditio humana! proh dura inclementia mortis! Vir talis tantusque nobis ereptus est, quum interim tot inutiles ac nullius frugis homines fortuna prospera perpetua vitaque fruantur plus quam diuturna etc.

CCCLXXXII. Pirckh. Opp. (Ind. bibl. n°. 59.)) p. 399.

BASILEÆ. **CCCLXXXIII.** 21. APRIL. 1528.

[ERASMVS ROTERODAMVS]
CLARISSIMO D. BILIBALDO PIRCKHEIMERO
CÆSAREÆ MAIESTATIS CONSILIARIO S. P.

Redditæ sunt epistolæ tuæ super alias aliæ quæ mihi magno fuere solatio. Quid attinet Dureri mortem deplorare, quum simus mortales omnes? epitaphium illi paratum est in libello meo. Allatus est hic rumor qui mire doctos exhilaravit, sed præcipue Bonifacium Amerbachium, ishic sumptu et autoritate senatus excudi Pandectas; optarunt et Græca Iustiniani excudi. Opinor Dilfum tibi narrasse de reatu meo. Ego hac in re obsecundavi consilio Beati Rhenani

CCCLXXXIII. 1 = Pirckh. Opp. (Ind. bibl. n°. 59.) p. 281. 2. 3 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,1.5.) 2) p. 1933. sq. XXX. 46. 3) col. 1075. sq. n°. DCCCCLVII.

[3] VDALR. HVTT.] scil. Nostri, diu ante Durerum defuncti, cognatum. Etiam hunc Udalricum pinxerat Durerus, quæ pictura adhuc Monachii extat. [4] Appellis *1.* [12] obit.] abitus *1.*

[29] *Voluit* doctos mire [31] excudi] Omnes Iustiniani iuris partes ab Haloandro a. 1529...1531. editæ sunt. Dilfus, Franciscus, Erasmi quondam convictor, multum ab eo laudatus. [32] reatu] i. e. lite cum Eppendorffio.

Digitized by Google

et Ludovici Beri; alioqui sciebam illum nihil acturum; fumos hominis iam olim novi; sed Beati ingenio semper abusus est ad huiusmodi dramata: turbam amoliti sumus qualibuscunque conditionibus pacem iniquam æquo bello præferentes. nihil omissum est, compromissum est: adhibiti duo testes, arbitri datis dextris stipulati sunt obsequium; pronunciatum est de scripto arbitrium, assensimus utrique, subscripsimus manu utrique; deinde bibimus ex eodem poculo, fracto inter nos pane, datæ dextræ. ominatus sum amicitiam fore perpetuam; annuit ille et comprobavit. exhibitum est omnibus convivium φίλιον. In abitu petiit epistolam ad ducem. id præter pacta præstiti ne quam darem occasionem **; petiit præfationem in librum ipsi dicandum; id quanquam absurdum et ineptum, tamen autore Bonifacio feci. Quid consecutum est? nox dicitur misisse famulum proprium qui sub nundinas vulgaret atrocem rumorem Erasmum esse damnatum Basileæ conditionibus gravissimis, ut scriberet librum et epistolam contra seipsum, deinde daret pecuniam; et hic ante abitum iactarat se adegisse Erasmum ad conditiones, ad quas ipse nollet descendere pro tribus milibus aureorum. hic rumor mirum quam exhilaravit pseudoevangelicos: qui triumphi! quæ exaltatio de nihilo! Hæc ego suspicabar futura, sed neque Beato neque Bero potui persuadere qualis esset artifex. et eram plus quam occupatissimus, præsertim in novis libellis. Quæ est hæc Germaniæ levitas? omnes evangelici ἐς κόρακας exultabant Erasmi autoritatem sepultam, amici metuebant. Et hæ fabulæ de Hutteno, de Othone, de hac lite aguntur per quendam evangelistam Argentinensem, qui se fingit amicissimum et putat me non intelligere; ego cogor dissimulare. Semper provocavi principes a sævitia, quo studio concitavi mihi quorundam iras; posthac nec compescam illos nec incitabo, sed relinquam illos suo ingenio; nec enim ullum finem fore video nisi sævitia, quam ad multos pervenire miserandum est: sed hæc Christo relinquam. Mitto ad te postulationem illius, meam responsionem, et arbitrorum sententiam, ut rem omnem cognoscas et amicis communices ..... Basileæ 8. Cal. Maias Anno 1528. Non relegi, ignosce. agnoscis tuum.

---

[3] qualibusque *1.* [4] arbitrum *1.* [6] manui *1.* [8] φίλ.] amicum. [9] ducem] Georgium Saxoniæ. occas.] *in ep. ad Eppend. infra* p. 442. *repetita additum est* rescindendæ recens sartæ concordiæ. [10] dicundum *1.* [11] iactaret *1. 2.* [16] mirumq; *1.* mirum quantum *2.* pseudoangelicos *1.* ἐς κόρακας] ad corvos [21] quondam *1.* Capitonem pungit. cf. epist. ad Goclen. supra p. 406. §. 11. [23] Commodi mores sunt qui simulare aut dissimulare, mentiri aut verum dicere pro rei utilitate cogi possunt. dissimulare] Tandem conlecto spiritu hanc epistulam Basileæ d. 2. Sept. a. 1529. Erasmus Capitoni scripsit „Tot coniecturis ducor, ut scientia sit magis „quam suspicio, te quemadmodum Othonem prius, ita nunc Epphendorpium in „nos immittere. Quæso ut istis artibus utaris in eos qui tibi male volunt potius „quam in Erasmum: nescis quantum possim lædere. satis est tragœdiarum, etiamsi „nihil accedat. laboro pro negotio evangelico multo sincerius quam tu credas: „nam vestræ ecclesiæ nunquam dabo nomen, ni aliam videro. Bene vale, et isti „iuveni *[i. e. Eppendorffio]* da melius consilium." *Erasmi Epp. L. B. 1706. fol. p.* 1932. *n°.* 517. *append.* Capitonem etiam Cochlæus (hist. vit. et act. Luth. Paris. 1565. 8°. fol. 36.) vocat „virum quidem eruditum et facundum, sed astutiæ plus quam vulpinæ vehementer callidum." [26] sed hæc *etc.*] Pilatus dixit 'Ego innocens sum a sanguine huius iusti, vos videritis.' [28] Basilea 24. Aprilis, *2.*

Digitized by Google

BASILEÆ. **CCCLXXXIIII.** 1. MAI. 1528.

ERASMI EPISTOLA CONTRA RVMORES AD PIRCKHEIMERVM.

Qui tandem obsecro sunt isti male linguaces, qui ut scribis per omnem pene Germaniam sparsere me modis atrocibus tractatum ab Henrico Epphendorpio, fœdisque conditionibus cum illo rediisse in gratiam? Quod etiamsi ex parte verum esset, quid est hic quod gestiant, quod exultent, quod triumphent ii qui se titulo evangelii venditant, qui nusquam non præfantur pacem et gratiam? fingant me læsisse Epphendorpium, fingant ab illo læsum, fingant utrumque ab altero læsum, denique fingant nihil intercessisse offensarum, suspitionibus humanis ac sycophantarum delationibus diremptam amicitiam, utrum hic insultare mihi par est an potius utrique resarta concordia gratulari? Ubi hic est ille spiritus evangelicus qui semper illis natat in labiis, qui pingitur in epistolis? ubi Christiana charitas quæ nullius gaudet malo? Sed applaudunt Epphendorpii victoriæ. Erant qui Huttenicæ temeritati plausum darent, nec immerito si successum habuisset audacia: profitebatur enim sese veritatis evangelicæ propugnatorem, quum nemo magis offecerit istorum evangelio: cum Epphendorpio vero quid istis tandem est rei? an credunt illum in Hutteni locum successisse? An id fecerit nescio, profiteri non arbitror, et si profiteretur, quid hæc causa facit ad veritatem evangelicam? At sine causa malis alienis delectari ferinæ cuiusdam malitiæ, tantum abest ut sit evangelicus spiritus. Nunc aperiam quam frustra semet ista voluptate titillarint: non hic refricabo causam quæ inter nos versabatur, ne quam stipulati sumus præteritarum offensarum ac suspitionum oblivionem oblitus videar: illud tamen dicam mea in ipsum merita nec ipsum Epphendorpium inficiari . . . . . Audiebam quotidie voces ac susurros hominum 'Quur hic tot annis hæret nec revisit suos? quid rerum gerit? unde suppetit illi res tantis impendiis? unde illius stemmata? ubi habet arces suas? cur eas deserit? quid illi cum Hutteno, cui ob manifesta facinora nullus iam locus erat tutus? qui dissolvit æs alienum quod nusquam non contrahit?' Hæc aliaque multa quæ nunc referre non libet, occinebantur a cordatis, etiam ab his qui videbantur illi vehementer amici. . . . . Res acta est præsentibus testibus viris gravissimis Ludovico

CCCLXXXIIII. 1 = Pirckh. Opp. (Ind. bibl. n°. 59.) p. 298...303. 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,5.) p. 1076...83. n°. 958.

[11] *In admonit. adv. mendac. idem fere locus sic repetitur:* Ubi est hic ille .... istis natat i. l., ubi pax quæ p. .... malo, sed omnium bono gratulatur? Applaudunt E. v.; quamobrem? erat nonnihil causæ quur Hutt ..... evangelio. cæterum cum Epph. quid tandem istis est rei? an sibi persuadent hunc H. l. s., quoniam ut vivo perquam familiariter est usus, ita defuncti famam strenue tuetur? hunc animum ut in illo nunquam deprehendi, ita non arbitror ipsum profiteri. sed donemus ita esse, quid hoc ad causam evangelicam? *etc.* [18] hæc] quæ *1.* [22] oblivionum *1.* [24] Audiebas? qui paullo ante Botzemo scripseras neminem te talium rerum esse incuriosiorem? [29] cordatis, scilicet Erasmice cordatis, siqui fuerunt. [31] Sequuntur narrationes cavillationesque ac sophismata fere eadem atque postea repetiit in libello cui inscripsit 'Adversus mendacium et obtrectationem utilis admonitio', qui libellus futuris rabulis legirupisque sane utilissimus videri potest.

Digitized by Google

Bero et Henrico Glareano. arbitri datis dextris stipulati sunt obsequium; promisimus utrique; pronunciatum est de scripto arbitrium, comprobatum est ab utroque, primum voce, mox etiam subscriptione; in signum amicitiæ porrectum panem altrinsecus fregimus, mox ex eodem bibimus poculo quod Georgius dux dono miserat; rursus stipulatus sum perpetuam amicitiam, asseveravit Epphendorpius fore perpetuam, datæ sunt dextræ rursus; postridie omnes accepi cœna; nihil omisi quod erat viri obliti omnium offensarum: dicas satis religionis adhibitum etiamsi fuisset occisus homo. Post cœnam Epphendorpius cœpit efflagitare epistolas ad ducem in postridianum mane: quamquam ille suo scripto mihi liberum fecerat vel duci scribere vel in aulam, nec erat præscriptum tempus, tamen quoniam instabat, ne dissiliret gratia priusquam coiisset, supra quam debui sum obsequutus. Flagitabat et præfationem: id non solum erat iniquum, verum etiam ineptum, quum liber nondum esset natus: ægre quidem illud, sed tamen hortantibus arbitris vel rogantibus potius et hic sum obsequutus. In epistolam inserui locum ipsius arbitrio; nec illud erat pacti, me ex illius arbitrio scribere. Flagitavit et aliud quiddam, quod arbitri mihi non sunt ausi proponere nec a me dicetur in præsenti, ne et hoc iactent cum illius dedecore. Post hæc ita gesta si Epphendorpius curasset fabulam per Germaniam spargendam, quid dici potest sceleratius aut perfidius, si rem spectes? aut quid stultius, si gravium virorum spectes iudicium? quid enim cogitabunt homines cordati, quum audient iactari præfationem, cuius nullus est liber? an dux Georgius adeo stultus creditur, ut non intelligat ex epistola, me quietem ab ocioso redemisse? Tam insignem perfidiam, tantam malitiam, tantam stultitiam ne tum quidem Epphendorpio tribuebam quum illi irascebar, tantum abest ut nunc illi tribuam post fœdus initum. Sed quo magis illum libero, hoc magis eos gravo quorum arte hæc procurantur: ille se læsum putabat, isti nunquam a me læsi sunt, nisi lædere est quod nolo profiteri quæ mihi non possum persuadere. Etiam de præteritis hoc æquior sum Epphendorpio, quod multis argumentis colligo illum quod fecit aliorum instinctu fecisse; neque me latent huius artificis machinæ, quamquam mire se credunt omnes fallere: iidem instigarunt mi-serandum Huttenum, ut in me styli mucronem stringeret; iidem impulerunt Othonem: sic, inquiunt, elevabimus autoritatem Erasmi. O consilia evangelica! fingite Erasmi autoritatem apud omnes extinctam, quæ iam nunc vel nulla est vel quamminima, continuone vos eritis dii? . . . . . Tibi vero, vir ornatissime, scriptum hoc misi, ut habeas quod blateronibus istis respondeas, qui simul atque ventrem et ea quæ sub ventre expleverint, nihil habent quod agant, nisi ut omnibus maledicant, atque ita fruuntur evangelica libertate. Bene vale. Datum Basileæ Calend. Maii. Anno M.D.XXVIII.

---

7 offensar.] Quasi non ipsum iniuriarum damnassent arbitri. 9 illi *1*. 17.18 dedecore] Nemo omnium qui quæ de hac causa scripta supersunt vel obiter perlegerit, credet Erasmum suam infamandi adversarii libidinem ita φιλικῶς frænasse. 23 Iam *1*. 24 ut nunc *etc.*] Quasi non infensius odisses postquam simultates abiurare coactus eras. 26 isti] Sed nec illum a te læsum fuisse, quod centiens affirmasti, nunc quoque fingis. 32 Oth.] Brunnfelsium. 33 extinctum *1*.

Digitized by Google

NORIMBERGÆ. A. 1528.

CCCLXXXV.

IN HVTTENI ARMINIVM
EOBANVS HESSVS.

Tot sua stat populis gestarum gloria rerum
Salva, suum tot adhuc sæcula nomen habent;
Audet adhuc veteres reminisci Roma triumphos,
Et mortis quadam vivere parte suæ;
Quæ nequit ipsa suas ostendere Troia ruinas,
Mæonio clarum carmine nomen habet;
Invida non totas merserunt funera Thebas,
Vivit adhuc Spartæ non moriturus honor;
Nondum Palladiæ prorsus cecidistis Athenæ,
Quicquid et eximiæ Græcia laudis habet;
Integra floret adhuc Pellææ gloria gentis,
Persarum nomen fama superstes habet;
Innumeræ gentes aliæ sua nomina servant,
Quasque supervacuum quasque referre mora est:
Una suæ merito fraudata est laudis honore
Semper et incelebris Teutonis ora fuit.
Cur ita? quæ nobis res hunc invidit honorem?
Fida alibi cur hic fama maligna fuit?
An quia non rebus clari, non Marte potentes?
An quia nos victos sæpe fuisse pudet?
Non ita: nam rebus nec clarior ulla per orbem
Gens fuit, aut ullo tempore victa minus.
Cur igitur? quia non rebus, sed nomina rebus
Quæ facerent, scriptis nos caruisse liquet;
Præcipue cum floreret Germanica virtus,
Et nondum hic nostras luxus haberet opes:
Tunc memoranda aliis nostri gessere parentes,
Tunc rerum virtus unica caussa fuit:
Tunc quia scriptorum nos defecere labores,
Gloria Lethæas nostra subivit aquas:
Nondum tota tamen, quoniam, licet invida, nostrum
Non potuit totum fama tacere decus:
Et sparsim Romana suis ea littera rebus
Inseruit, quæ nunc pauca, sed apta vides.

CCCLXXXV. 1 = Ind. bibliogr. XLVIII. 1. (quocum in hoc carmine, excepto v. *Edidit* vers. 38. omnino conveniunt XLVIII. 2. 3.) 2 = Operum Helii Eobani Hessi Farragin. Hal. Suev. 1539. 8°. fol. 297. sq. Edit. Francof. 1564. 8°. p. 550...552. Sylvar. lib. VI. i. f. 3 = Burckhard. III. p. 320...323. 4 = Hutt. Münch. I. p. CI. sqq. (erroribus scatet.)

In Arminium Hutteni, Germanis scriptores, non res defuisse. *2.* [1] populo *4.* [2] habet *4.* [4] parta *4.* [5] tuas *4.* [6] Meonio *1. 2.* [11] Pelleæ *4.* [15] sua *4.* [23] nomine *4.* [25] hic] hæc *2.* [28] causa *4.*

Digitized by Google

Atque ea si quæras quæ sint et qualia, debes
Hutteni patriæ vindicis esse memor:
Is quæsita suis patriæ monumenta libellis
Edidit et lucem iussit habere novam;
Nam quia sparsa aliis incognita quæque latebant,
Qui legeret rarus quique teneret erat:
Ille suas patriæ laudes atque eruta passim
Nomina digna legi fecit ubique legi.
E quibus unus hic est, quem condidit ipse, libellus,
Sed non auspiciis edidit ipse suis:
Namque immatura præreptus morte reliquit
Hunc quoque ceu partem funeris esse sui:
In quo si qua leges non qualia forte requiras,
Parte bona veniam quo mereatur habet:
Condidit Huttenus, non edidit; ergo futurum
Quod fuerat melius coniice quicquid erat.
Hunc tibi Mauritius gentili Huttenus honori
Fidus ab æternis noctibus adseruit.
Hic ferus Arminius, patriis qui victor in armis
Afflixit vires, Martia Roma, tuas.
Qui nisi adhuc iuvenis periisset fraude suorum,
Tu dominus Tyberis, Rhene, futurus eras.
Hunc quod habes patriæ, lector studiose, libellum,
Hutteno debes munera prima tuo,
Altera Mauritio, Ioachimo tertia, nobis
Quarta, aliquis nobis si locus esse potest.

NVRENBERGÆ Anno
M. D. XXVIII.
Mense Augusto.

ARGENTORATI. **CCCLXXXVI.** ANNO 1528.

SPECTATISSIMO VIRO
D. IOHANNI MAIO SELESTADIENSI
BOHEMICÆ AC VNGARICÆ MAIESTATVM SECRETARIO
DOMINO ET AMICO SVO INCOMPARABILI
IOHANNES HERVAGIVS S.

In legendis historicis etsi nihil ociosum Fabio autore pati debeamus, candidissime Maie, imprimis tamen quid in eloquutione annotandum sit, idem iubet

---

CCCLXXXVI. Indic. bibliogr. n°. XLVI. 1.

35 sint] sunt 2. 37 monimenta 3. 4. 38 Ædidit 1. 2. 44 ædidit 1. 2. 45 Nanque 1. 48 quo] qua 2. 49 ædidit 1. 51 Mauricius 2. 54 Adflixit 3. 4. 56 Tyberi 1. Tybridi 2. Tiberis 3. 4. 59 Mauricio 2. De Mauricio Hutteno et Ioachimo Camerario debita gratiarum actione cf. infra p. 446. epist. d. 29. April. a. 1529. scriptam. *Subscriptionem omiserunt 2...4.*

Digitized by Google

enotare. Hac etenim ratione quod verbum proprium, ornatum, sublime, quid speciose translatum, quæ verborum figura, quæ lenis et quadrata, sed virilis tamen compositio sit, haud obscure est deprehendere. Qua in re quidnam sit agendum, Hulderichus Huttenus, vir ne quid aliud dicam, meliori dignus fortuna, insigne atque adeo studiosis omnibus imitandum ædidit exemplum. Nullum enim primæ notæ autorem evolvit, unde non, quicquid ad parandam loquendi supellectilem e re videbatur, accuratissime decerperet. Id consilii si a plerisque nostræ ætatis caperetur, maiori certe tum voluptate tum utilitate optimi quique autores legerentur. Nacti igitur τοῦτον τὸν λειμῶνα selectissimis loquendi formulis ex Salustio et Q. Curtio variegatum, ac Hutteni scriptum manu in publicum ædere, tuoque nomini dicare voluimus, charissime Maie, non tam ut mundioris eloquentiæ candidatis gratificaremur, quam ut studiis tuis vel aliqua consuleretur, cui quidem rarius atque libeat, totos autores vacat relegere, negotiis aulicis subinde alio te avocantibus. Quod si ea quæ ex T. Livio pari diligentia ac iudicio idem Huttenus congessit, habere Musis bene fortunantibus licuerit, itidem communicare non gravabimur, modo officium hoc nostrum studiosis haud ingratum senserimus. Vale. Argentorati. Anno 1528.

In altera Florum editione Salustio adiectorum, quæ prodiit 'Haganoæ per Ioann. Sec. | An. M.D.XXIX, | 8°. hæc epistula, (quam Münch. IV. p. 583. mutilam corruptamque reddidit) repetita non est. Sed in tertia quæ Basileæ ap. Ioann. Hervagium a. 1534. 8°. prodiit, secundum ephemerides inscriptas *Allg. Liter. Anzeiger. Lpz.* 1800. 4°. col. 572., ex quibus idem Münch. IV. p. 582. mire corruptum repetiit, hoc extat Hervagii monitum

AD LECTOREM.

Quid in Autoribus præter historiæ perspectam fidem quærendum sit, candide Lector, eius specimen tum in aliis, tum hoc uno Sallustio dilucidæ brevitatis historico, Huldericus Huttenus contente effinxit: quum quæ ornata, propria, rara, compositione et eloquutionum modis insignia, enotarit, quæ nos hoc signo ⊱ ad alteram dictionem, qua res hæret, depinximus: ubi vero consilium attentum, aut quod mores vitamque hominum arguat, ad marginem ⟩ (sed in ipso libro hoc signum ") posuimus. Hoc igitur exemplo in cæteris versare autoribus et mirum quantum fructus, quo linguam et mores fingas, brevi accedat. Vale!

BASILEÆ. **CCCLXXXVII.** 5. SEPT. 1528.

ERASMVS ROTERODAMVS MARTINO LIPSIO S.

Ut mihi non potest non esse gratum tui pectoris erga me studium, ita nolim te serio cum istiusmodi rabulis conflictari, nec ipse magnopere laboro scire quid hic aut ille blateret. Expedit, inquis, ut traducantur. Quid hic

---

CCCLXXXVII. 1...4. = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,2..5..) 1) p. 918...922. 2) p. 858...862. 3) coll. 1192...1200. XXII. 31. 4) coll. 1107.. 1113. n. DCCCCLXXIX.

[9] τ. τ. λ.] hoc pratum, hæc floralia. [11] Flores ex Livio non prodierunt.
[25] Martinus Lipsius Bruxellensis, Iusti Lipsii patruus maior, canonicus re-

Digitized by Google

traductorem requiris, quum a nemine magis traduci queant quam ipsi tradu cunt sese? . . . . . Ubi primum exissent epistolæ obscurorum virorum, miro monachorum applausu exceptæ sunt apud Britannos a Franciscanis et Dominicanis, qui sibi persuadebant eas in Reuchlini contumeliam et monachorum favorem serio proditas, quumque quidam egregie doctus sed nasutissimus fingeret se nonnihil offendi stilo, consolati sunt hominem: ne spectaris, inquiunt, o bone, orationis cutem, sed sententiarum vim. nec hodie deprehendissent, ni quidam addita epistola lectorem admonuisset rem non esse seriam. Post in Brabantia prior quidam Dominicanus et Magister Noster volens innotescere patribus coemit acervum eorum libellorum, ut dono mitteret ordinis proceribus, nihil dubitans quin in ordinis honorem fuissent scriptæ. Quis fungus possit esse stupidior? At isti sunt, ut sibi videntur, Atlantes ecclesiæ nutantis, ex his designantur cognitores de dogmatibus ecclesiasticis, hi pronunciant de libris Erasmi, et horum arbitrio Christiani sumus aut hæretici. . . . . Datum Basileæ Nonis Septemb. Anno Millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

[BASILEÆ.] **CCCLXXXVIII.** [D. ? A. 1529.]

EPISTOLA ERASMI AD HENRICVM EPPHENDORPIVM.

Tanta religione inter nos amicitiæ fœdus ictum est, ut non possit sine summo perfidiæ crimine violari, quanquam ut scis, tua amicitia mihi nusquam est opus, lædere licet et vermiculis et scarabeis. Quantum autem tu possis lædere nescio. certe ego prodesse cupio omnibus, lædere neminem. Si famam venaris, honestiorem tibi parares alia via quam mihi obtrectando; si pecuniam captas, eam, tametsi mihi perquam exigua est summisque parta laboribus, tamen citius communicarem amico quam hosti minitanti, etiamsi magis conveniebat, ut tu tua pecunia subvenires ætati laboribusque meis quam ut ego tuis impendiis. Scis, quum hic discederes, me plura præstitisse quam arbitri præscripserant, ne præberem occasionem rescindendæ recens sartæ concordiæ. Hic iam tum erat sparsus rumor sævus me per te adactum ad conditiones, quas

CCCLXXXVIII. 1 = Pirckh. Opp. (Ind. bibl. n. 59.) p. 303. sq. 2 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n. 53,5.) coll. 1259...61. n°. 1087. 1088. 3 = Saxii de Eppend. comm. Lps. 1745. 4°. p. XVI...XX.

gularis S. Augustini ad S. Martinum Lovanii, præfuit Crucelensico ... cœnobio, ibidemque e vita excessit a. 1555. Foppens. Bibl. Belg. p. 856. sq. [2] Non sine sui palpatione Erasmus longam adversariorum suorum agmen recenset, quod omisimus. [8] Epistolæ (part. II. ep. penult. secundi exempli, nam primum posteriores octo epistulas omnes non habet) 'Marcolphi Sculteti Iohanni Bimperlebumpun ex Rorbach' subiecta est ep. 70. sic inscripta:

Magister Maleolus in Paradiso, Omni verborum ornatu reciso,
Famosissimo Magistro Ortuino, Qui clamat more asinino
Contra poetas et Latinos, Nec non Græcos peregrinos,
Omnium Barbarorum defensori, Et Coloniensium præconi famosiori.

[15] Basilea 5. Septembris, Anno 1528. *4.*

[26] ego *ex adnot. 2. recepi.*

Digitized by Google

tu pro tribus aureorum milibus nolles subire: id commode sum interpretatus abs te dictum priusquam dextras iunxissemus. mox atrociter etiam rumor pervasit totam Germaniam usque ad Aquisgranum: et hoc comiter accepi missisque litteris sic compescui rumorem, ut tuum negotium agerem potius quam meum. deinde tales ac tam multi retulerunt voces tuas plus quam hostiles, ut vix potuerim vel diffidere nunciantibus vel in bonam partem interpretari quod nunciabant. nondum tamen libuit eam persuasionem penitus demittere in animum meum, nequa per me staret quominus maneret sarta gratia, ac prorsus opto esse vana omnia quæ mihi relata sunt. Illud opinor non inficiaberis te desiderare in me fidem quidem qui hactenus non emiserim libellum quem pacto recepi. atqui scit tua prudentia non tam facile nasci novos libros, neque nescit non quodlibet argumentum tibi congruere. illud autem hic nemo nescit me in castigandis Augustino et Seneca ceterisque quæ sunt in manibus, sic obrui laboribus, ut amici me clament esse parricidam. deinde iam quaternis litteris efflagitatur a me ut sicut reginæ Angliæ scripsi 'Christianam uxorem', ita Mariæ, Cæsaris germanæ, quondam Hungariæ reginæ, scribam 'Viduam Christianam'. adde quod mihi cum tot monstris theologorum ac monachorum iuge ac capitale bellum est: quid multis? si ter frater esses, non potuissem hactenus tibi satisfacere; quodsi licuisset, non fuisset opus ullo monitore; id sat arguit quod in ceteris et plus debito præstiti et ante tempus. Iam scis huic rei nullum fuisse præscriptum tempus, et adiectum fuit 'si comperissem te ex animo factum amicum.' quodsi prorogassem æquo longius, admonitionem oportuit præcedere priusquam ad minas aut inimicas voces veniretur, et arbitrorum erat diem præfigere. at narrant te mecum per litteras acerrime expostulasse de perfidia, quum ad me nulla sit perlata syllaba. ubi locus perfidiæ, ubi nullum præscribitur tempus? etsi præscriptum fuisset, non statim est actio perfidiæ, ubi non præstatur promissum: alioquin quoties debitor non numerat pecuniam ad diem constitutum, deberet accusari perfidiæ: quod quam sit absurdum nemo te melius novit. præterea contractus ad diem præscriptum recipit excusationem, ut inciderit morbus aut alia necessitas: hæc excusatio magis valere debet ubi nullus est præstitutus dies. Iam de declarato animo tuo deque conditione promissi nihil causificor, ne videar usquam defuisse concordiæ; habebam in animo siqua possem his nundinis satisfacere pactis; sed si vera sunt quæ narrantur a tam multis, nescio quid mihi sit faciendum: si animum hostilem iam palam declarasti, quid dicent si liber prodierit? quid, nisi aut te tantum improbitate valuisse ut huc adegeris Erasmum, aut me tam timidum esse ut cuiuslibet imperata faciam? Vides opinor eam rem utrique pariter dedecorosam futuram: at pactum habet, ut negotium citra alterutrius notam transigeretur. Illustrissimus dux Georgius putat inter nos summam esse concordiam: id ad me scripsit quidam illi intimus: quod quidem ille putat esse

---

[1] millibus *1...3. sed Erasmus recte* milib. *scribere solebat.* [2] dextris *1.* [3] totam Germ. a Basilea usque ad Aquisgranum! Ipse Erasmus non totam quidem Germaniam, sed multos tamen quorum favorem ambiret, istis rumoribus quos delatoriis suis epistulis spargebat, expleverat. [29] te] i. e. obærato, qui animam debes. Erasmica hæc fides est et concordia. [34] faciundum *3.* [36] adegerit *3.* [36] dedecorsam *1.* Hunc venenatum stellionem bona fide præstiturum id quod damnatus erat, frustra quis exspectaverit. ubique rimam latibulumque investigabit ubi a iuris logicæque legibus sese recondat.

Digitized by Google

confectum suis litteris. Otho eques iam, ut aiunt, de capite periclitatur. tuas ad hunc litteras mihi transmiserunt et ad ducem Georgium scriptas simili argumento. Verum eorum quæ facta sunt ante sartam amicitiam non refrico memoriam. Fac ita agas nequis in te synceritatem ac fidem desideret: etenim si constiterit te fucato animo mecum rediisse in gratiam, satis divinat tua prudentia quid de te sensuri sint dux ceterique mortales. A me nihil fiet novi, nisi me de tuo animo per litteras feceris certiorem.

ARGENTORATI. **CCCLXXXVIIII.** [D.?] A. 1529.

RESPONSIO HENRICI EPPHENDORPII.

Literas nostras tibi non redditas intelligo; verum accipe quid scripserim: fidei te et pacti admonui, quod tu tanta religione inter nos actum ais, ut non possit sine summa perfidiæ nota violari. Vide, bone vir, quam te tuis telis confodias, qui nec pacto steteris et reconciliatam bonorum virorum opera amicitiam scelerata tua epistola denuo dilaceras. Scripsine unquam tibi mea amicitia opus esse, quum tu tuam tam impudenter apud me iactaris, adiiciens quantus sis in aspergendis bonis viris artifex, putans scilicet sic nos a tuenda existimatione nostra absterreri posse? Ego te læsi nunquam, quum tu nos et vita et fama simul perdere perfide conatus es. Scio qua via paranda sit fama, etiamsi tu non indicaris. Pecuniam alienam sic capto, ut etiam meæ plusquam profusus sim, nec libet hic referre quibus laboribus tu tibi congesseris pecuniam. subvenies cui velis, nec te impendii nostri rogo pigeat. Quod præstitisti, inita iubebat concordia. illud quam decorum tibi erat, te appello. certe non pluribus aureorum milibus numeratis ego eo adigi potuissem; quæ vox fortassis inter convivas excidit homini qui nihil fama charius ducit. Qui rumores exorti sunt nescio, quidve ad te relatum sit; ego ex huiusmodi rumoribus nec famam nec quæstum nec tuam quæro infamiam; quod inde intelligis, quia pacti tam sero meminerim, nihil minus futurum putans quam quod hic fidem desiderarem tuam. Librorum nec effœtus es, et habebas quod commode nobis inscribi poterat. inscribas sanctos severosque labores cui velis, nec mihi quicquam cum 'viduis' commune est. Bella quæ subinde cum theologis exhauris, vide ne ipse quoque tibi accersas. at nihil ad nos hæc, fidem saltem in te quæro. Iam vero quorsum attinet excusare perfidiam tam odiosa comparatione, eum scilicet esse obnoxium perfidiæ qui ad constitutum diem debitum non dissolverit, quod nemo melius ac ego noverim: obtestor te per deum, dic cui debeam ultra præscriptum diem. si ignominia est debere, infames sunt summi reges et imperatores. sed tu sic soles nunquam non dentè lædere. Arbitri quid iubeant nescio; tu scis quid pactum et innocentia mea exigat: non opus

CCCLXXXVIIII. Cf. ad num. CCCLXXXVIII. citt. n. 1...3.

[2] Georgium] Germaniæ *1.* [4] Fac *etc.*] Audi homiliam Reinardi Vulpis. [5] reddisse *1.*

[14] Scripsi me *1.* Scripsisti nunquam *coniect. 3. non bene.* [18] semel *edd. rectum vidit 2.* [25] sint *3.* [30] Theologos *1.* [36] ludere *1.*

Digitized by Google

est ut imperata mea facias, fac quod bonorum virorum iussu debes. Georgius dux siquam de nobis concepit concordiæ spem, hanc per me non amittet; Othonis causa ad nos nihil pertinet, nec video quid tibi velis cum literis tum ad principem tum ad eum scriptis: possum ferre quod illas proferas, Otho causa sua stet aut cadat. Porro eo animo tecum redeo in gratiam, ut perpetuo tibi futurus essem amicus, si modo per te liceret, nec morabor aut sæculi malignitatem aut improbas linguas. Vale. Argentorati. Anno XXIX. etc.

Henricus ab Eppendorph. tuus si tibi placet.

BASILEÆ. **CCCLXXXX.** 13. FEBR. 1529.

ERASMI ROTERODAMI
RESPONSIO NERVOSA AD
ALBERTVM PIVM PRINCIPEM CARPENSEM
PARISIIS TVNC DEGENTEM
BASILEA LVTETIAM ANNO 1529.

Utinam fortuna mihi, Alberte, Principum eruditissime, plausibilius aliquod ad te scribendi dedisset argumentum! . . . . . Ante annos octo quidam improba lingua conabantur eam suspicionem impingere mihi, quod non essem omnino a Lutheri negotio alienus. Id quum esset falsissimum, tamen calumnia poterat utcunque probabilis videri. Tum poterat videri pietas, si me ad profitendum quid sentirem provocasses. Nunc posteaquam notius est quam expedit mihi, nihil inter eos convenire, posteaquam tot libellis lapidatus sum, posteaquam tam late patentis factionis odium in me concitavi, posteaquam cum ipso Luthero gladiatorio more conflictatus sum, quam non tempestiva est ista tua vel expostulatio vel adhortatio! Expostulas de his quæ mutari non possunt; adhortaris ad ea quæ peracta iam sunt: quorum alterum est supervacaneum, alterum etiam absurdum, utrumque alieni temporis. Proinde quemadmodum hic libellus editus nonnihil invidiæ mihi conflabit, præsertim apud eos qui nihil non probant quod impetat Erasmum, quibus et Hutteni expostulatio mire arrisit, quum Luthero videri vellent infensissimi, ita vereor ne apud eos qui sunt integro sanoque iudicio, nonnihil detrahat tuæ existimationi, quæ multorum animos occuparat, Albertum esse virum æquitate candoreque singulari præditum: videberis enim arte parum liberali causam meam cum causa Lutheri commiscuisse ac veluti linum lino contexuisse, ad quod ut videare meis literis provocatus, multa congeris, quum ipsa res aliud loquatur . . . . . Dabam Basileæ Idibus Februariis Anno MDXXIX.

CCCLXXXVIIII. Ex Hermanni von der Hardt Historia literaria reformationis. (Indic. bibliogr. n. 66.) part. I. p. 163. sqq.

---

[8] Eppendorph. *3*.

[33] lin. lin. c.] i. e. frivolis frivola adnectere. *λίνῳ λίνον συνάπτειν*. Diogenian. VI. 16.

Digitized by Google

[SPIRÆ.] **CCCLXXXXI.** 29. APRIL. 1529.

[IOACHIMVS CAMERARIVS PABENPERGENSIS]
CLARISSIMO ADOLESCENTI
MAVRICIO HVTTENO
NOBILI EQVESTRIS ORDINIS FRANCONICI. &c. S. D.

Cum his diebus Spiram venissem, res accidit quæ ad te scribenda magnopere videbatur: itaque operam dedi, ut per amicum tuum Sekedorferum hæ litteræ ad te mitterentur. Res autem hæc est. Memini te aliquando mecum sermonem habere de libris gentilis tui Hulderichi, quos haberet redemtos ex præda medicus Locerus, teque sic animatum esse, ut repensa pecunia medico dare velles operam, ut illa bibliotheca tua fieret. In quo proposito cum tuum erga litteras tum propinquum mihi studium valde placuit et laudabile visum est. Sed quod a te postea ea in re factum sit, hactenus ignotum fuit. Cum autem, ut dixi, Spiram venissem, fecerunt me bibliopolæ aliquot homines mihi noti certiorem, Frobenium cum Locero de certorum librorum exemplaribus transegisse, quos typis suis excuderet. Inter eos nominabatur Quintilianus, Plinius et Marcellus qui res medicas scripsit. Ego autem statim illis qui mihi hoc dixerant, tuam sententiam et quid facturus videreris ostendi, ideo ut hoc rumore divulgato Locerus libros dissipare cunctaretur, neque existimo tibi hanc meam rationem contrariam esse. Venit postea ad me Secerius Hagenoensis librarius: et 'Quæso te' inquit 'Mauricium Huttenum nostin?' Tanquam me, inquam. Tum ille mihi narrare hanc de libris fabulam et me orare, ut te hortarer ne patereris libros abs vestra gente alienari. Sperabat enim si tu illos nactus fuisses, cum nemine libentius quam mecum, si quid dignum editione interesset, communicaturum, posteaquam ex me de notitia nostra et voluntate erga me tua cognoverat, et aliquam meam in litteris famam esse putabat. Quod si fieret, sibi pollicebatur excusionis operas. Ego vero, inquam, quid si Locerus nimium quantum libeat postulet? Tum ille 'si' inquit 'mihi Marcellus detur excudendus, confidam triginta aureos aut sane non multo minus me lucri facturum, eos libenter Hutteno impendam, et satis habebo de hac editione officinam meam celebrem redditam, deque aliis in rebus Hutteni benignitate spem certam concipiam'. Equidem non gravabor, inquam, hæc Hutteno significare. ille vero mirum in modum obsecrabat me ut facerem. Feci, ut vides. Tu vero pro eo atque tibi commodum fuerit, in hac re te geres. Danielum audio in patriam rediisse. Carlovicius ex Burgundionibus reversus me Spiræ convenit. Ego tibi quacunque in re potero, omni opera et diligentia præsto futurus sim. Vale. 3. Cal. Maii. 29.

CCCLXXXXI. IOACHIMI. | CAMERARII BA-|PENBERGEN-|SIS | EPISTOLARVM FAMI-| LIARIVM LIBRI VI. | *Nunc primùm post ipsius obitum singu-|lari studio a filiis editi.* | FRANCOFVRTI | Apud hæredes Andr. Wecheli, | M.D.LXXXIII. | 8°. p. 108...110.

9 præda] Sickingana. 27 policebatur *1*.

Digitized by Google

[ARGENTORATI.] CCCLXXXXII. M. FEBR. A. 1531.

HENRICI AB EPPENDORF
AD ERASMI ROTERODAMI LIBELLVM CVI TITVLVS
ADVERSVS MENDACIVM ET OBTRECTATIONEM VTILIS ADMONITIO
IVSTA QVERELA.

Cum nuper Augusta Vindelicorum a comitiis Germanorum principum rediissem, per amicum oblatus est libellus Erasmi Roterodami, in quo visum illi est famam meam labefactare, id quod duplici nomine mihi tum novum tum inopinatum fuit: primum ob concordiam iam pridem initam, dehinc quod ex Augusta illustrissimus Georgius, Saxoniæ dux, et cum sua celsitudine generosus et eximius ille vir Iulius Pflug ea de re literas scripserint, quæ videbantur mihi ab eo quietem impetraturæ; cepi libellum, legi et relegi, hoc animo volvens, siquo pacto possem, ut antehac sæpius, nunc quoque pectus præstarem calumniarum patiens, illi concedens qui vindictam e manibus nostris exigit, retributurus quod cuiusque debetur malignitati. Verum cum offenderem quædam quæ existimationi meæ nonnihil detrahere nec illius famæ admodum consulere videbantur, commode admonitus sum huic 'utili admonitioni' 'iustam meam Querelam' addere, a lectore candido unum hoc efflagitans, ne hunc libellum alio consilio a me scribendum susceptum putet, quam ut famam meam cum nullius infamia defendam. Turbulenta sunt, fateor, secula, sed longe turbulentiora quorundam ingenia, quæ non modo ad publicos tumultus faciendos, ad amicos committendos, innocentum famam conspurcandam, verum etiam ad totius orbis incendium et conflagrationem gestire videntur, homines plane infœlices, si beatæ vitæ pars est non postrema animi securitas atque tranquillitas. Annum abhinc arbitror esse quintum, cum rumor in Misnia subortus est, principem Georgium mihi valde indignari, ad quod nuncium cum illico inhorresceret animus, cœperam percontari, quonam modo, et qua in re illius clementiam offendissem: Significabant amiculi, literas de me ad Celsitudinem suam scriptas, quæ et iræ caussas subministrassent, atque omnem de me conceptam bonam spem penitus abolevissent: Misi puerum meum, hac in primis de caussa scribens amico, expiscaretur, quid ad principem de me delatum esset, et quo authore: Is rescripsit Erasmi Roterodami esse epistolam, at celabat epistolæ encomia: Tum incipiebam expostulare cum Erasmo, satis, ut verum fatear, hostiliter, rei atrocitate huc adactus, respondit ille haud magis amice, sic hinc inde volitabant epistolæ, plane bellum denunciantes, atque in his belli præludiis duos reor intercidisse annos. Interim conscribuntur Germanorum principum comitia Spiræ celebranda, ad quæ ornanda sperabam et meum illustrissimum ducem venturum: ibam et ego illuc, coram (si modo Princeps dignaretur me alloquio) ex-

CCCLXXXXII. Chph. Saxl de Henr. Eppendorpio comm. Lips. 1745. 4°. p. III...XVI.

[4] Qui libellus continetur Erasmi Opp. Basil. tom. IX. p. 1382...86., Lugd. Bat. edd. tom. X. p. 1683...91. cum vero quæ ad rem nostram faciunt, iisdem fere verbis omnibus iam ex superioribus Erasmi epistulis (imprimis ex ep. ad Pirckh. d. 1. Mai. a. 1528. data) repetita exhibuerimus, hoc loco eadem iterum repetere tædiosum esse putavimus.

Digitized by Google

ploraturus, quid Tragœdiæ esset: at principem non reperi, incidi tamen in quendam, qui epistolam a se visam et lectam esse dicebat, singula ferme referens, quæ Epistola continebat, continebat autem tam indigna, ut nisi fame et nomine interire vellem, ea devorare non possem. Ex his igitur comitiis ad Principem scripsi, eius ferme argumenti literas, audire me apud suam Clementiam magno gravatum odio quadam epistola, supplex rogans, Clementia sua eam ad me deferri sineret, innocentiam meam Celsitudini suæ me probaturum: Serius rescripsit Princeps et in hanc fere sententiam: Celsitudinem suam intelligere, me parare calamum in Erasmum Roterodamum, ob scriptum suæ Clementiæ transmissum, cuius Celsitudo sua meminisse non posset, Erasmum sæpius ad Celsitudinem suam dedisse literas, in quibus mei meminerit, meque summe commendarit, partim etiam instituti mei rationem Celsitudini suæ declarans, quo moveretur sua Celsitudo, iuberet, ut iuventutem meam quam optime locarem, invectivis et maledicis libellis non magnam conquiri gloriam, his me studiis inniti debere, quæ orbi christiano et patriæ ornamento, mihi autem et commodo et gloriæ essent. Quod Principis responsum statim insequuta Epistola Erasmi missa a quodam tum primi nominis, quam cum legissem, arripui iter Basileam, in ius vocaturus epistolæ authorem, adii Consulem, questus, quid mihi nil tale merenti acciderit ab Erasmo, rogabam quoque ut litem illi intendere coram Magistratu liceret: res ad Senatum defertur, Senatus actionem iure decernit, interim vir candidissimus Beatus Rhenanus rogat, ne quid odiose litis moveam, alloquar prius Erasmum, is fortassis omnia mitigaturus sit. Condixi colloquium, sed in ædibus eximii viri Doctoris Ludovici Beri, ad divum Petrum Præpositi, quo cum venissem omnium harum rerum inscius erat Berus, expectavi in alteram horam Erasmum, sed non venit, redii ad diversorium, lusum me putans, veniebat Rhenanus, erratum, inquit, est, Erasmus te domi expectat, aiebam me domum illius nolle ingredi, obsecro, ait, nescis quid boni congressus hic allaturus sit, præter ea Erasmus ex calculo male habet: precibus amici persuasus eo, Epistolam illam laudatissimam exero, ad singula preconia expostulans, maiore tamen moderatione, quam rei indignitas poscebat: negat esse suam, cum tamen vix ovum ovo tam simile esset, sic per omnia referebat Erasmum. Si Magistratus, si ius, inquam, in hac urbe est, tu pro hac Epistola causam dices: cogitabundus Erasmus quærit, quonam pacto mecum in gratiam redire possit, se pacem aut æquis aut iniquis conditionibus acceptum. Respondi me hoc tum significare non posse, facturum ut altero die per Beatum Rhenanum consilii mei certior redderetur, sicque digressi sumus. Misi sequenti die per Beatum Rhenanum schedam manu mea scriptam in hunc modum:

Conditiones, quibus pacem accepto:

POSTVLATIO HENRICI EPPENDORPII.

I. „Traduxit me non modo apud principem, cui licet „vitæ et necis ius in me esse videatur, sed etiam apud plures „privatos illius causa fama periclitamur, quam necessum est resarciat, „quod per Epistolam unam atque alteram vix fieri poterit, sed opus erit „inscriptione cuiusdam libelli, ubi pro sua prudentia rem ita temperet, ut „sit præter suam infamiam, nec lectori relinquat quid de me sinistræ suspi„tionis: inscriptiones alioqui huiusmodi non tantopere ambio."

II. „Principi scribat, aut in aulam, ubi epistolam suam sparsam scio, „atque veteri de me expectationi, de integro restituat, literis tamen prius „a me lectis ne per obliqua et ambigua sua sic magis deprimar, quam „server."

Digitized by Google

III. „*Quod vero innocentem me sic conatus est perdere, et historiam „de me contexuit, ut Friburgi concitato tumultu, coactus sim discedere, cum „diversum et urbs sciat, et testes vitæ probæ illic actæ, esse possunt uni- „versi cives. Pro læsa innocentia, pauperibus ibidem centum elargiatur du- „catos, itidem in hac inclyta urbe faciat, ducentos vero in Argentoratos, „quos ipse feram, et pro meo arbitrio egenis dispensaturus sum. Hæc „omnia pro impetita et simplicitate et innocentia. Damna læsæ famæ, etsi „maiora sunt, quam quæ æstimari possint, tamen ob vetera in me merita, „tum pietate ductus, condono lubens, si priora recipit: quod si recusat „Erasmus, vita sciat me potius, quam fama periclitaturum.*"

Ad quam postulationem meam sic respondit:

RESPONSIO ERASMI ROTERODAMI.

I. „*Epistolam quam prælegit, non agnosco, nec arbitror „me scripsisse talia, nec exemplar in meis schedis reperio, „et epistola ducis, si proferatur, testabitur me talia non scripsisse. Tantum „admonui ducem, ut illum ad honestam functionem ab ocio revocaret, aut „certe quietem mihi ab illo impetraret. De inscriptione libelli, si videro „animum illius factum amicum, non gravabor, maiora facturus amicitiæ „nomine.*"

II. „*Quam sit illi princeps iratus, nescio, aut quas irarum causas ha- „beat, mihi non constat. Habebat Epphendorphius Emserum hostem capi- „talem, apud Principem. Si ex mea querela Princeps factus est alienior, „non gravabor hoc meis literis civiliter scriptis mitigare, quatenus licet cum „tantis principibus agere.*"

III. „*De eleemosynis ipse curabo, cum mihi Deus in mentem miserit. „Nec mea refert, quomodo hic aut Friburgi vixerit, quo sanctius vixit, hoc „magis gaudeo. De aureis quos postulat sibi dari, præstat sileri, ne videa- „tur ob hanc causam intendisse litem, agat amice, et desinat populum in „me concitare, non patiar me vinci civilitate, uberius illi prodesse possum „officiis, quam si dem ducentos aureos.*"

Hoc responsum rettulit Beatus Rhenanus. Gravabar in primo articulo, quod non reciperet inscriptionem, nisi videret animum meum sibi factum amicum: quem amorem polliceri debebam, qui tam atrociter offensus eram? inscriptionem igitur affert manu Erasmi scriptam hanc:

ERASMVS ROTEROD. HENRICO EPPENDORPHIO
S. D.

„*Divites divitibus mittunt equos, aulæa, gemmas et aurum, muta nimi- „rum munera, nec duratura, postremo quæ nec meliorem, nec ornatiorem „reddunt eum, cui mittuntur, et pauperiorem illum, a quo proficiscuntur: „inter eos vero, quos literarum communis amor fœderavit, aliud donorum „genus commeare decet, quæ nec exhauriunt largientem, et fructum simul „ac decus afferunt accipienti. Proinde libellum mitto, tuo dicatum nomini, „literariæ societatis olim inter nos initæ monumentum, quam ego perpetuam „esse vehementer cupio, nec tantum permittemus malis linguis, ut nostram „amicitiam, Musarum auspiciis conciliatam, dirimant, utcunque moliti sunt, „nos inter nos committere, sed non te remorabor amplius, quo tibi vacet „audire, quid loquatur libellus.*"

Lectam una cum secundo articulo recipio, in tertio vero satis callide respondit, cum inquit, se officiis et studio uberius prodesse posse, quam si det

Digitized by Google

ducentos aureos, cum articuli mei habeant, *propter impetitam et innocentiam, et simplicitatem, pauperibus esse elargiendam pecuniam:* odiosius autem, cum plebem in eum concitare debeam, cum ipse magnos viros, et quotquot fere sunt literarum proceres a me alienare studuerit, nec mihi unquam cum plebe quippiam commune fuerit nisi forsitan plebem vocet magistratum, quem reddendi iuris gratia appellarim: Per triduum hæsimus in postremo articulo, tandem arbitris, eximio Doctore Bonifacio Amerbachio, et D. Beato Rhenano, de ea re promissum est pronunciare testibus præsentibus clarissimis et optimis viris Doctore Ludovico Bero, et D. Henrico Glareano, et post stipulationem utrinsque nostrum recitata est per D. Bonifacium sententia hæc:

SENTENTIA ARBITRORVM. | *„Quoniam ex consensu utriusque nobis ius fecistis, dissidii „inter vos amice componendi, visum est nobis, ut D. ERASMVS ad evitan„dam molestiam, et alendam Christianam concordiam, præstet duos articulos, „sicut scripto recepit: pro tertio eodem animo non gravabitur in subsidium „pauperum, dare florenos circiter viginti, nostro arbitrio dispensandos, et „hæc facienda censemus, citra notam alterutrius, tantum ut utrinque offen„sis, querelis et suspicionibus abolitis, de integro certamen inter vos sit bene„volentiæ, cum oblivione præteritorum omnium, perinde quasi nihil esset, „aut dictum aut factum: D. HENRICVS EPPENDORPHIVS premat, si quid scri„psit: et utrique liberum relinquimus, an vicissim aliquo benevolentiæ sym„bolo, an potius mutuo animo contenti esse velint. Actum Basileæ postridie „purificationis Anno Domini MDXXVIII.*

B. RHENANVS ET BON. AMERBACHIVS.

Cum arbitrium haberet, contra quod iure excipere possem, tamen ne ego concordiæ deesse viderer, et in tam magnorum virorum gratiam rogatus an placeret, respondi placere, atque manu mea illud firmabam, symbolo reconciliati animi exhibito, iunctisque dextris, abivimus. Postridie cœna absoluta, qua excipiebar, dixi Erasmo, pararet literas ad Principem, nuncium me habere, cum quo tuto mitterem, respondit se scripturum Cancellario, nego ego, atrox diu rixa fuit, parumque abfuit, quin male consuta gratia, pessime rescinderetur, vehementer certe, motis utrinque animis illa nocte discessum est: postero die mittit famulum ad hospitium meum, una cum literis ad ducem Georgium scriptis. Legi primum, iussi obsignaret termino, atque Basileam reliqui.

Iam nunc fortassis cogitas, Lector, quid Erasmum impulerit, in tam acerbum et ferme irreconciliabile mei odium, ut clementissimi Principis animum a me alienarit, ut omnes bonos et cordatos Germaniæ viros in me provocare conatus sit (hæc enim non latent) immo Vatinium quendam ex me facere studuerit? causam referrem, si alicuius momenti esset, nunc nugas illas occinere, et stultum et præter pactum, quo semper bona sto fide, esset, huic saltem utili admonitioni, quod desit iuste querar, cætera per concordiam, irrita ventis omnia trado. Frons libelli habet esse quosdam evangelicos, qui adgratulentur Erasmum mihi tam fœdis conditionibus reconciliatum etc. Qui sint illi Evangelici nescio, verum hoc memini in hunc usque diem nullum mihi adgratulatum venisse, ductum in triumpho Erasmum; gavisi sunt plærique candidi viri, neque mihi, neque Erasmo male cupientes, quod nubecula simultatis, quæ inter nos intercesserat, per eximios et optimos viros sublata esset: nec novi, qui sint, qui Hutteno applauserint. Hutteno, dum viveret, usus sum amico ob dotes quas habebat longe præclarissimas: flagrabat enim homo ille mirum in modum tum

[33] termino *i. e. Erasmi sigillo.*

Digitized by Google

honestatis, tum libertatis publicæ studio; oderat tyrannidem quorundam plusquam Sarracenicam, et eo in primis nomine, quod prætextu pietatis fœdissimam servitutem Germaniæ molirentur: qui animus me ad illius studium sic accendit, ut nihil prætermitterem quod ad amici officium spectare videbatur, dedi mutuo, fidem interposui meam, numeravi pro demortuo, mortem denique dolenter tuli. Quod si defuncti patrocinium mihi desumpsissem, experti essent aliqui, cuius petulantiæ et impudentiæ esset, mortuos maledictis insectari, atque illis insultare, qui iam extincti respondere non possunt. Rara temeritate evomuere quidam libellos in Franciscum a Sickingen: miror illorum insignem improbitatem, cum incomparabilis illius herois virtutem hodie et admirentur et laudent hostes etiam sui. Theodosius et Valentinianus imperatores capita illorum persequenda statuebant, qui mortuorum sepulchra violassent: quo magis mirandum quod in eos nihil statuerunt, qui miseras larvas amarulentis scriptis insequuntur, nec clementius etiam decernant in liberarios huius nephandi sceleris ministros. Habet Huttenus inter suos multos optimæ spei iuvenes, literis non minus quam genere claros: illi quid pro affini aliquando conabuntur nescio, ego ut causa non succedo, sic nunquam defuturus sum illius memoriæ et mentioni honestissimæ. Atque hinc licet dissidii inter nos olim suborti fons derivet, tum esset aliunde multa querelæ occasio, tamen ab hac una epistola expostulandi causam sumpsi, qua ait Erasmus, me imprimis offensum, cum scriberet iactare me nobilem pro plebeio, et impii negotii ecclesiæ, qua non sceleratior, propugnatorem et patronum esse. Natus sum in agro cui gens mea nomen dedit, non longe a Friburgo urbe Misniæ celebri, avos, atavos, parentes item (quibus et claris et optimis progressus sum) tam soleo iactare, quam aliis suas sordes exprobro: quid enim mea refert qua lena quove aut sacerdote aut monacho quibusve e sterquiliniis quis prorepserit, modo ingenii dotibus damna, quæ non sua culpa accidunt, rependat, superetque. quos vero Evangelicos propugnem, sciunt hi cum quibus iam aliquot annis vixi. Abfui a solo patrio eo præcipue consilio, ut hominum et literarum doctior ornatiorque aliquando ad meos redirem: nec præter hoc aliud agens, quod inde intelligi potest, quod hactenus me nulli neque aulæ, neque reipublicæ addixerim, mea tenuitate vivens. Quod autem præter consilium et institutum meum diu cum Argentoratibus fui, etsi moræ causam satis præstaret loci tum amœnitas, tum cœli temperies, tamen respublica, tam feliciter constituta plusquam quicquam aliud, me huc usque detinuit: atque ut eius formam paucis depingam, tam egregie instituta est, ut nulli civium ordini suus detrahatur honor, mixtim et patres et nobiles rerum gubernaculis præsunt, tanta reipublicæ harmonia, ut patrum gravitas, nobilium splendor et claritas plebi sit quam minimum gravis. Hinc puto evenisse, ut cum superioribus annis universi ferme per Germaniam agricolæ a suis deficerent heris, plebsque per multas urbes agitaret secessionem, soli Argentorates aut parum, aut nihil turbarum perceperint. Atque ut nihil in hac re publica desyderetur, ingeniorum formatores hic sunt clarissimi. Linguas docent Iacobus Bedrotus græcam et latinam, Hebræam Bonifacius Volphart, Ius autem civile eximius doctor Ioannes Iacobus Kriser, sacram scripturam promiscue concionatores aliqui enodant: taceo Ioannem Sapidum, amicum syncerissimum, virum in omni eruditionis genere iam a multis annis nobilem, et Othonem Brunfelsium,

---

[11] Novell. *1.* Valentiniani III. tit. XXII. de sepulcri violatoribus. [14] liberarios] Non 'litterarios' sed typographos puto vult. [17] causa *sic Sax.* [22] gens ... dedit] Invertenda fuit res. [25] aut sac. aut mon.] alludit ad Erasmi originem.

Digitized by Google

quorum uterque ludo literario præfectus est. Nec hic silere possum amicitias, quas magnas in hac urbe colui, et tam sancte colui, ut nemo in hunc usque diem factus sit a me alienior, quod ego sciam, utut molita sit improbitas quorumdam, eas dirimere. Quæso an illa detinere non debent, inprimis in hac morum et temporum corruptela, ut quoquo te vertas, ab impudentissimis hominibus nusquam non excipiaris. Cuius nunc rogo per Deos immortales, candoris est, sodalitium aliquod malum fingere, et eo nomine Reges et Principes in eum concitare, qui per omnem vitam, tibi nec incommodus, nec molestus fuit, imo qui te non secus ac parentem veneratus sit? Forte incidi Augustæ in quendam Comitem, cuius valde observans sum, et qui me vicissim amanter complectitur, is cum vidissit me, salutassetque, opportune, inquit, nunc venis Eppendorphi, habeo enim, quæ te scire valde tua refert; respondi, narraret; heri, inquit, magnis viris accubui, qui de te pessime sentiebant: quo, inquam, nomine? Subticuit: rogabam proderet convivarum nomina: recusabat: tandem precibus extorsi, ut diceret, me pluribus maximis viris videri aliquid monstri alere, atque, ut ipsius verba referam, practicam horribilem agitare, sicque digressus est.

Non habeo caput tam vacuum cerebro, quin suboleam, sub cuius incude hæc tela fabricata sint: novi Sycophantas illos, quibus unice studio est, ut innocentes perdant.

Oblatæ sunt nuper literæ scriptæ ad Principem quendam virum, ubi nephandissimus scurra scripserat me quingentos aureos habere a Lutheranis, totidemque a Pontificiis, ut vocant, utrosque a me emungi auro, atque haberi ludibrio: me enim neque novum, neque vetus Evangelium curare. Quid facerem? Risi impudentiam nebulonis: nec ita multo post in colloquium accersitus rogatusque ab eo qui Romanæ sedi plurimum favet, 'quidnam mihi de præsenti rerum statu videretur', prodidi libere quæ tum in animo haberem: rursum Evangelicis aperui quæ mihi pro meo plusquam iuvenili captu temere aut exigi aut novari viderentur, non admodum bonam gratiam apud utrosque iniens. Volui in hunc usque diem ab negotio illo, quod evangelicum vocant, esse integer, precans saltem, ut in fatali nunc illa et olim memorabili rerum immutatione nobis miseris mortalibus eveniat quod faustum, fœlix bonumque sit: nec nomen alicui sectæ daturus, nisi novus aliquis Solon huc me perpulerit, tum scias me saniori subscripturum parti, etiam si vita impendenda sit. et interim cogor esse patronus impii negotii. Quod si verum esset, postquam sic in diversa studia abiit orbis, haud dubie in magno interdum vitæ discrimine, versarer tum, cum soleam nunc ad hos nunc ad illos, iam solus, iam cum famulis, cum multa innocentiæ fiducia excurrere. In summa semel satis sit apud eos aut vixisse aut nunc vivere, ubi nec mihi nec ulli alteri desit occasio et iucunde et honeste agere. Quam belle autem in rem meam summam rei exponit Erasmus, cum scribit, se conditiones recepisse, tum modestiorem, tum ocii cupidiorem, nec causa inferiorem, sed amore pacis fuisse superiorem. Cuius quæso malignitatis esset illi facessere negotium, qui iam senex, aliquando de te non pessime meritus? movere, inquam, turbas, e quibus nihil commodi ad te redeat? Proposui epistolam, suam, an non suam agnosceret, respondit se sæpius scripsisse Principi, horum recordari non posse. Hic nec manus, nec termini facta est aliqua mentio; subverebatur enim me sic instructum ad litem venisse, ut terminum et manum et omnia proferre possem. Testes sunt adhuc iudices, ut sæpe dixerim, me velle negaret esse suam, sciebam qua via tum incedendum mihi fuisset. Accepit conditiones quas proposui tuendæ famæ, non pecuniæ emungendæ studio, quia

Digitized by Google

satis omnibus liquet non vulgare damnum me retulisse præter nominis aspergines. Redimat se a piratis latronibus, sicariis, lenonibus, lena, scurris, ebriis, furiosis: ego ne teruntium quidem de suis manubiis unquam expetivi: tam verum est illud impurum et mendax, me decem aureos pro viatico petiisse. Atque utinam mihi licuisset per Erasmum quietum esse, utut occupatus sim, non invidissem illi suum altissimum otium. Quam sit ipse compositus ad litem nescio. Ego forensia iurgia odi etiam puer. Audivi aliquandiu Zazium virum illum clarissimum, et nostri seculi Scævolam, ius civile disserentem, non quod me forum, sed ex æquo et bono responsa exercerent. Quo magis miror, quod Erasmo tanti constiterit a me otium redimere, cum vix alius sit me aut tranquillior aut pacis tenacior. Non opus erat subornare qui pacem pro Erasmo iuberent, cum pacis nemo sit me amantior. Ego non nisi pro innocentia digladiabor; nec bono nec malo dolo unquam persuadebor, ut existimationem meam negligam, quando palam oppugnabitur: quod me nesciente fit, ulciscetur olim qui renum et cordium scrutator est verus, et qui pœnæ gravitate moram compensabit, vel utrisque nobis e medio sublatis. Non commerui, ut talia in me confingerentur, nec recipio tales fratres, nec hos patres veneror, qui filios tam crudeliter iugulare, non corrigere, cupiunt.

Restat nunc ultimum, reconciliati amici respondeam fidei. Quis de perfidia Erasmi rumor, et per quos conflatus sit, non scio: at memini me, Epistola ad eum scripta, exegisse inscriptionem, quam pacto debebat, nec id fecisse tantum, ut ad inscriptionem urgerem, verum subinde admonebant amici, Erasmum de me et loqui et scribere plusquam hostiliter. Inscriptione publicata rumorem et malas linguas compesci posse sperabam: sed quo magis trahebatur, hoc magis succrescebat apud multos non reconciliatorum animorum suspitio; eoque nomine scripsere ad me plures celebres per Germaniam viri, quamdiu permitterem Erasmum mea patientia abuti, illum in omnes aulas, in libellos item suos, nomen meum ignominiose transfundere: an hoc sit redire in gratiam, aut amicitiam prodere, se nescire; hortantur, nominis mei rationem habeam, et famam meam hactenus illibatam, per socordiam collabi non patiar. Respondi me nihil horum expectare ab Erasmo, nec putare, eum bonorum et præclarorum virorum arbitrium violaturum. Quid dicam? literas mittunt huius animi testes. Queror apud amiculos, alterum item ex iudicibus coram appello, quid mihi præter pactum accidat, iniurias tam atroces diu sustinere non posse. Et tamen interim expectat Dominus Erasmus a me multas salutes, honorificam mentionem, literas amicas: nec saltem has efflagitat, verum etiam urgere me vult, ut in omnibus conviviis eum per ora hominum veham. In Utopia forsitan offenduntur qui pro tam insignibus maleficiis bonas gratias referunt. Officii ducat, quod par pari non retulerim. Post initam concordiam non scripsi unam literam in Erasmum, et quæ ante concordiam ad tuendum nomen meum adornaram, concordia sic iubente suppressi: tantum abest ut convivis libellos famosos obtruserim; immo proferre possum qui assiderunt dum non contemptim de illo loquerer. Utinam dum volebat mihi amicus videri, vel Christianus Christiano, tam favisset, quam ego illi hostis; satis amice me habuisset, si innocenti peper-cisset. Nunc neque studium neque favorem illius opto, saltem permittat me mihi, desinat a traducendi libidine, et quod reliquum pacti est præstet. Calamo meo si forte utar, utar fœlicius quam in tam sceleratis et sordidissimis nugis. vicissim spero ut ille illustrissimi Principis, meæ innocentiæ, ætatis denique suæ rationem sit habiturus. Cohibeat ipse malas linguas ut velit, ut possit. ego generosioris sum pectoris, quam ut his nephandis næniis deinceps occuper

Digitized by Google

Porro adegit ad has ineptias invitum amicorum consilium: tum elicuit rumor, quo nunciabatur me nescio qua causa erga Erasmum succubuisse. Unum superest, ut cum utiliter admoneat, ne quis mentiatur aut obtrectet, meminerit an ego non merito querar, et Christianus quæ Christi sunt meditetur.

HAGANOÆ, IN OFFICINA IOANNIS SECERII.
ANNO M. D. XXXI.
MENSE FEBRVARIO.

FRIBVRGI. **CCCLXXXXIII.** 12. MART. 1531.

ERASMVS ROTERODAMVS EOBANO HESSO S.

Ab his quibuscum semel mihi amicitiæ fœdus legitime Gratiarum auspiciis ictum est, ut semper sunt gratissimæ quæ redduntur epistolæ, mi Eobane, ita non soleo offendi intermissione literarum, præsertim eius generis quæ nihil habent præter salutationis officium aut familiaritatis colloquium; et epistolarum fasciculis sic obruor, ut interdum vix ocium sit perlegendis. hic itaque dum culpam deprecaris aut etiam veniam precaris, scito te *μάτην τὸ ὕδωρ ἀναλίσκειν*. Quod expostulas invidiosa commemoratione et vos bonarum disciplinarum professores et istam rempublicam esse traductam, primum reipublicæ, mox me vobis purgabo, sed paucis ..... lam finge me texuisse scriptorum catalogum, humanius erat oblivioni ignoscere quam de

CCCLXXXXII. 1...4 = Erasmi Epp. (Ind. bibl. n°. 53,2...5.) 1) Supplem. p. 67...69. 2) p. 1004...1006. 3) coll. 1407...1410. XXVI. 5. 4) coll. 1363. sqq. n°. MCLXIV.

16 te frustra aquam impendere *(ad purganda quæ sunt pura vel lavando albefieri nequeunt.)* 18 remp.] Norimbergensem. 20 catal.] in Ciceroniano; ubi Eobani mentionem non fecerat Erasmus. *Eobanum læserat se in Erasmi Ciceroniano præteritum esse, quem dialogum d. 14. Febr. 1528. Vlatteno dedicavit auctor. Locus ad quem epistula respicit, non solum ob perperam de Hutteno lato iudicio nobis memorabilis, hic est (Opp. Erasmi Basil. 1540. tom. I. p. 852.):*

BVLEPHORVS. Haud transeundam censeo Westphaliam, quæ nobis dedit Alexandrum Hegium. NOSOPONVS. Virum eruditum, sanctum ac facundum nominas, sed qui gloriæ contemptu nihil magis molitus sit. BVL. Dedit et Hermannum Buscium. NOS. In carmine pangendo felicem, in oratione soluta magna vis adest ingenii, lectio varia, iudicium acre, nervorum satis, sed compositio Quintiliano propior quam Ciceroni. BVL. Conradum Goclenium opinor non nosti. NOS. Num illum dicis qui apud Brabantos iam pridem ornat non modo collegium Busleidianum, quod quidam trilingue vocant, sed totam etiam illam academiam, licet alioqui florentissimam. BVL. Istum ipsum. NOS. Mihi quidem *καὶ οἴκοθεν* notus est. BVL. Nunquid in illo desideras, quo minus habeatur inter Ciceronianos? NOS. Opinor illud ingenium posse quicquid serio voluerit, verum mavult obesulus esse quam polygraphus. HYPOLOGVS. Unum in illo novi quo Ciceroni multum est dissimilis. BVL. Quidnam? HYP. Ciceronem accipimus prælongo et exili

Digitized by Google

animo nostro dubitare: abs te biennio nihil venerat literarum, et sensi nonnullos amicos mihi factos iniquiores, quod novis dogmatibus reclamarim: tale quiddam de te suspicari poteram; nihil tamen sinistræ suspitionis passus sum altius in animum meum descendere. sed ut descenderit, quur iudicassem præ-
5 tereundum Eobanum, quum Huttenum et Albertum Pium recenseam, quorum uterque cruento calamo me petiit? Postremo Eobanus in se habet quo se nobilitet, ut nostra prædicatione vix alii minus sit opus. . . . . Bene

---

fuisse collo, Goclenius et pulchre obeso et adeo non longo, ut mentum pectori pene contiguum sit. BVL. Non hic de collo, sed de stilo disputamus. Cæterum ut a Westphalia recedamus, habet Saxonia iuvenes summæ spei, nihil mediocre de se pollicentes, quorum est et Christophorus Carlebitzius, imaginibus maiorum ornatissimus, sed literis ac moribus compositissimis ornatior. verum horum commemoratione te non fatigabo, quorum indoles adhuc subolescit et, ut ita loquar, in herba est. Pergam ad reliquos Germanos, quorum princeps fuit Capnion. NOS. Vir magnus, sed oratio redolebat suum seculum adhuc horridius impolitiusque. qualis et Iacobus Wimphelingus et si qui sunt huius similes, quorum opera tamen non parum utilitatis accessit Germaniæ studiis, quanquam hic in nepote suo quodammodo repubuit, Iacobo Spiegellio. BVL. Capnionis ergo discipulum agnoscis Philippum Melanchthonem? NOS. Nihil hoc ingenio felicius, si totum vacasset Musis; nunc hanc laudem leviter affectavit ac naturæ felicitate contentus nec artis nec curæ permultum ad scribendum adhibuit, et haud scio an affectantem nervi fuerint defecturi: extemporali dictioni natus videtur: nunc aliis intentus eloquentiæ studium magna ex parte videtur abiecisse. BVL. En igitur tibi Ulricum Huttenum. NOS. Sat splendoris et copiæ præstat in oratione soluta, in carmine felicior erat; cæterum a Ciceronis imagine procul aberat. BVL. Bilibaldum prius commemorasse oportuit, quo duce primum efflorescere cœpit apud Germanos eloquentia, quam et morum pietate et fortunæ splendore illustravit. NOS. An ille sequatur nescio, certe non assequitur, nec tam obstat ingenium quam reipublicæ negocia parumque prospera valetudo, quum non alius sit prosperrima dignior. tamen ex tempore scribens adeo feliciter abunde declarat quantum præstare valeret, si nervos intenderet suos. BVL. Ulrico Zasio plurimum laudis tribuit universa Germania. NOS. Minus tamen quam vir ille promeritus est: præter exactam iuris quod profitetur scientiam felicissima quædam adest vel ex tempore scribendi dicendique facultas; diceres orationem bonis electisque verbis simul ac sententiis ex uberrimo quodam manare fonte, adeo nec resistit usquam nec hæret nec intersilescit; tum adest etiam in scriptis alacritas iuvenilis et ut ita dicam vita: negares senis esse quod legis; attamen Politianum propius exprimit quam Ciceronem. BVL. Age sed ex proximo tibi profero Brunonem Amerbachium Rauracum, quo viro nihil unquam natura finxit candidius. NOS. Quatenus licet ex gustu cognoscere, magnus erat futurus, ni festinata mors iuvenem studiis eripuisset. BVL. Henricum Glareanum agnoscis Elvetium? NOS. Is maluit in philosophia ac mathematicis disciplinis consenescere quam æmulari phrasim Ciceronianam, cui vix convenit cum subtilitatibus mathematicorum. BVL. Unus superest, quem si non recipis, migrabimus in Pannoniam. NOS. Quis? BVL. Ursinus Velius. NOS. In carmine felix, nec infelix in oratione soluta, spiritum et urbanitatis habet affatim; ubi prodierit historia quam de rebus a Pannoniæ Bohemiæque rege Ferdinando gestis texere dicitur, certius pronunciabimus.

Digitized by Google

vale et Ioachimum collegam tuum meis verbis saluta. Apud Friburgum Brisg. IIII. Idus Martii. Anno a Christo nato M. D. XXXI.

CCCLXXXXIIII.

A. 1532.

[IVSTI MENII]
AD APOLOGIAM IOANNIS CROTI RVBEANI
RESPONSIO AMICI AD QVEM PRIVATIM EAM SCRIPSIT.

§. 1. Meas literas, Crote vir suavissime, subindicas tibi molestas fuisse, quod de libello, cui addita erat præfatio, asperior quam multi vellent, quædam ex

---

CCCLXXXXIII. 1 = AD APOLOGIAM | IOANNIS CROTI | RVBEANI | RESPONSIO | AMICI | AD | QVEM | PRIVATIM | EAM SCRIPSIT. | *[Hæc inscriptio ita ut caltcis formam repræsentet. expressa est. Ipse libellus 8 folia in 4°. continet, quorum prioris et ultimi aversæ paginæ vacuæ sunt. prodiit sine loci temporisque indicatione. Unum quod extare scio exemplum, regiæ bibliothecæ Monachiensis, ad manus mihi est.]* 2 = EPISTOLA | ANONYMI | ad IOANNEM CROTVM | RUBEANVM, | verum huncce | INVENTOREM ET AVTOREM | EPISTOLARVM | *Obfcurorum Virorum* | manifeftans, | *quam* | è | *Muſeo fuo cum notis* | edidit | IOANNES CHRISTOPH. OLEARIVS, | CONSISTORII ASSESS. ET INSPECTOR | ARNSTADIOSCHWARTZBVRG. | *ARNSTADIÆ*, | Litteris Meurerianis, A. C. 1720. | 8°. 32 paginæ, quarum 2...22. Responsionem, 23...32. adnotationes Olearii continent. *Ex hoc Olearii exemplari ipse nuper edidi hanc responsionem in* 3 = *Drei Abhandlungen üb. reform. gesch. Schriften. Leipz.* 1858. 8°., ubi p. 66. sqq. de auctore responsionis, non Iustum Ionam sed Iustum Menium fuisse, disputatur, maxime ex sequenti Lutheri ad Menium epistola, quæ legitur etiam in *Schütz*, *Ungedr. Briefe. L.* 1781. 8°. II. p. 245. sq. et *de Wette*, *Luthers Briefe.* 1827. 8°. IV. p. 311. sq.

Iusto Mœnio.

Gratiam et pacem. Exemplar tuum de usu historiæ sacrarum litterarum vide ut absolutum ad nos maturius mittas, quantum est reliquum: nam quod misisti, iam sub typis formatur, mi Iuste. Valde etiam placet quod sententiam petis nostram super iis qui non communicant: arbitror vos satis fecisse officio vestro si fecisti ut scribis. . . . . Weselium, hominem perditum et qui meris hinc mendaciis eluso principe abest, non feremus istic apud vos nidulari . . . . . Sed ecce Crotum illum Epicureum, qui nos insectatur virulenter et pontifici Hallensi adulatur. *Mittimus ad te exemplum, et tu interim te para ut illum*

---

[1] Ioach.] Camerarium. *Litteris scripti sunt numeri in 2.* Apud Friburgum Brisgoiæ 12 Martii, Anno a Christo nato 1531. *4.*

[5] APOLOGIA-|QVA RESPONDETVR TEMERITA-|ti calumniatorum, non uerentium confictis criminibus in | populare odium protrahere Reuerendiſſimum in Chriſto | patrem & dominum, do. ALBERTVM.....à Ioanne Croto | Rubeano priuatim ad quẽdam amicum | CONSCRIPTA. | *(arma archiepiscopi Moguntini.)* [*16 folia 4°., quorum ultimum a scriptura vacuum est.* fol. 15b.: Lipſiae Michael Blum | excudebat menſe Sep-| tembri Anno. M | cccc. | xxxi. | [21] „An Juſtus Menius" *de W.* [29] Georg. Wicelium. [31] crassum *Schütz.* [32] Alberto cardinali archiepiscopo Mogunt.

Digitized by Google

te rogaram, et cognoscere cupiebam, quatenus tibi illa ad vestrum Episcopum, in cuius nunc aula tu, ex veteri et insanabili Lutherano repente factus pulcherrimus papista, cum maximo applausu tuæ tam fortis defectionis versaris, pertinere viderentur. Scribis te oportuisse obviis ulnis, suaviter et amanter excipi, sic e Sarmatis reducem, non eiusmodi tetricis scriptionibus et minime iucundis quæsitis eius officii dulcedinem, sub ipsa initia tam læti et nimirum omnibus expectati tui reditus, corrumpi.

Quid detineam te multis? Ultro cedo tibi, tali viro, tali Sopho, peregri- §. 2.
nam et exoticam sapientiam e Sarmatis, e media, ni fallor, Scythia afferenti et de aptissimis colendæ amicitiæ rationibus ac officiis præclare iudicanti. Erratum est, fateor, et nunc primum amicus esse discam ab his qui vere sciunt, a te scilicet homine humanissimo et amantissimo bonorum omnium, quam diu boni sunt, id est quam diu rebus utuntur secundis, et non onerant se nimio (quod in tua Philosophia semper sapientis est habitum) potentum et divitum odio.

Agnosco veterem illum Crotum, qui natura semper abhorruit a politicis il- §. 3.
lis et seriis negociis, qui nunquam res Ecclesiæ tanti faciendas duxit, quin iustum somni naturalis tempus absolveret, qui nunquam tantas sui sæculi vidit miserias, nulla tam difficilia, afflicta, aut tristia tempora reipublicæ, quin ridere mallet et gestire cum suis amiculis, et suis illis oblectare se iocis, quam nimium ringi illis publicis, nunquam finiendis, et corpori ac valetudini semper noxiis curis. Sed age, mi Crote, si forsan sola commemoratione illius rei se- §. 4.
riæ cerebello tuo nocuit, mea illa de Ecclesia, de utraque specie Sacramenti etc. tum cum mimine necessum fuit, concionatrix et declamatrix Epistola, compone te rursus (silebo interim alto et silenti silentio) ad illum, cui assuevisti, somnum. Quiete enim omnino nunc opus est tibi, miserrimis curis pro Ecclesia, sic ibi inter vina et lauticias aulicas defesso et exhausto. cedo nunc suaviter, rursus obdormi, et illas graves sollicitudines, quas odiosus ego, nihil in tempore, nihil in loco, tibi inieci, securus edormi, et cum ad te redieris, cum evigilare libuerit et

30 *depexum nobis recte reddas et Epicurismi suj coloribus pingas: hoc enim tui officii erit.* Occupatissimus scribo. Optime vale. Ego muß haben in idolum magnum tuum, sed certe prophetæ sub prelum traditi sunt vernacula absolvendi. Die S. Lucæ Anno 1531. T. Martinus Lutherus.

[1] vestr. episc.] *Albertum cardinalem et archiepiscopum Moguntinum.* [4] Scribis] *Croti Apologia sic orditur:* „Diuturnum silentium quod peperit nobis absentia mea, dum septem pene annos apud Borussos et Sarmatas dego, literarum prolixitate postulas compensari, proposita ad epistolæ argumentum tediosa molestarum quæstionum mole. Facis tu quidem animo, ut te novi, peramico sed sermone parum convenienti: nam pervertitur ordo officii quod in agendo et locum et tempus et personas observat; par erat ut cuius absentiam ægre tulisti, eum redeuntem tandem ab exteris ad hoc composito sermone exciperes, uti de more salutant sese ac obviis manibus excipiunt quos ad tempus a iucunda familiaritate sors aliqua disiunxit; ut vero intermissam nostram familiaritatem non vereris renovare eiusmodi quæstionibus, quarum tractatione coniuncti animi citius multo poterint in discordiam commoveri quam ad veterem amicitiam redire ...." [6] quefitis *1.* [9] Scbytia *1. 2.* [10] colendæ *omiserunt 2. 3.* [12] a te, scilicet, h. *1. 2.* [30] Cf. Croti epistulæ ad Luth. supra n. CLX. exhibitæ §. 28. i. f. et orationem Constantii Eubuli de virt. clavium, vers. fin.

[32] Proposui: Ego mufs haben 'In idolum magnum tuum sct. Crotū'. Prophetæ ꝛc.

Digitized by Google

operam nobis tantisper dare (id quod tamen tuo bono commodo et facultate
§. 5. bona fiat), tum hanc meam, animi causa, leges Epistolam, in qua nihil de Christo, de sacramentis, de rebus Ecclesiæ, quæ themata tibi permolesta (ut video) fuerunt, sed eiusmodi quædam tecum amice confabulabor, quæ plane tui sint stomachi, quæ præter teipsum et quosdam amicos veteres de te scit nemo, quæ risus iocique uberem præbeant materiam, quæ reddant tibi recordatione prioris illius vitæ tuæ, cum magis tuus eras, novum illum Romanismum quo isthic apud parum attentos et parum cautos te pro Papista venditas, adhuc iucundiorem, dum Romanæ Ecclesiæ addictissimum te esse simulas, et animulam ac oviculam simplicissimam, sub fideli pastore animarum et cruento bellatore Clemente
§. 6. septimo, et intus in corde suaviter rides et contemnis omnia. Sed antequam de illis nostris iucundissimis iocis garriamus, primum hoc monebo, candore, quem nosti, et quem mereris, incredibili: novi quidem te, Crote, egregium esse simulandi et dissimulandi artificem, præsertim cum vafriciem nativam et ingenium callidum adhuc magis acuunt illecebræ illæ, favor potentum, applausus papistarum, cibus alienus.

§. 7. Sed quæso te, non contemne mea monita; non credis, interim quod tu abfuisti in Sarmatis, morum conservator, Ecclesiæ defensor, quantum novarum artium innexerint Lutherani, et quanta ex parte Germani facti sint callidiores, quantum huic Teutonicæ simplicitati, quam tu, nisi abiisses, conservaturus forsan eras, detritum sit: non tam facile iam imponitur nostris hominibus, ut olim, antequam hoc Lutherano phyramate sic fermentaretur Germania: postquam enim ad tam claram lucem prolata est impostura indulgentiarum et fucatissima illa hypocrisis Monachorum, omnibus escam subesse timent, omnia suspecta habere didicerunt, etiam ipsi Papistæ, et sub quovis colore timent latere novum aliquem indulgentiarium, novum aliquem monachum, qui aulicorum, divi-
§. 8. tum et potentum favorem, prædam captans, ambiat. Scio, satis artificiose celare nosti interiorem illum Crotum, scio, bona verba dabis Reverendissimo Cardinali, et aulicis illis quos videris proximos deos esse Iovi, omnino gnaviter assentaberis; coram etiam torquatis illis, et quibus non difficulter imponi posse confides, aliquid libere, aliquid aspere dices in Lutherum, et in illam vicinam urbem, commemorabis quoque crebro, scilicet arte Pelasga instructissimus Sinon,
§. 9. te quoque fuisse in illis Lutheranis castris. Et profecto non aspernandæ artes erant hæ, dum vetus illa forma duraret et valeret Gnatonismi, cum nondum Lutherus etiam parasitorum professioni et quæstui nocuerat: eiusmodi enim Gnatones quærit aula, qui norint servire oculis et auribus, qui ex dolis et technis consuti sint, qui sic præcepta iam instructa et præmeditata, dicta et facta habeant omnia, ut summa sapientiæ universæ illius et sermonis omnis sit, Aiunt, Aio; negat quis, nego etc. cætera nosti.

§. 10. Sed amabo te, mi Crote, confides ingenio tuo, at memento tamen diffidere hominibus; non versaris in veteri illa Germania, quam in Borussos disce-

---

[4] sunt *3. per error.* [6] prebeant *1.* [7] istic *2. 3.* [12] iocis iucund. *2. 3.* [14] prefertim *1.* [17] quefo *1.* [19] inuexerint *2. 3.* [22] phyr.] farina subacta maceratque. [26] indulgentiarū *1.* Indulgentiarum *2.* [27] præd. capt.] Ad Germanicum Croti nomen *Jæger* alludi opinatus est Olear. predam *1.* [29] uiris proximos esse deos Iovi *2.* videris p. e. d. I. *3.* (est ex Erasmi Moria.) [31] vicinam] Halis Saxonum Wittenbergam. [33] Cf. Vergil. Aen. II. 77. sqq. 152. [35] ac professioni et *1. 2.* queftui *1. 2.* [36] qui norint ... auribus *excid. 3.* [39] etc. nofti etc. *2. 3.*

Digitized by Google

dens reliquisti, sed in novo seculo, nova quadam natione, adeoque alio pene orbe, et tam mira ac horribilis celeritas fuit mutationis, ut vere dies diem docuerit; multos tales parasitos qui ventris causa Papam et illam consputatam Romam rursus oretenus in cœlum sustulerunt, audierunt his temporibus Papistæ (neque enim te solum ad has artes compulit Penia); fuerunt etiam ante §. 11. te non solum lingua et voce, sed et tussi, quæ altera vox videri possit, valentes oratores, qui in Regum aulis venalia prostituerunt, siquis audire velit, salse, laute, lepide et facete dicta et exquisita convitia in Lutherum, et tamen toto foro eiecti, exibilati et explosi sunt; adeo ars illa longe utilissima et pulcherrima Gnatonis quæstus esse desiit uberrimus, adeo cum rebus et statu ecclesiastico et illæ artes mutantur, prodita sunt hæc Gnatonis mysteria. omnia §. 12. quæ dixi, olim callida, olim astuta, veteratoria, artificiosa et Gnatonica fuerunt, nunc illa (Dii malefaciant illis futilibus, qui prodiderunt) prodita, evulgata, detecta, prolata sunt omnia. Et mirum nisi tu ab his, qui novo quodam artificio simplices se insidiosissime simulant, et a quibus minime putas, cognosceris et pernosceris. Neque hoc mihi tuum consilium placet, quod eiusmodi li- §. 13. bellis abs te æditis, iratis Musis, in præfationem amarulentam, in criminatores Cardinalis tui aulicis fucum facere studes: nam ne hac quidem arte satis velatus, satis coloratus et personatus interior ille Crotus est apud Papistas; ipsi quidem legunt hos tuos libellos, et illa quæ simulas hostilia scripta in vicinos nescio quos, sed interim vident, interim sentiscunt te non satis excitatum esse, te frigide agere causam, et scribere quidem, sed cogitantem de farinis, cogitantem de salinis, ut semper fuisti salsissimus, non de hostibus, | (Salinis) Von den pfannen zu Halle. neque ut in re tanta agere eiusmodi languidis et intermortuis libellis, satis hostiliter. Proinde hac ex parte valde de te sollicitus sum, ut satis callide et prudenter possis dissimulare naturam. crede mihi, tuus ille Car- §. 14. dinalis oculos habet, et de hominibus non nihil iudicare novit, et mirum, nisi Princeps sapientia singulari et excellenti et tanto tempore usu rerum maximarum exercitus ac peritus melius iam nunc te introspexerit, quam ipse te nosti. Sed cogitat forsan et expectat, quorsum illa impudens et confidentissima simulatio tua tandem evasura sit. Non est ut hoc seculo tali vultibus aut verbis credas aulicis: nihil fallacius vultu et illis fictionibus oris et frontis, et præsertim in aula hæc sunt fucatissima; vulpissas forsan, sed contra aulicos, sed contra vulpes.

Naturam, inquit ille, expellas furca, tamen usque recurret: personam forsan indues aliquandiu, sed Crotus tamen redibit ad ingenium. atque ibi cave, §. 15. ne hoc subodoretur Princeps emunctæ naris, ne aliquis pervideat Lynceus, Sed hæc missa facio, et ne iterum tibi ingeram nimis seria et tetrica, ad nostra venio colloquia, interiora et vetera, et ne inter Papistas isthic, inter Catones illos tuos Ecclesiasticos, ubi non proloqui audes quod sentis, dediscas illud tuum

---

5 Penia] Paupertas, Inopia. 10 queſtus *1.* 17 in præf. *etc.*] Hæc aut obscure mendoseque scripta aut ab operis corrupta esse videntur. An *per p.* loco *in p.*? omissa incisione ante *in cr.* æditis] Sic solebant in off. Frobeniana. 20.21 vic. nesc. q.] Wittenbergenses. 23 Ad v. Salinis ꝛc. Olearius adnotavit „Codicem posideo a. C. 1480. et 1528. scriptum, in quo non archiepiscopi Magd. solum, sed ministrorum quoque eiusdem sacrorum *(Herrn- Pfaffen und Heiligen Soole)* portiones Halensium describuntur salinarum, quibus hi præsertim ad sustentationem uti et frui poterant honestam." 32 illis] aliis *2. 3.* 35 ille] Horat. epist. I. 10, 24.

Digitized by Google

genus ridendi, iocandi, ludendi, sine quo, sat scio, nullam vitam iucundam esse ducis, hic clanculum, ut inter amicos, sepositis interim theologicis illis quæ mo-
§. 16. lesta tibi esse intelligo, colloquamur. Nosti ante annos quindecim, antequam exortus esset Lutherus, cum nondum tui Obscuri Viri Coloniensem Hochstratum et reliquos Papistas comparabili illo quidem, sed tamen æterno poemate celebrarant, quam vos duo Heroes, tu et Huttenus, horribile bellum indixistis universo papistico nomini, quantis viribus, quam instructis et firmis copiis, terra
§. 17. marique persequi papistas induxeratis in animum. quot et quantis Dialogis, Epigrammatis, Satyris, scriptis Latinis, Germanicis, exagitastis Romanistas, Cardinales, Episcopos, præcipue autem Theologos et Monachos? Superi boni, qui sales, quæ dicteria, quæ scommata, quæ cavilla, quod genus ridiculi et risus usquam erat, quod Crotus ille, nunc amicus magnus Papistarum, tunc non excogitandum, invertendum et detorquendum duxerit ad exagitandum hoc totum ge-
§. 18. nus? Si quis aliter tunc Cardinalem apud te quam 'Carnalem', si quis aliter Cœnobitam quam 'Cœnoficium', hoc est sordidatum, si quis Theologum aliter quam 'Theolongum' nominasset, ille tibi visus esset nihil tui illius salis, nihil urbanitatis, nihil mentis habere; ut interim taceam libellum illum tuum, qui decem possit exercere Democritos, Obscurorum scilicet Virorum Epistolas, quæ nihil fuerunt, quam classicum quoddam ad concitandos et armandos adversus papistas
§. 19. novis convitiis eos qui per sese tam salse dicta non erant inventuri. Quem libellum tuum haud dubie amas in hunc diem tenerius quam Simia prolem; quem sat scio sic admiraris, sic ut tuum inventum deperis, ut Homeri malles interire Iliada, quam illos Croti suavissimos risus et immortales de Papistis cachinnos intercidere; quem libellum propter infinita ridicule dicta tua in Episcopos, in Monachos, in Theologos etc. Erasmus ille Roterodamus sic dicitur habuisse in deliciis, ut duas Epistolas eius præclari operis, alteram tuam omnium salsissimam et elegantissimam, alteram Hutteni, ad verbum ediscere et in conviviis
§. 20. recitare non dubitarit. et nosti quos ludos, quos iocos ille liber nobis sæpe præbuit: nullum convivium erat, nullus consessus, nulla deambulatio, ubi tu non circumferres illam politiam tuam, illam formam reipublicæ novæ

---

[3] ante ann. quind.] i. e. a. 1517. vel 1516. [25] Erasm.] Cf. Hutteni expost. c. Erasmo §. 81. supra p. 276. [27] Olearii ad h. l. adnotationem, per se quidem satis levem, quia recentiores scriptores nonnihil ponderis ei adscribere solent, subiciam: „Ex his non difficulter colligi potest, quis celebratissimarum *Obscur. Vir.* „*Epistolarum Auctor* sit, de quo uarie inter eruditos est disceptatum. Fuerunt „enim, qui *Hutteno* soli istas deberi affimarunt, alii *Reuchlinum*, alii *Eobanum*, alii „alios illarum habuerunt auctores, quibus adiungunt nonnulli Com. *Hermannum* „*Nuenarium*, Herm. *Buschium*, Bilib. *Pirckheimerum*, Henr. *Stromerum*, cum tamen „*Crotus noster uerus ac solus sit Coryphæus*, ludique huius *Choragus*. Ubi notandum „*Voluminis Epist. Obscur. Vir. primi*, 1516. 4°. editi Crotum inuentorem solum esse „et auctorem, *secundi autem et tertii* (Romæ 1557. 12°. et Lond. 12°. A. C. 1689. edit. „quibus p. m. 503. lamentationes simul antiquæ et nouæ Obscurorum Vir. annexæ) „Huttenum et alios fuisse scriptores, Croti socios et æmulos. De quibus, Epi„stolarumque O. V. uariis edition. uid. Clariss. Dn. *Burckhardus in Vita Hutteni.* P. „I. p. 165. seqq. Idem in Analectis ad P. I. p. Z. 5. b. seqq. ibiq. cit. Aa." De tertio Epp. O. V. volumine, frigida illa priorum imitatione et quasi ἄνθεσι μετ' ἀνθεστήρια, omnino silere debebat Olearius. [30] politiam] Ad Platonis Aristotelisque libros alludi nemo non videt.

Digitized by Google

tuæ, per quam facillima via, ridendo scilicet et ludendo, in optimum statum (ni fallor) restituerentur divina humanaque omnia. raro eras in templo, raro in schola, quin in cera annotares belle et lepide et festive dicta, quædam ridicule detorta, quibus crescere posset opus pulcherrimum et posteritati profuturum: sic enim tunc persuasus eras, tam impios et abominabiles esse abusus, tanta flagitia et scelera in Romana Curia, et illo toto ordine clericorum, ut ad deridendum et exagitandum propinandi tibi Papistæ omnibus viderentur.

Ad hæc tu unus et primus pene author eras Hutteno, qui Lutheranarum §. 21.
partium constanter mansit usque in finem, ut in Germania ad vexandos omni genere scommatum Episcopos Romani Pasquilli libertatem et παρρησίαν imitaretur. Hinc ante exortum etiam Lutherum, adeoque ante Moriam illam Erasmi, fœminam minime mutam, omnia bibliopolia plena erant vestris illis aculeatis scriptis, vestris epigrammatis, ubi omnino magna libertate de pompa immodica Romani pontificis, de luxu regio Cardinalium, de scortacionibus Sacerdotum, de falsa inopia Monachorum, nunc Satyræ, nunc Dialogi extabant, quorum tu author eras, sed occultus propter metum. Plus dentis tamen, plus ungium tui illi §. 22.
Obscuri Viri habebant, quam cætera omnia, et Huttenus, vir alias facundia excellenti et facilitate in poematis prope divina, præ te in illo genere, quoties Cardinales, Episcopi mordicus arripiendi erant, quoties proscindendi Papistæ, parum salsus, parum festivus, parum disertus haberi poterat. Et illa ipsa Apologia, quam nunc pro Reverendissimo (ut simulas) scripsisti, frigidior et in omnibus suis partibus languidior est, quod tibi non licet relabi ad ingenium, quod ea laudare cogeris coacta, ieiuna et tussienti eloquentia, quæ pro ductu ac impetu insito naturæ tuæ plena voce ridere et subsannare malles.

Prætereo multos alios Poetas eruditos passim, quos occultis sollicitasti §. 23.
Epistolis et invitasti ad ridendas Ecclesiæ Romanas puppas, semper vehementissime adhortatus, ut ibi sibi liberet intendere nervos et vires ingenii. et haud scio, an ullum huius seculi scriptum sic Papistico regno nocuerit, sic omnia Papistica ridicula reddiderit, ut tui illi Obscuri Viri, qui omnia minima maxima clericorum verterunt in risum.

Quid autem de Christiana et vera religione sentias, quam serio in scriptu- §. 24.
ris sanctis verseris, interim tacebo et ad aliam differam Epistolam, in qua si ita voles, colloquar tecum cuiusmodi Theologiam et Epicuri Paradoxa ex Italia tecum attuleris, cuius fiducia nunc nostratia contemnis. Taceo tuas censuras §. 25.
et iudicium grave de Iure Canonico et Romanorum pontificum legibus, quas 'ius combustum' miro cum risu appellare solebas, de quibus consuevisti dicere, non satis dignos eos libros Romanistarum esse, qui Romanorum Cardinalium mulis et asinis substernerentur pro stramine, præ quibus Ciceronem sanctum apostolum et verius Romanum pontificem quam Leonem Decimum dicebas.

---

[9] mansit] Sed Lutheranarum partium post annum demum 1518. esse cœpit. Cf. ep. d. 3. Apr. a. 1518. ad Nuenarium datæ §. 16. supra vol. I. p. 167. et Expost. c. Erasmo. §§. 172. sqq. vol. II. p. 223. sqq. [10] Rom. Pasquilli] i. e. dialogi 'Pasquillus', quem repetemus vol. IIII. [12] vestris] Nimium hoc videtur: cum Erasmi Moria componeretur, anno 1508., Huttenus, vicenario vix maior, contra clericorum tyrannidem nondum exsurrexerat, neque octennio fere maior Crotus eo tempore satirarum suarum quicquam publicaverat. [14] Ro. Pont. *1.* scortationibus *2. 3.* [16] dentis, tamen plus u. [19] erantu, qoties *1.* [26] Romanas *omnes.* [27] Et haud etc.] Subscripserit quilibet huius temporis gnarus. [35] Ro. Pont. *1.*

Digitized by Google

§. 26. Non recitabo hic confabulationes illas cum amico illo Gotano quem nosti, cuiusmodi ibi risus et cachinnos sæpe moveris de Missa Papistarum, quorum ornatum scænico similem dicebas, de Suffraganeis Episcoporum, de unctionibus ipsorum et amurca, ut vocabas, Papæ, de reliquiis Sanctorum, quas ossa voca-
§. 27. bas vere reliqua non sanctis, sed in patibulo corvis; item de horis Canonicis, quas in templo eiulatus dicebas esse canum in domibus Canonicorum, murmura non apum, sed inertium et ignavorum fucorum; item de Baptismo Campanarum, quem ridiculum super omnia prædicabas, et has ceremonias omnes quovis somnio esse vaniores. Hæc omnia ante Lutherum exortum, ad defendendam scilicet di-
§. 28. gnitatem Romanæ Ecclesiæ, quotidie in ore habebas. testes sunt tuæ quædam Epistolæ, quædam Colloquia et lucubrationes, quas si digitulo innueris, proferre possumus, quæ et civibus et Ecclesiæ isthic alium ostendent Crotum, quam eum quem vultu simulas, alium Venatorem quam illum qui nunc præbendas venatur et salinas: illæ, si ita res postulaverint, Crotum plane aperient, neque sinent latere ingenium virtutesque tuas, neque patientur quenquam de homine
§. 29. candidissimo errare amplius. Deinde cum Lutherus iam serio bellum indiceret Papistis et ad Wormatiensia iret Comitia, ut sisteret se Carolo V. invictissimo et clementissimo Imperatori, tu Erffordiæ obviam diceris in equo vectus Luthero, honorificentissime et officiosissime, more maiorum, abeuntem etiam aliquot sta-
§. 30. diis comitatus es, hortatus virum ad constantiam. Ibi primum, nescio quam expectans prædam, sparsisti varios occultos libros, ibi mittebas Epistolas, et si verum fateri vis, in hoc eras totus, ut quam latissime spargeretur doctrina Lutheri; nullum tunc Lutherani veredarium habebant meliorem quam Crotum, et quanquam hæc omnia non ideo faciebas, quod serio te afficerent ea, quæ Lutherus pure et pie de religione docet, faciebas tamen, et omnino Lutheranarum
§. 31. et esse et haberi volebas partium. Et nuper quoque, cum in Sarmatis ageres, audio te eatenus constantem mansisse, assertorem Lutheranismi, quod unctum Sacerdotem te esse negaveris, et cum corona aut raso vertice nunquam incesseris.

§. 32. Hæc nunc omnia, et infinita alia, de te isthic in aula ignorari, et illa tua Apologia brevi tam facile ex omnium animis deleri potuisse, ut nemo iam suspicetur te eum esse Crotum qui semper fuisti, qui natus es, qui factus et educatus es, qui refingi nulla arte potes, nil mirum si hoc mirabiliter te titillat,
§. 33. si incredibili afficit voluptate: nam quamvis illi liberi et aperti risus, cum locus et tempus ferunt, cum ille metus, illa minitatio abest baculi pastoralis, mirabiliter te capere soleant, tamen clancularie tuæ risiones longe tibi suaviores sunt, dum foris pro more in cœtu clericorum 'Salve regina &c.' canis in templo, et prælatis vexillis, cruce ac aspersorio ingrederis templum, intus autem in corde tuum tibi theatrum pingis, et Papam simul et pontificalia omnia
§. 34. rides. Sed iamdudum pro candore amicitiæ, et quantum nunc opus est, confabulati sumus satis, tantum vereor, ut satis te obfirmare possis ad tenendos ca-

---

[1] amico Got.] Conrado Mutiano Rufo. Gothano *2. 3.* [2] quarum *1. 2.* [13] Venat.] venatorem *1.* Germanicum Croti nomen fuit *Jæger.* prebendas *1.* [17] Vuormatienſia *1.* Wormaciensia *2. 3.* [18] diceris] Sic Menius, non Ionas loqui potuit: hic in ipsa Erfordia tum habitabat, Menius longius afuit. Res ipsa vel ex Eobani Hessi poematis satis nota est. Cf. *Lingke, Luthers Reisegeschichte.* Lpz. 1769. 4°. p. 88. sqq. [25] pie ac pure *2. 3.* [33] nimirum *1. 2.* [34] te aff. *3.* [39] pontificialia *2. 3.* [41] fatis *3. per errorem.*

Digitized by Google

chinnos: nosti enim risum vim habere imperiosissimam, qui erumpit sæpe, ut ille ait, invitissimis: vide, ut celare satis ac tegere Crotum illum veterem possis, qui minus mutare naturam ironicam potest, quam Aethiops pellem.

Sed quid, Crote, vir suavissime, quid, inquam, si revivisceret Huttenus et §. 35.
videret Crotum, virum illum olim prolixe Lutheranum, isthic, cum sacra facit aliquis Canonicorum vel Suffraganeus Episcopi, reciprocatione manuum iactantem thuribulum et illos fumos spargentem, quos olim vere fumos esse dicebat, utroque brachio protenso, adductis superciliis, quasi sero faciat, tenentem infulam suffraganei, et ni fallor calceis Episcopi figentem oscula, flectentem genua, cum choralibus, quoties chirothecam annulatam aspicit, et tantum non illos pulveres lingentem, quos chorales in Vesperis semisomnes et ebrii sanctis pedibus calcant? nonne Huttenus, homo natura vehemens et fervidus, et odio hypocrisis ardens, te ibi in medio templo stantem, tam confidentem simulatorem, palam rideret et consputaret? Et ego quidem ipse istuc os tuum impudens nimium vel- §. 36.
lem videre, quis esset, ut ille inquit, status tenere te hoc flabellum, tenere te thuribulum, animal tantum.

Verum hæc pro libertate amicitiæ boni consules, et nisi ruditus vicinorum (ut tu inquis) asinorum tuum illud literarium interturbant ocium, aut studia isthic Concionatorum, qui doctiores et meliores viri te esse perhibentur, quæso ridicula quædam illis tuis, id est Croti ironicissimi, respersa et tincta salibus accurate rescribe. Ego nova quædam accepi ex curia Romana, ex ipsa Camera §. 37.
Clementis VII. quem tu, ut audio, clanculum apud tuos symmistas Dementem VII. vocare soles, accepi et disputationes quasdam, quantum unus Papa tempore sui papatus possit bona conscientia fundere sanguinis in bellis Italicis, ut nihilo minus maneat Vicarius humilis et mansueti Christi; itefn quales chirothecas induit Papa, quando inter legiones in acie versatur, ne locus Esaiæ ipsum tangat 'Manus vestræ plenæ sunt sanguine'; item quod Papa, quando bella ge- §. 38.
rit, annulum Gygis, non annulum piscatoris gestat, ne Deus in cœlo videat virum sanguinum; item quod concilium Romæ sit habitum de gravi articulo, quem et tu tractasti magistraliter in libello tuo ad obscuros viros, quot nodos de cætero habere debet cingulus veri Franciscani. Et si delectari te videro mutuis §. 39.

---

[2] ille] Cic. Or. II. 58. [4] §. 35.] Horrore quodam divino hanc pulcherrime pictam tabulam intuentis animum perfundit necyomanticus. tremore discinderis, miserande Crote. Vix non offendor tum quod Huttenum ridentem potius quam frementem finxit, tum quod stilum statim post in colorem obscurorum virorum incidere passus est orator. [10] chirotecam *1.* [12] homo *omis. 2. 3.* [15] quis esset status = *was das für ein Staat (Pracht, Pomp) sein mag.* pro more epp. obsc. vir. [16] anim. tantum] Et hæc ambiguitas ad obscurorum virorum vocabularium pertinet: *ein so grosses Thier* = tantæ dignitatis hominem. [19] quefo *1.* [21] papatus sui *2. 3.* [26] Esai. I. 15. cf. LIX. 3. [28] Gygis] Cf. Cic. de off. III. 9. [28.29] virum sanguinum] In psalmis frequentior loquendi forma. [30] in lib. tuo] In Epp. O. V. quæ publice prodierunt, hæc quæstio tractata non est, similia autem Erasmus in Moria (§. *Descriptio monachorum*) habet: „Quid autem iucundius quam quod omnia faciunt ex præscripto quasi mathematicis utentes rationibus, quas præterire piaculum sit: quot nodos habeat calceus, quo colore singula vestis, quot discriminibus varieganda, quotque culmis latum cingulum, qua specie et quot modiorum capax cucullus, quot digitis latum capillitium, quot dormiendum horas" *etc.*

Digitized by Google

illis scriptionibus, quibus famam tuorum ita tueris ut alios nihil male de te meritos laceres, ut cineres etiam atque ossa viri satis noti, Doctoris Crusi, crudeliter infames et persequaris, ego binos libellos quorum alteri titulus est 'Italica Theologia Croti', alteri 'Epistolæ Lutheranæ Croti', etiam ad te mit-
§. 40. tam, ut ex his teipsum intueri et contemplari possis. Sed antequam claudam amicum Epistolium, amici serio faciam officium, teque cohortabor, ipse tibi in memoriam redigas et cogites inter quos a teneris fueris, in quibus studiis, inter quos homines altus, educatus, quibus moribus et sensibus imbutus et innutritus sis, et adversus quos nunc quasi magnis eruditionis et eloquentiæ viribus armatum te ostentes, adversus quos stilum illum, non ita formidabilem, acuere miniteris, maxime autem quo nunc abieris et, ut omnino velis nocere, quid illa (ut modestissime dicam) obscura, plumbea, intricata, impedita dictione effecturus sis, quid tuæ vires in acie Theologica valituræ sint, cum hac affectata
§. 41. rhetoricatione adeo nihil pugnent. Ingenio tuo semper aliquid tribuisse dicuntur (ut tunc erat seculum) qui non stultissimi nec indoctissimi erant, et facile credo, si apud te fuisses, si non ex ipso pavore malæ conscientiæ quasi hebetatum, et in seipso fractum ac retusum esset ingenium, et ieiunior, languidior et inquinatior facta esset oratio, quod hanc ipsam Apologiam alio argumento scripsisses, paulo, ut sic loquar, defecatius, rebus et personæ attempe-
§. 42. ratius; ad quam si ordine liberet respondere,[a] videres te depictum et expictum totum et mentis tuæ imaginem tibi ostensam, nempe orationem tuam horridam et confusam; multa enim dicis trepide, hærentibus in ore verbis, et confuse, multa displicitura illis ipsis, quibus studes placere; omnia autem sine sanguine et nervis, omnia hiulca et interrupta, omnia exuccata, ieiuna et frigida, omnia male cohærentia, quasi ex arena quis nectat funiculum: hæc signa sunt (si
§. 43. ignoras) et notæ animi sibi male conscientii. Hoc solum ergo diu dicendo efficis, ut lectores sani te nihil dixisse intelligant et suspicentur ex ipso tuo pavore, quod ventris et pecuniæ studio eo servilis gnatonismi te ipsum abieceris.
§. 44. Quod si verum est, doleo vicem tuam ex animo, et miseret me Croti, te scilicet tali ætate et canitie sic contemnere illa studia, quæ semper amasti, te sic nihil dissimulanter contemnere pietatem, te sic semel effudisse omnia remedia sanandi tuiipsius; sed amicus adhuc amice tibi bene precor, ut ad te redeas, et contra conscientiam tuam desinas papisfizin.
§. 45. Non ideo displicebis Reverendissimo Cardinali, si candido et aperto pectore veritatem docueris, si libere et ingenue Principem sapientissimum et viam veritatis quærentem de his monueris syncero animo, quæ vere Episcopo digna sunt:

---

[a] faceres *1. 2.* Crusi] Cf. Lutheri præf. ad Alexii Crosneri sermm. (a. 1531. ed. Hall. Walchii tom. XIV. p. 287.) „*Ob aber jemand sich überdräuen liesse und seinem Teufelskopf, d. i. seiner rasenden Obrigkeit zu Willen würde, der sehe zu und hüte sich dennoch vor der falschen Reue und Busse Dr. Krausen. Denn die will Gott nicht haben.*" De misera huius *αὐτόχειρος* Crusii *(Krause)* morte cf. etiam Lutheri epp. ex ed. de Wette III. n. 927. 975. IV. n. 1361. Seckendorffii hist. Luther. III. sect. 3. §. VI, 2. [10] stylum *2. 3.* [20] Hoc fere iusserat Menium Lutherus. cf. supra p. 457 v. 30. quam] quem *1. 2.* [22] enim] etiam *2. 3.* [25] Proverbium *ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις, ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.* [Ex arena funiculum nectis: de impossibilibus.] Gregor. Cypr. III. 46. [26] conſcientij. *1.*conscii. *2. 3.* [30] tali æt.] Crotus tum quinquagenario paullo maior fuit. [33] pap.] Græcis litteris *παπιστίζειν* scribendum aut *papissare* sive *papistizare* dicendum erat. [36] querendum *1.* sincero *2. 3.*

Digitized by Google

mavult haud dubie Princeps clementissimus abs te et quovis alio candide et Christiane moneri (cum beatus Augustinus puerum etiam se dixit laturum monitorem) quam eiusmodi Italica hypocrisi ad damnum multorum falli et decipi. Sed §. 16. hic abrumpo epistolium amicum, cui pene biduum dedi, non dissuo tamen nec abrumpo amicitiam, quam sic colam constanter, ut, si ita voles, adhuc liberius tibi expositurus sim, quid istic noceas, quam claram et cognitam veritatem contra conscientiam tuam impugnes, quid de te, si ita pergis, omnes boni, eruditi et pii (etiam si interim Cochlei, Hochstrati et Eckii, tui olim obscuri viri, nunc tibi, nisi te nosse cœperint, clari, nunc tibi splendidi, te laudent) iudicaturi sint. Vale et scias Lutheranam doctrinam Croto non indigere, sed ea aliquando indigebit forsan Crotus. Iterum, Vale. Datæ in Sarmatis, Anno Theologorum, ut soles numerare XV. defectionis Croti primo.

WITTENBERGÆ. **CCCLXXXXV.** A. 1533.

[Epistula dedicatoria Hutteni in Albertum Moguntinum panegyrico præmissa.]

CLARISS. VIRO D. CHRISTOPHORO TVRCO
IVRISC. CANCELLARIO PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI ET CARDINALIS
SVO PATRONO
GEORGIVS SABINVS S. D.

Cum viderem hoc Hutteni carmen ubique desiderari, dedi typographis recudendum, ne studiosis exempla deessent. Cum autem huius mei consilii rationem extare vellem, duxi potissimum ad te scribendum esse, quod arbitrabar te valde hoc poemate delectari, non solum quia principis tui laudes continet, quas etsi Huttenus adumbravit tantum, non expressit, propterea quod primos tantum aditus illius ad summos honores et ad res gerendas descripsit, postea vero principis tui sapientia in maximis huius Imperii periculis ita enituit, ut longe vicerit hæc præconia, tamen dicas poetam prorsus vaticinatum esse, qui cecinit hunc principem aliquando salutem allaturum esse universæ Germaniæ: sic enim inquit

Quos reget hic, pacem populis dabit, omnia tuta
Reddet, et e mediis bellorum faucibus urbes
Eriget.

Sed ut omittam argumentum, delectari te ingenio poetæ et operis forma statuebam. Quis enim omnia eloquentiæ studia melius intelligit quam tu, cui abunde adsunt omnia quæ tum a natura, tum a doctrina ad eloquentiam requiruntur. et accessit ad hæc non solum illa forensis exercitatio levium ac vul-

---

CCCLXXXXIIII. 1 = DESCRIPTIO etc. (Indic. bibl. n°. X. 2.) 2 = GEORGII | SABINI BRAN=|DEBVRGENSIS | Poëmata. | Ab authore recens aucta & recognita. | M. D. XLIIII. | Cum Gratia & Priuilegio. | *In fine:* ARGENTORATI APVD | CRATONEM MYLIVM, | AN. M. D. XLIIII. MEN=|SE MAIO. | 8°. *fol.* T 5 sq.

[9] ceperīt *1.* ceperit *2.* cœperis *3.* [11] in Sarmatis] Locum fictum esse vel ipsius epistulæ loci, qui scriptorem a Sarmatis longe absentem ostendunt, argumento esse possunt, ut §§. 1. 2. 7. 10. 24. i. f. §. 31.

[23] inquit] v. 423. sqq.

Digitized by Google

garium negociorum, sed ingens usus maximarum causarum in summorum principum consiliis. Est autem, ut scis, magna poeticæ cum oratorum facultate atque eloquentia cognatio. Quare scio te et prudentissime iudicare de poematis et libenter ea quæ mediocriter scripta sunt legere. Videtur autem mihi Huttenus plurimum ingenio valuisse, id quod in hoc carmine perspici potest: miro enim consilio in unius Principis pompa omnes veterum Germanorum atque imperatorum nostrorum res gestas complectitur; et sicut Homerus in catalogo navium totius Græciæ quasi quandam χωρογραφίαν pingit, ita Huttenus aptissime describit omnes Germaniæ partes, regiones, gentes, flumina. Hanc rationem explicandi ornatus et quasi œconomiam non sine voluptate spectari a doctis arbitror. Et addidit sonum rebus tantis convenientem et grande genus versuum, in quo etsi desiderare aliquid critici fortasse queant, et in ipso quædam ætas suaviora reddidisset, tamen nemo tam iniquus censor fuerit, quin fateri cogatur multa in hoc carmine egregia lumina esse verborum ac sententiarum. Sed tibi iudicium de toto scripto permitto; ego quidem eo tibi dedicavi, ut cum tibi probari existimarent cæteri, tua autoritate commoti avidius legerent et ipsi. Itaque te etiam atque etiam oro, ut hanc nostram inscriptionem boni consulas, et favore tuo hæc nostra studia tuearis: neque enim ignoras hanc ætatem imprimis ferream esse literis, quibus certe isti præcipue debent opem ferre, qui earum vim ac dignitatem maxime intelligunt. Ac si cognatio est, ut ante dixi, his meis studiis cum illa præstantissima arte in qua tu versaris, iure me tibi propter commune fœdus artium commendo, quod quidem sanctissimum esse duces, si cogitabis id quod res est, divinam quandam his artibus inter se cognationem esse, quia neutra existere in hominum ingeniis potest sine afflatu aliquo ac motu divino: etenim quod Plato inquit de poetis, magis eos divina quadam vi quam arte moveri, planeque deorum interpretes esse ac deorum veluti dictata ad homines perferre, idem vere potest de eximia ac perfecta eloquentia affirmari, eam non posse sine aliquo divino motu constare. Quare cum in utraque arte quædam insit divinitas, spero te nostrum hoc genus studii non solum libenter, sed etiam religiose defensurum esse. Bene vale. Anno M.D.XXXIII.

Ex Aegidii Periandri Germania (*Ff.* 1567. 8°. p. 839.) *subiungimus versus quos fecit*

IOANNES LAVTERBACHIVS
in artem Versificatoriam Hutteni.

Qui cupis utiliter doctos cognoscere vates
Certaque legitimo iungere verba pede,
Ne velut alter eas incertis Icarus alis,
Ne simili pereas cum Phaethonte modo,
Huc ades et studio vigili perdisce libellum
Nobilis Hutteni quem tibi Musa dedit:
Quænam servandæ veniant in carmine leges,
Hutteno brevius nemo poeta docet.

---

[6] χωρογρ.] regionum descriptionem, chorographiam. [25] Plato] Io. p. 534. c. ἐν τούτῳ γὰρ δὴ μάλιστα μοι δοκεῖ ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι ἡμῖν ἵνα μὴ διστάζωμεν ὅτι οὐκ ἀνθρώπινά ἐστι τὰ καλὰ ταῦτα ποιήματα, οὐδὲ ἀνθρώπων, ἀλλὰ θεῖα καὶ θεῶν· οἱ δὲ ποιηταὶ οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἑρμηνεῖς εἰσὶ τῶν θεῶν, κατεχόμενοι ἐξ ὅτου ἂν ἕκαστος κατέχηται. [32] Lauterbach.] Cf. supra p. 366.

Digitized by Google

CCCLXXXXVI. [A. 1536.]

GVILIELMVS INSVLANVS MENAPIVS GREVIBRVGENSIS IN ORATIONE FVNEBRI IN OBITVM D. ERASMI ROTERODAMI.

..... Sed piaculi loco habeatur si te in hoc albo prætermittam, Hulderice Huttene; nam tu quoque facundiæ tuæ violentia torrenteque dicendi impetu in Erasmi nomen incurristi: sed eo mehercle ingratius, quo antea paullo honorificentissima ipsius prædicatione conspectior ornatiorque fuisses factus. Et addebat quidem animos Hutteno fama satis feliciter parta, et generis nobilitas, blanda ipsa conciliatrix favorum, subsidiariæ insuper cohortes et adclamationes quorumdam novis rebus studentium. quibus ille adeo opibus fretus unus omnium sibi videbatur idoneus qui cornicum oculos, ut est in proverbio, configeret. Expostulationis et Adsperginum nomine criminationes Hutteni circumferebantur, tituli lenitate atrocitatem criminum mitigante, sed revera nisi in Hutteni Adsperginum locum Spongia statim subiisset, sempiternas nominis maculas nomini suo Erasmus contraxisset, adeo persuadendi viribus et studio partium valebat adversarius. successit postea nova quædam Expostulatio Argentoratensium, ad quam ideo minus respondendum statuo, quod neque communi nomine civium nec certo definitoque auctore exierit, et quod existimem plures eo loci fuisse esseque adhuc hodie qui eam molestiam Erasmo exhibitam fuisse permoleste ferant.

CCCLXXXXVI. Ex Burckhard. III. p. 293. sq.

DVSSELDORPHII. 1. MART. 1539.

CCCLXXXXVII.

GVLIELMVS INSVLANVS MENAPIVS PRÆPOSITVS ECCLESIÆ DIVI ADELBERTI AQVEN[3] BONIFACIO AMORBACHIO SVO S. P. D.

..... Cæterum intuentibus nobis acrius altercationem illam cum aula abs Aenea Sylvio et Hulderico Hutteno susceptam, qui soli apud Latinos

CCCLXXXXVII. Vide Indic. bibliogr. n. XVII. i. f. p. 32*. v. 5. sqq.

[3] De Guil. Menapio hæc habet Foppens Bibl. Belg. p. 408. „Grevibrocensis (quod ducatus Iuliacensis est opidum) plerisque Christiani orbis academiis peragratis Patavii in philosophicis Nic. Leoniceno Thomæo operam dedit: doctissimorum adhæc virorum consuetudine usus Romæ diu vixit, medicæ non rudis artis. ad suos reversus præpositus ad S. Adelberti ecclesiam colleg. Aquisgrani designatus est, quod ibidem munus cum vita deposuit anno 1561. Scripta ab eo hæc leguntur: .... Laudatio funebris Desid. Erasmi. Basileæ in 8°. typis Rob. Winteri, et iterum Tomo X. Operum Erasmi [*edit. Lugd. Bat.*] .. De Aula dialogus, in quo partim refelluntur, partim attenuantur criminationes in aulam Aeneæ Sylvii et Ulrici Germani Lutherani [*i. e. Hutteni*]. Coloniæ 1539. et Francof. 1606. 8°. cum Aulico Balthasaris Castellionis, in 8°. .." Cf. sq. epist. [11] nisi] *Meo iudicio pro* nisi *ponendum est* quamvis *et post* contraxit. *Sed elogium Erasmi scripsit Guilielmus.* [17] expost. Arg.] Brunnfelsii nomen responsioni additum etiam ipse Erasmus ab initio pro falso habuisse supra legimus.

Digitized by Google

(quod quidem sciamus) partes sibi sumpserunt et professionem cum ministris regiis dimicandi, apparet rem ipsam parum distincte et luculenter acceptam, dum unius acerbitate censurae omnes simul aulas et cuiusque generis ministros perstringunt, ac per locos communes fere ingressi rem ita tractant, ut non, quales per sese necessario sint aulae Principum describant, sed cuiusmodi esse potuerint, si tali ingenio praediti sint alumni regii, quali finguntur abs Aenea et Hutteno: quum alioqui in confesso sit, magnam ubique ingeniorum et naturarum esse varietatem . . . . . Quapropter hac parte ad praesens omissa transibimus ad dialogos nostros audituri sententiam Hutteni super vita et moribus aulicorum hominum. Qui si minore spiritus impetu vehementiaque quam olim loqui videbitur, mitigatum tempore ingenium existimabimus (Quid enim non domat tempus?) et sedatum animum hominis, a nescio qua recens concepta offensione adversus certos Germaniae Principes: nisi forte putabimus, quod ego libentius sequor, non puniendi dolores sui, sed exercendi stili gratia lusisse ipsum in aulam. Caeterum quomodo tandem res habeat, Hutteni linguam et ingenium amamus, nihil adeo in ipsum dicturi asperius, ut nec Socrates et Adimantus apud Platonem agant invicem familiarius. Sed nunc ad opus accingimur. Simoni Gryneo et Oporino salutem. Vale. Dusseldorphii Calendis Martiis, M. D. XXXIX.

ROMAE. **CCCLXXXXVIII.** [A. 1559.]

INDEX AVCTORVM ET LIBRORVM

QVI AB OFFICIO SANCTAE ROMANAE ET VNIVERSALIS INQVISITIONIS CAVERI AB OMNIBVS ET SINGVLIS IN VNIVERSA CHRISTIANA REPVBLICA MANDANTVR

SVB CENSVRIS CONTRA LEGENTES VEL TENENTES LIBROS PROHIBITOS IN BVLLA QVAE LECTA EST IN CŒNA DOMINI EXPRESSIS ET SVB ALIIS POENIS IN DECRETO EIVSDEM SACRI OFFICII CONTENTIS.

AVTORES QVORVM LIBRI ET SCRIPTA OMNIA,

et qvaecvnqve svb eorvm, vel svbseqvacivm ipsorvm nomine vel cognomine conscripta avt edita svnt, vel in postervm conscribentvr, sive edentvr, etiam si nil penitvs contra religionem, vel de religione disserant, in vniversvm prohibentvr.

A.

Abydenus Corallus, alias Huldrychus Huttenus.

H.

Huldrichus Huttenus, sive de Vtten.

P. ... Incertorum Auctorum libri prohibiti.

Phalarifmus.

V. Auctores quorum libri et scripta omnia prohibentur.

Vlricus de Vtten.

Sic in exemplo quod 'CORVINVS EXCVDEBAT | Pfortzheimij, 1560'. 8°. min. „ad

---

[10] Sane Huttenus Menapii conlocutor (nam inter ipsos est dialogus Menapii) non solum mitior sed marcidior et frigidior ac stolidior est, quam dum viveret ipse Huttenus fuit. [17]) Platon.] de re publ.

Digitized by Google

autographũ An-|tonij Bladi, Cameralis impreſſoris, de man|dato ſpeciali ſacri officij, Romæ, Anno | M.D.LIX. Menſe Ianuarij." foll. 41[b]. 53[a]. 67[b]. 71[a]. legitur, quasi conplures Hutteni damnandi fuissent, non multa eiusdem Hutteni scripta. ceterum ingenium sanctorum inquisitorum ad damnandum sollertius quam ad exploranda vera pseudonymorum scriptorum nomina acutius fuisse adparet: et Phalarismus ne ab initio quidem sine sui auctoris nomine prodierat. In aliis Indicis librorum prohibitorum exemplis Hutteni nomen non sub H sed sub V tantum legitur, sic corruptum:

Vlricus de Witem (*sive* de Vvitem) 1 cl.

i. e. primæ vel eius classis qua scriptores ipsi, non solum scripta damnantur, quaque celebriora imprimis Germaniæ pleraque fere omnia nomina eorum qui de humanioribus litteris bene meruerunt, auctorum continentur. In exemplo 'BASSANI, | Apud Io: Antonium Remondinum.' s. a. (1595?) publicato legitur pagg. 22. 42. 64:

Abydenus Corallus, alias .Huldericus Hertenus.
Huldricus Hultenus, siue de Hurten.
Phalarismus.

Exemplum Romanum a. 1806. 8°. editum habet p. 76. 148.

Corallus S. Abydenus, *qui et Ulrichus Huttenus*. 1 *Cl. Ind. Trid.*
Hutten, *seu* Huttenus (Ulricus de). 1 *Cl. Ind. Trid.*
— Phalarismus: Dialogus Huttenicus. *Ind. Trid.*

BASILEÆ. ANNO 1575.

CCCLXXXXVIIII.

[HENRICVS PETREVS HERDESIANVS]
NOBILI ET STRENVO
BERNHARDO HVTTENO IN FRANCKENBERG EQ. FR.
S. D.

Cum iamdudum agnati tui Vlrici Hutteni Aula Dialogus desideraretur, me nobiles quidam et docti viri amanter cohortati sunt, ut Aeneæ Sylvii libello de Curialium miseriis adiungerem illam, et cum studiosis divulgando communicarem. Quamobrem cum hoc nomine superioribus temporibus nobilem et summæ spei fratrem tuum, Georgium Ludovicum Huttenum compellarem, et certis de causis vestro sine consensu me nihil huius facturum ostenderem, propositum ille meum non modo probavit, sed uti pergerem, atque editionem maturarem fuit hortator. Vobis enim agnati vestri memoriam cum primis esse gratam, et pertinere ad familiæ nominisque vestri bonam existimationem, virtutem illius meritaque in patriam immortali posteritatis celebrari memoria. Cum igitur aliquid hic præfari visum esset, ad te, sapientia et humanitate præstantem, scribere occasione hac, et nominis Hutteniani studiosum animum meum declarare volui. Neque enim dubito libenter hæc te pellecturum esse, tum quia agnati tui nomine famaque delectaris, uti par est, tum quia litteras humaniores amas et magnifacis. Argumentum etiam hoc tibi, crebro vitæ humanæ vicissitudines memoria repetenti, acceptum forę putavi. Etenim cum in mundo semper eadem agatur Fabula, personis tantum mutatis, quid iucundius utiliusve esse rear, quam aliorum periculo impune sapere, continuaque in rerum humanarum va-

---

CCCLXXXXVIIII. Indic. bibliogr. n. XVII. 9. 10.

Digitized by Google

rietate casus alienos sine dolore intueri. At vero cum illorum præcipue vita, qui reipublicæ præsunt, variabilis Fortunæ telis proposita sit, quantam sæpe habent ancipites horum mutationes expectationem, spem, timorem? Quoties inanes Aulicorum contentiones in medio quasi cursu corruere, et ex lætitia ad luctum subito, non sine varia animorum affectione relabi videmus? Quæ cum Agnatus tuus eleganter hoc in Dialogo persequatur, tibi cæterisque viris eruditis gratam eius fore lectionem non dubito. Neque inesse hic video, quod malam in partem accipere merito quis possit, cum et nullius hic nominatim vitia moresve reprehendantur, et iamdudum qui illis temporibus, cum hæc scriberentur, magistratum gerebant, vita sint defuncti. Eam autem esse vitæ aulicæ conditionem, quam libellus hic nobis ante oculos proponit, nescio an quisquam sanus inficiari possit. Nam cum is hominum sit captus, ut imperio prosperisque rebus plærunque immutentur, fastidioque fere et superbia efferantur, fit sæpe, ut illi etiam, qui commodis antea fuerunt moribus, corrumpantur, et aut ambitione atque honorum certamine ad. res iniustas impellantur, aut corruptela pravæ consuetudinis in peccandi illecebras, tanquam in opertos scopulos ablati vitæ ac fortunarum suarum faciant naufragia. At quoties nulla neque sapientia neque prudentia instructos Phaetontes Aulæ sese obtrudere atque ad rempublicam gerendam nudos plane accedere videmus. Ilis vero potestate elatis quid intolerabilius esse possit? De nationis ac ætatis nostræ Aulis exempla (quæ et odiosa fortasse forent) sumere non est opus, cum exemplorum satis veterum sit in promptu. Etenim in Aulis priscis ac remotioribus (in quas tuta, opinor, est reprehensio) quotum quenque legentes historias reperimus, qui reipublicæ magis quam suis voluptatibus inservierit? . . . . . Cum igitur ea revera sit aulicæ vitæ conditio, quam agnatus tuus Ulricus Huttenus sapienter hic et eleganter descripsit, et calumniator sit necesse est, qui hunc librum reprehendat, et perquam stultus, qui eo pellecto ad Aulam tamen sese conferat, antequam probe sese ipse noscat, compertumve habeat, an eo sit animo, ut quicquid eveniat, moderate ferre sciat. Equidem hoc loco reticere nequeo, moderatione amici olim tui Valentini Fux, a Dornheim, in Weissentheith, Eq. Fr. qui cum propter rerum usum, prudentiam, virtutem, tribus imperatoribus, Carolo V., Ferdinando et Maximiliano II. (ut ex aliquot clementissime scriptis ad eum epistolis constat) carus, et nonnullis Germaniæ principibus admirationi esset, atque ideo splendidæ illi conditiones in Aulis offerrentur, tamen, cum iuvenis curialium miserias degustasset, ut ætate provectus Aulæ sese totum redderet, adduci non potuit. De quo forte cum anno superiori, cum prudente longoque usu edocto Aulico Valentino Truchsess ab Hennenbergk sermonem conferrem, multa facunde ille de curialium miseriis disserebat, subinde Senecæ illa 'Iniurias accipere, gratias sæpe agere' inculcans copioseque illud suum demonstrans

Si Curiam curas, pariet tibi Curia curas.

Quam cantilenam canere sæpe memini et Aulæ Herbipolensis prætorem Fridericum Adelbertum ab Hessenburgk, et parem huic generis nobilitate ac virtute Iohannem a Preilßheim, etc. Sed hæc, ut alieniora verbosius hoc loco persequi necesse non est. Reprehendant sane doctissimorum illa virorum opuscula qui volent; nobis sufficiat placere paucis, et bonorum obsequi studiis ac voluntati. Neque fore spero, ut bonis ea nunc placitura non sint, quæ tenebris antea situque oppressa eruditi nobilesque viri toties requirebant. Ut enim alios nunc omittam, nobilis et strenuus Andreas Voit a Rineck, in Ursprungen, Eq. Fr. in quadam ad me rescripta epistola 'Aulam' inquit Hutteni, ut mihi eius

Digitized by Google

cognoscendæ copia data est, magna animi voluptate perlegi. Etenim et argumenti novitate et facundia sermonis et operis artificiosa οἰκονομίᾳ perquam festivus mihi visus est ille dialogus, quique egregiam ingenii Hutteniani vim et disserendi facultatem excellentem haud obscure redoleat; dignumque arbitror, qui inter eruditos lusus cum primis haberi et ab interitu vindicari debeat. Cuperem enim permultos de Francica nobilitate huius viri vestigiis insistere, virtute, eruditione et industria immortale nomen ac decus parare'. Tu vero, nobilissime vir, dextre hæc omnia accipies, et pietatis humanitatisque studia more gentis tuæ strenue defendes, et me, quoniam litteras amas, diliges. Vale. Data Basileæ Rauracorum, Anno M.D.LXXV.

Henricus Petreus Herdesianus.

Ex sequenti eiusdem Petrei carmine Georgio Ludovico Hutteno equiti Franco dicato quinquaginta postremos versus hic repetisse iuvabit:

Utque manu doctæ peraguntur bella Minervæ,
Aonioque simul præsidet ipsa choro,
Sic quoque bellatrix Germania rite vacabat
Artibus et culto pectore militiæ.
Testis ades clarum Phœbo Martique tuisque
Maxime Germanis Aemiliane decus:
Nam meliore te rege scholis doctrina doceri
Cœptaque Religio purius alma coli;
Teque novis constat generose tuosque nepotes
Victorem terris imposuisse pedem.
Gens Hebræa suos igitur Græcique libellos
Atque suos nobis Roma diserta dedit;
Ac nitor eloquii tenebrarum dispulit atra
Nubila barbarie concipiente fugam.
Ardua nobilium, Luthere, volumina vatum
Pandis et arcanis condita sacra libris.
Sed Græcas, Ioachime, doces artesque Latinas,
Et tu, Musarum dulce, Philippe, decus,
Doctrinæque pari studio melioris, Erasme,
Artibus ingenuis tempora multa dabas.
At decus, Huttenus, doctarum grande sororum,
Arte fuit nullis eloquiove minor:
Nobilis ut fuerit generisque propagine clarus,
Nobilior studiis ingenioque fuit;
Civibus ille suis patriæ florentis amore
Auxilium calamis sæpe manuque tulit;
Ille erat oratorque tonans idemque poeta
Cui daret Aoniam Calliopea chelyn;
Carmine Medoacum tenuit Tybrimque Padumque
Et Rheni tumidas nobilioris aquas;
Nec pius in somnos, fœdæ nec in odia vitæ,
Certa sed in patriæ commoda natus erat.
Oderat ignavos, tantum qui nomine, non re
Sunt homines, titulis turba superba suis.

---

[19] Maximilianus. [30] Camerarius. [31] Melanchthon.

Digitized by Google

Nec solum virtute sua sua secula iuvit,
Cura pio maior posteritatis erat:
Hinc tot virtutis veræ monimenta reliquit,
De sanctaque pios relligione libros;
Hinc toties vitiis indicit amabile bellum
Nosque salutifera de pietate docet:
Hinc docet incautos ambages Aulicus Aulæ,
Hanc et luctificum disserit esse Mare.
Perge igitur, Luduice, tuæ spes optima gentis,
Et decus Huttenæ præsidiumque domus,
In quo magnanimi facundia docta revixit
Ulrici, ac patriæ pene ruentis amor,
Perge age et acer opem rebus communibus affer,
Et bona more tuæ publica gentis ama:
Sic æterna tuis referetur gratia factis,
Nominis et laus est magna futura tui.

CCCC.

[A. 1588.]

IOANNES VELIVS
Einbecæ ad S. Iacobum pastor
in epistola dedicatoria Hutteni Triadi præmissa.

Hulderichus Huttenus, patria Francus, ordine Eques, nobilitate et laude generis antiqui in primis clarus, ingenio acerrimo, et animo prorsus heroico, litteris perquam eruditus, iniuriarum et pontificiæ tyrannidis impatientissimus eiusque satellitum hostis acerrimus.

CCCC. Burckhardi Analecta ad Hutt. vitam. Halæ 1749. 8°. p. 61. sq.

BIPONTI.

CCCCI.

25. FEBR. 1597.

ANTIQVA ET PERVETVSTA NOBILITATE ERVDITIONE INSIGNI
MVLTISQVE VIRTVTIBVS CLARISSIMO VIRO
REYNHARDO A SICKINGEN
HENRICVS SCHWEBELIVS I. V. L.
CANCELLARIVS BIPONTINVS S. P. D.

Inter multas præclaras et eximias Virtutes, quæ Avo tuo Paterno, Francisco a Sickingen Præstantissimo Heroi, magnam nominis gloriam conciliarunt,

CCCCI. Dedicatoria epist. ad Centuriam epp. theoll. ad Ioa. Schwebelium. cf. supra n. CCLXX. quam totam, sed (aliter non potuit) non sine mendis repetiit *Münch, Franz v. Sickingen.* tom. II. p. 130...132. (Stutg. et Tub. 1828. 8°.) Aliis quidem verbis eædem fere res repetitæ sunt in Schwebelii vita quæ dedicationem illam in libello Centuriæ epistolarum Schwebelianarum perquam infrequenti sequuntur.

[18] Velius 'Hutteni dialogum an. 1588. in 8°. edidit, ita inscriptum „Dialogus lectu dignissimus: in quo Romani Pontificis ipsiusque satellitum scelera et

Digitized by Google

Vir Nobilissime, postremo loco ponendum non est, quod inter primos fuit ex Germanica Nobilitate ad Rhenum, qui tempore renascentis Evangelii hoc seculo, puram Verbi Divini doctrinam serio amplexus, et publice professus est, Præcones etiam Verbi Dei liberaliter domi suæ fovit, Ex eorum numero fuerunt insignis Theologus, Martinus Bucerus, (quem Minoritarum Ordinis ex Cænobio Selestadiensi ad se venientem, Pastorem Ecclesiæ suæ in Landstul præfecit) Casparus Aquila Patritius Augustanus, et Parens meus Iohannes Schwebelius Phorcensis, ob Religionem sponte tunc exulans. Tanta fuit Avi tui fama, non tam propter patrocinium oppressorum, quod in se recepit, quam propter Religionis studium, ut undique ad eum confugerent, Viri Pii et præstantes, quibus hospitium in ædibus suis Landstein et Ebernburg præbuit, et humaniter eos complexus est, Adfuit etiam illi Ulricus ab Hutten, Eques Francus, vir doctus, et vehemens oppugnator Papatus, cuius scripta publice adhuc extant. Porro cum bellum moveretur Avo tuo ab Electoribus, Palatino, Treverensi, et Landgravio Hassiæ, obsidereturque in Arce Landsteyn, (In qua etiam occubuit Mense Maio Anno 1523.) noluit sane eos, quos charos habuit, in discrimen secum adducere, verum benigne illos dimisit, qui ad arma minus essent idonei. Præclarum autem Testimonium Heroicarum virtutum, quibus præditus fuit Præstantissimus ille Vir Avus tuus, retulit ab ipsismet hostibus suis. Nam cum in obsidione Arcis Landsteyn læthaliter percussus fuisset, glande Bombardica, ex quo etiam vulnere, viginti quatuor, postea horis, pie et Christiane obiit, non solum allocuti sunt eum decumbentem, et quidem perhumaniter et benigne præfati Electores et Principes: Verum etiam mortuum postea honorifice terræ mandari curarunt. In Ecclesia Parochiali Oppidi sui Landstul, Comitantibus eum, et funus deducentibus permultis Comitibus, Baronibus, Equestris Ordinis, et aliis Nobilibus strenuisque Viris. Ex ædibus itaque tuis Avitis, nempe Arce Landsteyn, quam tu adhuc possides, prodierunt Viri docti et Pii, qui Evangelium Christi ad vicinos et alios propagarunt, Bucerus scilicet, qui Argentoratum, Casparus Aquila, qui Isenacum in Thuringiam, et Parens meus qui Biponтum, concesserunt, Christoque Ecclesias constituerunt. Quod factum est Anno Millesimo Quingentesimo vigesimo secundo; Et credibile est promotione Avi tui, Parentem meum, Bipontum se contulisse, Siquidem Ludovico Comiti Palatino ad Rhenum, Duci Bavariæ Veldentiæque Comiti, charus fuit Avus tuus, mutuam-

---

turpitudines, fraudes, imposturæ et rapinæ mira brevitate et concinna suavitate describuntur". Verbosa satis Epistola, dedicavit eum *D. Ioach. Gætzen, Georg. Herbst*, et *Bartholdo Volger, Brunsuic. Luneburg. Ducis Erici unà a Secretis et Consiliis.* Nec Hutteni Epistolam, qua hic Affini isti suo Dialogum nuncupavit, omisit Velius'. BVRCKH.

[26] Münchius ne epitaphium quidem Francisci Sickingii quod adhuc extat, satis adcurate dedit, nam hoc est:

HIE LGT DER EDEL VND ERENVEST FRANCISCVS
VON SICINGE DER IN ZEIT SEIN LBENS KAISER
KAROLEN DS FVNFTEN RATE CAMERER VD HAVP
MAN GWESE. VND IN BELEGERVNG SEINES SCESS
NANNSTAIN DVRCH DAS GESCITZ TDTLG VERWVNDET
VOLENDS VFF DONERSTAG DEN SIEBENDEN MAY ANO
M·D·XXIII. VFF MITAG IN GOTT CRISTLICH V
DESER WELT SELIGLICH VERSCHIDTEN + ·R·I·P· +

[Extremæ litteræ EN + · R · I · P · + *recentiores sunt, totusque titulus non a.* 1523. *scriptus esse videtur.]*

Digitized by Google

que colucrunt familiaritatem. . . . . Iterum Vale, Biponti. Mensis Februarii die 25. Anno Christi 1597.

CCCCII.

1609.

Matthis Quad von Kinckelbach.

. . . . wan Ja jemants mutig darauff ſein wil das er einen berumbten Lants-man habe, der an kunſt vnd gelertheit vberal nahmhafft iſt, ſo laſſt mich einen muth darauff tragen, dan alhie binnen Dauenter meinem lieben Vatterland darin ich anno funfftzehn hundert ſiben vñ funfftzig geboren vnnd ein jahr oder funff erzogen bin, iſt auch geboren der vberhochgelerte vnd vff allen Hohen Schulen weitberumbte Magister noster Ortuinus Gratius, doctor, philosophus, backalaurius, professor, magister, poeta et bene plus si vellet. welche Academej aber jhm dieſen herlichen titel gegeben hab, ſteht noch zu indagiren. dieſes mus ich bekennen, ich han ein zimlich langk poema elegiaco carmine fur etlich jahren geleſen de patientia, darin die gantze Hiſtoria Jobi mit tractiert wirdt, von gemeltem Ortuino geſchrieben vnd componieret, mit einer Vorred an Ioannem Fabrum Episcopum Viennensem, war aber alſo vnd mit einem ſolchen ſtylo geſchrieben, das es jhm mancher hochgradierter Meiſter noch nit gleich thuen, geſchweig viel verbeſſern ſolte. drumb ich mich zu mehr verwunder das ein ſolch gut ingenium ſich nit allein wider Capitein Vlrichen von der Hutten (der doch weit ſein Meiſter war) ſonder auch wider Capnionem ſelbs auffwerffen dorffte, wider den zu diſputiren vnd den zu condemniren, welchen doch Eraſmus Roterodamus nit wuſte wie er ſeine herliche tugenden, gelertheit vnd hohes verſtant gnug hat erheben ſollen. Damit aber niemants auch mit ehren zu mir ſprechen möge Ne sutor ultra crepidam, wil ich dieſer Cenſuer mich in zeiten entſchlagen.

CCCCII. Teutſcher Nation Herligkeit . . . Durch Matthis Quaden von Kinckelbach. Cölln am Rhein. M.DC.IX. 4°. p. 328.

NÜRNBERG.

CCCCIII.

31. MAI. 1723.

[C. J. Imhof an Jac. Burckhard.]

HochEdler Veſt und Hochgelehrter Herr Professor.
HochgeEhrteſter Herr!

Ich kan nicht umhin Euer HochEdelheit hiemit zu Communiciren was wegen des Berühmten Ritters Herrn Ulrici von Hutten Bibliothec und Brieffen der Herr Graf von Werthern aus Hirſchberg den 3. April dieſes 1723 Jah-

CCCCIII. Abſchrift des Originals in Burckhard. MS. Guelferb. fol. 36.

[4] Quamvis ab opere meo alienum sit recentiorum de Hutteno iudicia repetere, nemo tamen ægre feret me huic loco Quadano locum dedisse, cum præsertim etiam Burckhardus prætermiserit.

Digitized by Google

res dem Herrn Professori Coler zu Altorff berichtet habe: Daß nemlich des alten Gelehrten Ulrici von Hutten Bibliothec ehedeßen nach Eychstadt kommen, sind noch viele Beweißthüme in mancherley Büchern bestehend davon zu Eychstadt in der hochfürstlichen Bibliothec vorhanden, allein von denen an besagten gelehrten Mann ehedeßen ergangenen Keyserlen, Königlen Fürstlen und andern gelehrten Original Brieffen, weiß man dermahlen nichts mehr; ob aber solche nun würklich gar verlohren worden, oder etwa nur der Zeit versteckt wo liegen, kan ich nicht genugsam anizo ersehen; werde aber suchen, wann ich wieder nach Eychstadt kommen solte, davon gewißheit einzuziehen, und auch eher selbsten Gelegenheit nehmen, mit Ihrer Hochfürstlichen Gnaden meinem Gnädigsten Herrn, daraus zu reden, indem sie Selbsten auf dergleichen Sachen sehr Curieux sind, und an einem Edelmann nichts mehr lieben als solide studia.

— — — — — — — — — — — — — — — Gott erhalte uns alle in seiner Gnade, zu deßen Schuz empfehlend verharre

Ew HochEdelheit

Meines HochgeEhrtesten Herrn Professoris

Nürnberg den 31. May A°. S. 1723. Dienstwilligster

Christoph Jacob Im Hof von und zu der Weidenmühl

mppria.

Nachschrift des Herausgebers.

Auf meine Anfragen nach dem Schicksale der Eichstädter Bibliothek wurde mir von einem freundlichen Gönner folgender Bescheid des dortigen 81jährigen Dompropstes Herrn Popp: „Die Huttensche Bibliothek, ein Bestandtheil der fürstbischöflichen Bibliothek, war noch im vorigen Jahrhundert und bis zur Säcularisation auf der St. Willibaldsburg aufgestellt. Bei eingetretener Säcularisation kam ein Theil der Huttenschen Bibliothek in die des Clericalseminars, ein anderer Theil wurde verschleudert. Noch vor einigen Jahren sind solche verschleuderte Bücher zum Verkaufe von hiesigen Antiquaren ausgeboten worden." Ich besitze selbst dergleichen im Laufe der letzten Jahre erworbene.

Bonn am Eucharistag 1858.

CCCCIIII. 27. MART. 1725.

[J. Balth. Oerther an J. J. Burckhard.]

Mir ist leid, daß auf das GeE. vom 5. Jan. nicht nur so späte antworten muß; sondern auch überdieß dem so instandigen Verlangen N. dießmal allerdings nicht gratificiren kan. Es ist Gnſ. Herrschafft zu Franckenberg bald nach den Feyertagen nach Greyffenberg, und von dar an andere Orte verreiſet, und eine geraume Zeit außen geblieben. Nach derselben glückſ. Wiederkunfft, als ich von der bewusten Sache gedachte, so hieß es: Es wäre zwar verschiedenes da; (wie ich denn selbst, da ich vor etſ. Jahren über Tassel darnach gefraget, nachher nebst dem eigentſ und sehr accuraten doppelten pour-

CCCCIIII. MS. Burckhard. Guelferbyt. fol. 71. "Copia."

Digitized by Google

trait des gelehrten Vlrici Hutteni, allerhand rare monumenta und Nachrichten in Händen gehabt, davon lieber einmal mündlich ꝛc.) es wären aber alle dergl. alte Urkunden und Nachrichten von den Huttischen Ahnen und Vorfahren, von Sr. Hochfürstl. Gn̄. zu Würtzburg, (welche Sich außer dem, daß Sie den jetzigen HEn von Hutten zu Franckenberg, unlängst zu dero würckl. Geheimden Rath ernennet, gegen den hochherrl. RitterSitz zu mehr gedachten Franckenberg in besonderer Milde und affection herauslaßen) ausgebotten worden, um dieselbe allenfalls durch den Druck bekannt zu machen. Also habe zur Zeit noch nicht finden können, wie sich, bey dermaligen Umständen, der Sache weiter fügl. anzunehmen. Doch will ich, da bey anfangenden Früling und Sommer D. V. öffters dahin einkehre, nicht unterlaßen, bello modo weitere Sorge dafür zutragen, wo anders in Zukunfft noch damit gedienet ist, welches mir zu berichten bitte. Sonst sind nobiles darin ziem̄. neidisch, und weil die alten Briefftschafften und correspondence dieses Vlrici in solche Zeiten einlauffen, welche zumal bey jetzigen kützlichen coniuncturen dem Gegentheil nicht anders als scabiös und ärgerlich seyn können: so hat man sich freylich (zumal Ego et mei similes, wegen meiner Pfarre, welche Päbst̄. Herrschafft zuständig ist.) bey decopirung dergl̄. Schrifften wohl in acht zunehmen. Sagt man wozu mans verlangt, so folgt unfehlbar eine abschlägige Antwort, Verhehlt mans aber, und es käme über kurtz oder lang an den tag, so hätte man Verdruß über Verdruß gewiß davon zugewarten. Doch will sehen, was künfftig noch möchte zu thun seyn.

Scripsit Io Balthasar Oerther, Pastor Eccl̄æ. Weigenheimensis, in principatu Schwarzenbergensi. d. 27. Mart. 1725.

---

[11] D. V. = deo volente.

Anmerkung. Auch mir sind wiederholte Zusicherungen gemacht, bisher aber nicht erfüllt worden, aus den in Würzburg zu vereinigenden huttenschen Archiven noch ungedruckte Briefe, unter denen sich namentlich einer Huttens an seine Mutter befinden soll, mir mitzutheilen. Heute darf ich mich auf das Wort eines braven deutschen Mannes, eines biederen Hutten selbst, des Freiherrn Ulrich von Hutten zum Stolzenberg, berufen, welcher mir so eben die Hand darauf gegeben hat, nach besten Kräften dafür zu sorgen, daß jene Mittheilung erfolgen werde zu gebührender Ehre der Schriften seines großen Vorfahren. Es wäre wahrlich auch undeutsch, und folglich auch unhuttenisch, den Deutschen einen Brief Huttens an seine Mutter, an seine fromme Mutter, die um ihn weinte, „do er die sach hett gfangen an", absichtlich vorzuenthalten.

Gott schirme das deutsche Vaterland!

Bonn 9. Juli 1859. Bg.

Digitized by Google

ADDENDA
AD VOL. I.

AVGVSTÆ VIND. **LXXXIII*.** 13. AVG. 1518.

[VLRICHVS DE HVTTEN EQVES IOACHIMO DE MOLTZHAN.]

Salvus sis, Ioachime amicissime. Cum sit his diebus conventus hic omnium per Germaniam principum frequens valde ac multa agantur seria

LXXXIII*. Ex archio Guelferbytano hanc epistulam, quæ tum ad Hutteni vitam iterque Gallicum, tum ad historiam regni Maximiliani exeuntis Carolique electionis rectius cognoscendam egregie facit, Schmidtius illius archii præpositus cum Lischio communicavit, isque publicavit in hoc libro: IOACHIM MALTZAN | ODER | URKUNDEN-SAMMLUNG | ZUR | GESCHICHTE DEUTSCHLANDS ||| HERAUSGEGEBEN | VON | DR. G. C. F. LISCH | GROSSHERZOGLICH MEKLENBURGISCHEM ARCHIVAR. || SCHWERIN, 1853. ||| 8°. p. 323. sq. Comitati v. cl. I. C. Seidemanni huius libri notitiam debeo.

5 Ioachimum de Moltzan (Maltzhan, Malzan, Maltzan, Maltzann *etc.*), anno 1492. d. 24. Aug. in castello Noviburgensi apud Wittenbergam marchionatus Brandenburgensis natus, a. 1504. cum fratre Ludulfo Lipsiæ studiorum causa moratus a patris sui quodam inimico in captivitatem abductus est, ex qua a. 1507. liberatus in aulis principum, præcipue Gulielmi Bavarici serviisse videtur, usque dum vere anni 1512. cum Huttenus quoque Alpes transcendisset, in numerum militum sub Georgio Frunsbergio stipendia merentium referretur atque in Hutteni conmilitium et ut videtur familiaritatem quoque sive consuetudinem veniret. Pugnam Novariensem (d. 6. Iun. a. 1513.) huius Ioachimi præcipua virtute confectam esse in epigrammatis, quorum duo in eiusdem strenui militis militumque præfecti laudem composita supersunt („Nunc lauris hederas" et „Cui datus es miles bello"), ipse Huttenus auctor est. Papiensem deinde obsidionem Divionensemque fortiter adiuvit duobusque annis post in pugna Marinianensi, ubi Franciscus I. a Baiardo equestrem dignitatem accepit, strenue, quamvis infeliciter nec sine suo vulnere pugnavit. Tum permittente Maximiliano Ioachimus certe iam a. 1518., quod ex hac epistula adparet, operas suas ad legationes faciendas et prætorianos regios ducendos Francisco I. locavit. id quod non ita longe post Huttenus, quamvis adversis rebus adflictus, facere detrectavit. Post multa pro Galliis munera tum civilia tum militaria per octo fere annos suscepta Tepliciam Graupamque Bohemica dominia sibi conparavit et generalis marescalcus campi factus in Hungaria contraque Turcas militiis præfuit et imperatori ab intimis consiliis et legationibus res publicas gessit, ita ut Carolus V. in conventu Augustensi a. 1530. habito dignitatem ei liberi baronis a Wartenberg et Penzlin tribueret. Inde non solum pro imperatore legationibus ad-

Digitized by Google

et magna, iussit reverendissimus atque illustrissimus archiepiscopus ac princeps Albertus, dominus meus clementissimus, ad te scribam de electione regis Romanorum, quæ sic habet. Omnium electorum animi omniumque vota in eo convenerunt, ut alius a Christianissimo Galliarum rege eligatur. Cui rei omnium animi cum assensi iam sint, sola reverendissima sua paternitas contraire nec potuit, nec debuit, Teque ignorare non tulit, ut habeat negocium, et iubet, confestim hæc cancellario atque inde regi manifestes, quo ne spem forte conceptam diutius alat inaniter. Proinde ardenter cupit reverendissima sua paternitas, illud adiutaris, ut literæ, quæ sunt istic, restituantur, quandoquidem *vobis* nulla ab his utilitas est; tunc et quæ hic sunt reddentur: id quod non dubitamus assequuturum te si velis: nosti enim quæ aliquando tibi mihique coram constitutis pollicitus est idem cancellarius, ea Gallos esse magnanimitate, ut quoquo velit tempore princeps, recepturus sit signa ac literas. Ad quod tamen promissum reverendissima sua paternitas non respicit; sed quia fieri non potuit, ut nunc iuvaretur regis conatus, ab se aliud petendum non putat. De stipendio vero in regis voluntate situm esse debere, velit quotannis aureorum IX milia pendere, an non, ubi itidem studium tuum spectare vult princeps. Quod ubi perspexerit, tum repositam tibi apud se omnem gratiam ac gratitudinem dicit. Vale et amicitiam nostram cole. Augustæ Vindelycorum, idib. Augusti, raptim, anno domini M. et D. XVIII.

Ulricus de Hutten, Eques.

[Inscriptio:] Clarissimo Equiti Domino
IOACHIMO DE MOLTZHAN,
viro literis ac re militari perito et exercito,
amico favorabili.

---

ministrationibusque diligenter functus est, sed pro aliis etiam principibus, ut e. gr. a. 1540. pro electore Brandenburgensi. (cf. Seckendorf. hist. Luth. p. 290. ed. 1692. fol.) Finiit rerum gestarum gloria egregie insignem vitam a. 1556. Adcuratior vitæ Malzanii notitia peti potest ex laudabili Lischii libro supra laudato. [4] alius a ... rege] Non Latine sed tecte dicit Franciscum non electum iri. cristianissimo Galliorum *Lisch.* [5] omnium]? Cf. infra epist. *6.* [6] . Teque *L.* [7] cancellario] Antonio de Prato *(du Prat)*, quem concordati Gallici auctorem, postquam episcopus archiepiscopusque factus fuerat, exeunte a. 1527. Clemens VII. cardinalem creavit (Ciacconii Vitt. Pontiff. Rom. 1677. fol. tom. III. p. 492.), † a. 1535. Sed præcipue Godefr. Bonnivetus admiralis ad subornandos principes Germaniæ corruptor missus fuerat a Francisco. [7.8] manifestes] Id quod Ioachimus neque statim neque aperte fecisse videtur. Cf. infra additas epistulas. [9] litere *L.* (litteræ scilicet quibus per machinationes subornationesque quas diplomaticas vocamus hodie, pro Francisci I. electione contra Caroli V. successionem, cui Leo quoque Decimus vehementer invidebat, quamvis nec Francisco bene vellet, ab utraque parte de emenda vendendaque corona Germanica actum fuerat. [10] vobis *equidem posui.* ab nulla ab his *L.* [11] . Id, quod *L.* te, si velis. Nosti *L.* [16] stipendio] Cf. infra repetitam Deprati epistulam d. 13. Apr. a. 1519. scriptam.

Digitized by Google

[Cum sequentes ad Ioachimum Maltzanum datæ litteræ itidem ex archio Guelferb. descriptæ præcedentium quasi conmentarium præstent, Lischii autem liber multo minus quam meretur vulgatus sit, non me contineo ab illarum repetitione, certus quidem de gratia eorum qui Hutteni operum studiosi sunt, sed sperans etiam nihil ei ingratum me facere qui de Ioachimo Maltzano egregie meritus est, Lischio.]

PARISIIS. 1. [*Lisch. n.* 194.] [1.?] FEBR. [A. 1519.]

[FRANCISCVS REX.]

Fideli et caro nobili nostro Ioachimo de Moltzan salutem.

Ex litteris tuis plane intelleximus, quantum studii, laboris operæque navaveris, ut res nostras pro commodo, utilitate et gloria nostra ad lætum exitum felicemque perducere, pro qua re multum gratiæ nostræ te promeritum esse confirmamus, hortamurque enixe, ut quam rem magna dexteritate et industria cœpisti agere, in eandem incumbere ne cesses, quoad perfecta fuerit. Cum autem ad nos te receperis, intelliges in eum principem te operam studiumque impendisse, qui et suopte ingenio de se benemerentes liberaliter remunerare et vult et potest. Quod superest pro responsione ad tuas literas, scies ex nostris oratoribus tuis. Interim bene vale. Parisiis, Februarii die.

Francoys.

Robertet.

[Inscriptio:] Fideli et caro nobili nostro
Ioachimo de Moltzan.

PARISIIS. 2. [*Lisch. n.* 195.] 9. FEBR. [A. 1519.]

[ANTONIVS DE PRATO
IOACHIMO DE MOLTZAN.]

Carissime et dilectissime amice noster. Accepimus litteras tuas, quarum tenorem et præterea ipsarum quas ad christianissimum Regem dedisti, penitus declaravimus eidem christianissimo Regi, illustrissimæ matri eius et magno magistro, prout postulabas. vix credere posses, quantam tibi gratiam apud eosdem tibi conciliaverint, uti clarius, cum ad nos redieris, coram intelliges. Incumbe rogo in eam rem, quam cœpisti, diligenter, et qua solitus es industria ad totum exitum perducere cura. Nunquam (crede mihi) melius opus agendum habuisti et unde tantum mercedis et præmii comparare deberes. Interea, carissime amice noster, feliciter vale. Parisiis, die nona Februarii.

Tanquam frater et amicus inthimus
R. Deprato.

---

10 opereque *L.* 11 letum *L.* 12 gratie nostre *L.* 14 cepisti *L.* 15 Regum multorum non regio more Franciscum quoque pecuniarum ad corrumpendos subornandosque homines profusiorem quam ad beneficia præstita remuneranda fuisse constat. 18 tuis] *sic editum est. an* clarius? die] *non adiecto numero.* 28 illustrissime *L.* 29 postulabus *L.* 31 cepisti *L.* 33 premii *L.*

Digitized by Google

PARISIIS. 3. [*Lisch.n.* 196.] 5. MART. [A. 1519.]

[IDEM EIDEM.]

Carissime ac dilectissime Ioachime. Accepi litteras tuas intellexique omnia quæ in causam christianissimi regis diligenter et magna cum dexteritate procurasti: atque pro desiderio tuo laboravi, ut ipse christianissimus rex diligentiam studiumque tuum plane intelligeret, qui nimirum fidem, probitatem industriamque tuam enixe laudavit eorumque factorum tuorum memoriam sibi in tempore futuram pronunciavit. Quoniam vero ad omnia ex ordine idem christianissimus tibi respondet, longior tecum non ero. Non cessabo tamen interea te monere, ut totis viribus in eam rem incumbas, quam tuo ductu consilioque feliciterque auspicati sumus. Bene vale. Parisiis, die quinta mensis Martii.

Frater et inthimus amicus
R. Deprato.

LVNÆVILLÆ. 4. [*Lisch. n.* 197.] 8. MART. [A. 1519.]

[GVILELMVS GAVFREDI BONNIVETVS
IOACHIMO DE MOLTZAN.]

Generose vir. Præsenti hora redditæ sunt mihi literæ *christianissimi regis* una cum finali conclusione in omnibus articulis per vos missis, quemadmodum latius *in adventu domini Bazoges intelligetis*, cui una vobiscum *rex* amplissimam ac omnimodam tractandi, firmandi et concludendi potestatem suis auctenticis literis dedit, qui biduo aut triduo ad summum post adventum huius nuncii presto aderit. Navabitis operam, ne interim instigatione aut suasu eorum, *qui contraria niluntur*, aliqua superveniat *mutacio*. Curabitis eciam, quam celerrime fieri poterit, ut ab Ħ mitatur *mandatum speciale*, si factum non est, ◁ vice ac nomine ipsius *tractandi*, *concludendi*, aut saltem mitat *nuncios ad hoc specialem potestatem habentes*. Deus optimus maximus vota vestra ad felices et optatos successus dirigat. Datum in *Lunevilla*, die octavo Marcii.

Le tout votre amy
Bounyvet
amyral de France.

[Inscriptio:] Generoso viro
domino Ioachimo de Moltzan militi
amico carissimo.

S. GERMANI. 5. [*Lisch. n.* 198.] 27. MART. [A. 1519.]

[FRANCISCVS REX
IOACHIMO DE MOLTZAN.]

Carissime Ioachime. Redditæ sunt nobis literæ tuæ, ex quibus clare perspeximus, quantum laboris, operæ studiique impenderis, ut causa nostra bene

---

4 , que *L.* 11 auspiciati *L.*

17 Presenti *L.* reddite *L.* *sed tum* literae cristianissimi *L.* 24.25 Inclinatis litteris expressa verba notis diplomaticis scripta esse, sed Ħ et ◁ explicari nequivisse adnotavit Lischius. 21 mitatur *L.* *l.* mittatur

Digitized by Google

haberet et felicem exitum assequeretur. Unde tibi non parum debemus, at multo plus adhuc debere fatebimur, cum id, quod molimur, pro voto successerit, quod si eveniat, intelliges quam bene collocaveris operam studiumque tuum. Interim bene vale et rem nostram, uti cœpisti, omnibus nervis procura. Carissime Ioachime, Deus optimus maximus te ac res tuas omnes in suam tutelam velit assumere. Datum apud Sanctum Germanum in Laya, die vicesima septima mensis Martii.

Francoys.

Robertet.

[Inscriptio:] Carissimo nostro
Ioachimo de Moltzan.

S. GERMANI. 6. [*Lisch. n.* 199.] 27. MART. [A. 1519.]

[ANTONIVS DE PRATO IOACHIMO DE MOLTZAN.]

Generose vir Ioachime. Incredibilem michi leticiam gaudiumque attulerunt litteræ tuæ, ex quibus, quantum studium diligentiamque pro causa christianissimi regis promerenda libenter impenderis, clare perspeximus. Hortamur autem et monemus te vehementer, ut ei rei, quam simul diis bene faventibus incepimus, tam diligentem operam adhibeas, ut curas studiaque tua non remittas, quoad rem totam ad lætum exitum perduxeris, ita enim iustissimam mercedem fidei et laborum tuorum plenissime consequeris: quam idem christianissimus rex tibi uberrimam exsolvere confirmavit. Generose vir Ioachime, Deum optimum maximum precor, velit te resque tuas omnes in suam tutelam assumere. Ex Sancto Germano in Laya, die vicesimo septimo mensis Martii.

Inthimus frater et amicus
R. Deprato.

Ioachime, unum est, quod tibi reticendum minime censeo. Ex Hispania nuncium habuimus, quod hi quatuor, qui apud Augustam in catholicum consensum præbuerant, deinde post imperatoris mortem littéras confirmatorias præfati consensus tradiderant, quibus tamen non obstantibus, mentem nostram explorare, litteris et pollicitationibus nos decipere proposuerant, cui nuncio christianissimus fidem minime adhibere voluit, nec arbitratus est tales viros tam inphanda excogitasse, quibus et deum optimum maximum offenderent, honorem suum et famam graviter macularent, Regem maximum magnanimum hominibus et divitiis habundantem iniuriose læderent, a quo graves inimicitias ac vindictam exportare deberent et nullum alium ex suis versutiis fructum assequi posse sperarent.

LVNÆVILLÆ. 7. [*Lisch. n.* 200.] 28. MART. [A. 1519.]

[FRANCISCI REGIS CONSILIARII IOACHIMO DE MOLTZAN.]

Charissime noster, salve.

Redditæ sunt nobis litteræ vestræ cum litteris, quas ad christianissimum

4 cepisti *L.*

15 clare] dare *L.* 26 quatuor] *electores.* 27 prebuerant *L.* 33 lederent *L.* 34 exportare *L. fort.* report.

Digitized by Google

Regem scribitis: ad quem utrasque et reliqua omnia quam citissime atque diligentissime fieri potuit, transmisimus: qui ipse eo modo nobis respondit, quemadmodum ad vos scribimus [per] dominum de Bazoges, scutiferum franciscum, et de la Poussiniere. Et ut rem vobis omnino patefaciamus, idem dominus vehementer obstupuit summopereque miratus est varias et molestas petitiones parum in se habentes constantiæ: iam nempe tertio id factum est. Ut vero sententias nostras ac iudicia in ea re declaremus, satis esse hactenus debet videri, nec posthac tot molestas petitiones venire inculcandas: instare tempus conclusionis atque omnimodæ resolutionis in eiusmodi negocio satis diu (ut sentimus) prolongato. Proinde rogamus vos enixissime, ut ex parte vestra eiusmodi negocio invigiletis, rex nempe multum spei atque fiduciæ in vobis circa hanc rem defixit atque collocavit: Rogamus etiam, ut quam primum nos (de eo quod conclusum erit) reddatis certiores. Nos habemus copiam vestræ chiffræ, quam dominus cancellarius ad nos destinavit, iccirco poteritis nos tuto ac secure de omnibus efficere certiores. Vale feliciter. Apud Lunævillam XXVIII Martii,

Tui studiosissimi atque amantissimi
Dembrit. Bounyvet. Coiullart.

[*Inscriptio:*] Carissimo amico, carissimo domino
Ioachimo de Moltzan.

ST. GERMANI. 8. [*Lisch. n.* 201.] 1. APR. [A. 1519.]

[FRANCISCVS REX
IOACHIMO DE MOLTZAN.]

Trescher et bien ame. Nous avons veu et entendu ce qui a este faict, conclud et arreste avecques notre trescher et tresame cousin le marquis de Brandenbourg, dequoy avons este et sommes tres contens. Comme vous aures sil ceste heure peu savoir par Tanard, que avons incontinant depesche et renvoye, pardella avecques les lettres et secretes telles quon les demande a ceste cause, vous prions, tant que faire pouvons, ayder et tenir main de votre part a ce que les matieres preignent fin et yssue telle, que la desirons, le tout a lhonneur, prouffit et utilite du dit marquis et de sa maison, et au demourant ne partez, ne bogez davecques luy, que toutes choses ne soient entierement accordees et accomplies. Et vous nous fere[z] service tres agreable et tel quil sera envers vous et les votres recogneu de sorte que vous aurez cause destre tres content. Trescher et bien ame, notre seigneur vous ait en sa garde. Escript a Saint Germain, le premier jour davril.

Francoys. Robertet.

PARISIIS.] 9. [*Lisch. n.* 203.] 13. APR. [A. 1519.]

[ANTONIVS DE PRATO
IOACHIMO DE MOLTZAN.]

Gratissimæ christianissimo Regi fuerunt litteræ tuæ, mi Ioachime, quibus et fidelitatem et ingenium, nec non animi tui sinceritatem latissime cognovit,

17 *scribe* Couillart.
31 bogez] *i. e.* bougez 32 fere *L. scripsi* ferez
40 Gratissime *L.*

Digitized by Google

quibus visis michi provinciam tibi respondendi iniunxit. Et inprimis immensas refert gratias illustrissimo Brandiburgi, consanguineo suo carissimo, de illo benivolo, quem erga se habet, animo, et quam plurimum optat, ut si rei oportunitas se obtulerit, experiri valebit. Matrimonium vero tractandum .... De pensione vero, ne alii principes germani eiusdem status, cuius est prefatus illustrissimus marchio, quibus christianissimus Rex pensiones annuatim largitur, ægre et moleste ferant, si illis innotuerit, se apud regem nostrum esse deterioris conditionis, quam dictus illustrissimus marchio, christianissimus rex quotannis pensionem similem illi, quam dictis principibus germanis donat, quæ est octo milium librarum Turonensium, elargietur. Contracto vero matrimonio ob illius causam maiorem elargiendi occasionem honestam habet. Quoad vero negocium principaliter tibi iniunctum, cum a nobis discederes, placuit responsum iam dicti illustrissimi marchionis quam plurimum regi nostro, sed videas, quid fidei et securitatis hoc in negocio habebimus. Idcirco super omnibus prædictis, si iam dicto illustrissimo marchioni placuerit, et in primævo perseveraverit proposito, fac ut unus ex suis una tecum cum bonis memorialibus et proprietate sufficienti ad curiam nostram destinetur, et annuente Christo spem certissimam habeo, quod super præfatis et aliis utilitatem utriusque principis concernentibus nonnulla tractabuntur et concludentur, quæ in honorem et non modicam exaltacionem eorum cedent. Vale, et me ut soles ama. Parisiis, die XIII^a^. mensis Aprilis.

Tuus tanquam frater et inthimus amicus
R. Deprato.

---

[2] *fort.* marchioni *ante* Brandib. *excidit.* [4] Omisimus de matrimonio locum. [7] egre *L.* [9] quam] quem *L.* [10] que L. librorum *L.* [12] negot. princip. ini.] Id non fuisse videtur, ut electores Franciscum crearent imperatorem, nam d. 28. Iun. a. 1519. Carolum V. electum esse constat, Moltzano autem cancellarius De Prato d. demum 21. Sept. a. 1519. ex Ancenis scripsit (*Lisch. l. c. p.* 345.) „Accepi literas vestras, magno quidem dolore affectus, quod negocium principale tam male cecidit. Rex non est hic, unde litteras tuas ei communicare non potui . . ." Idem De Prato Moltzanum d. 31. ('ultima') Octobris ut statim reverteretur ad regem Galliarum evocat. (*Lisch. l. c. p.* 347.) [15] predictis *L.* [16] primeuo *L.* primario *ferri posset.* [18] prefatis *L.* [20] que *L.*

Digitized by Google

ADDENDA AD VOL. II.

BASILEÆ. **CCLXXXX*.** 14. IVL. 1522.

ERASMVS ROTERODAMVS
IODOCO SENATVS MECHLINIENSIS PRÆSIDI
S. D.

Audio et profecto gaudeo ex animo, vir eximie, summam authoritatem Lutherani negocii excellentiæ tuæ esse commissam, quem ego novi præter absolutam iuris prudentiam virum integris moribus summaque præditum æquitate. nam ut danda est opera, quo Lutheri factio sopiatur, ita cavendum est ne boni viri et suis laboribus de studiis publicis benemeriti dedantur quorundam privatis odiis. Nicolaus Ecmondanus nemo est Lovanii qui nesciat quam sit homo pertinacis et vindicis animi si conceperit odium in aliquem. et cum illo mihi iam vetus et capitale odium intercessit, etiam antequam mundus sciret natum Lutherum, ob linguas ac bonas literas, quas ille plus quam capitaliter odit. et quum sibi permiserit, ut me toties in concionibus et lectionibus suis manifestis mendaciis perstringeret, nec ab hæreseos convicio temperans, tamen ferre non potest, quod apologia quadam tacito etiam ipsius nomine calumniam falsissimam a me depello. Nunc, ut audio, in omnibus conviviis, Mechliniæ in publica concione me una cum Luthero hæreseos notavit. Hoc certe non habet in mandatis, nec a Cæsare nec a Pontifice, ut istis modis ulciscatur odium animi. Mihi nihil unquam fuit negocii cum Luthero, nisi quod semper dehortatus sum ne pergeret talibus libellis concitare mundum, vaticinans iam tum hoc futurum quod videmus evenisse: ego et hic et istic partim dictis partim epistolis multos alienavi a factione Lutherana, nec ulla res magis deiecit Lutheranorum animos quam quod palam æditis libris declaravi me adhærere Pontifici Romano et Lutheri negocium improbare. Quodsi favissem Luthero, sicut isti iactant, non defuissent præsidia principum. nec adhuc affectus iste tam extinctus est in animis hominum quam isti putant et quam

CCCLXXXX*. Erasmi Epp. (Ind. bibliogr. n. 53,2...5.) *1* = 53,2. p. 722...724. *2* = 53,3. p. 689...691. *3* = 53,1. coll. 946...949. XIX. 112. *4* = 53,5. coll. 718...720. n. DCXXIX. Velim hanc epistulam, epistulæ ad Laurinum quasi prodromum, ad Expostulationem Hutteni Erasmique Spongiam iuste æstimandas egregie facientem suo loco, i. e. post Botzemi ad Vadianum epistolium (num. CCLXXXX. vol. II. p. 123.) exhibitum non omissam esse.

